Ligitur suplatiuus asciscit sibi q̄sq̄: reliquit aut omnis uel cūctus positiuo ut optimus q̄sq̄: sapiētissimus q̄sq̄: pro eo q̄ ē unusq̄sq̄ qui ē bonus ac sapiēs: uel oēs boni & oēs sapiētes. Nō enim liceret dicere boni q̄sq̄ & sapiētes quisq̄: nec omnes optimi & cuncti sapiētissimi. Non recte ergo Prif. in proœmio oīum iudicio comprobāt eruditissimoz. Idē intelligo si superlatiuus in alio casu ponatur q̄ illud quisq̄ sic maximo quisq̄ animo diuitias despicit Valentissimi quisque corporis longe abest a sapientia. At uero cōparatiuis non quisq̄ conuēit: sed omnis. Vegetius tamen nō perpolitus sane scriptor inquit: Honestiores quisq̄ milites. pro honestissimi quisq̄. Et Lactantius de opificio: Nam si ita esset placidiora quæq̄ animalia uel nihil fellis oīo uel minus haberent q̄ feræ. Maluissē ego dicere oīa placidiora animalia: ut Quinti. i. ægro redempto. Rus: seruulos: penates: & omnia utiliora properanti festinatiōe parentis addixi. Ex positiuis aut illa excipiunt quæ carent suplatiuo: qualia sunt quæ habent i uel u ante us: ut pius & strenuus: quæ nōnunq̄ patiunt superlatiuū. Ideoq̄ utraq̄ rationem sequunt: omnis: pius: & pius quisq̄. Salustius in Iugurthino: Nam strenuus quisq̄ aut occiderat in proelio: aut grauius uulneratus discesserat. Ipse mallem dicere strenuissimus quisq̄: piissimus quisque. Quidā tamen Salustiani codices scriptū habent strenuissimus. Carent etiā superlatiuo illa nūeralia Secundus. tertius: quartus: quintus & deinceps. Nam primus etiam cū numerum significat: superlatiuum ē: & ultimus. Dicimus itaque primo quoq̄ tempore: primo quoq̄ die: Quod imperitiores putant esse coniūctionem quoque: quæ habet primam breuem: cum hic sit longa. Cicero in Philippicis: Primo quoq̄ die cōsules ad Senatū referant. q̄q̄ hic nō tam omnis q̄ unus oīum primus dies significat. Idem pro Rabirio: Tertio quoq̄ uerbo excitabatur: & pro eodem Rabirio: Quinto quoq̄ anno de moribus nostris iudicaretur. Cæsar commentario quinto: Legionē producta cognoscit non decimū quenzq̄ esse reliquum militem sine uulnere. Suetonius in uita Cæsaris: Et intercalario mense sublato unus dies: quarto quoq̄ anno intercalaret: Quod ineruditi sic pronuntiare solent: omni quarto anno esse bisextū: omni quinto anno sit lustrum apud romanos græcosq̄: omni quinquagesimo anno iudæi agūt iubilæum: cū sit dicendum quinquagesimo quoq̄ anno. Vulpianus apud Iustinianum libro. xxvii. ait: militē quasi millesimū quenzq̄ dictū. i. oēm qui ex millenario numero ultimus: tamē accipiendus est non ultimus: sed quisq̄ ex eo numero. Nam cum dico dabo tibi ex ouibus decimam quenzq̄: non eam intelligo quæ decima in numerando eueniet: sed unam de decem quæ cūq̄ sit: uel ut absolutius loquar: singulas ex denis siue ex decē: quas tu elegeris. Itaq̄ unaquæq̄ potest esse decima. Et exemplo Cæsaris constat decimū quenzq̄ esse unum ex numero denario. Ita dicamus millesimum quenzq̄ unum ex uno millenario. Iurisperiti nostri elegātiæ latinæ ignari intelligunt militē ex mille maxime strenuum. Vnde puto errorē ortū de uocitandis militibus hoc tēpore insigne quoddā dignatiōis ferētibus. Sed ad rē hinc etiam factum ē: ut dicamus unusquisq̄ & singularis quisq̄: nō singularissimus quod non reperit: sicut nec unicus habet unicior & unicissimus. Quotus & iungit cum quisq̄: sed tamen diuersa rōne a superioribus. Nunq̄. n. fere utimur hac dictiōe: nisi interrogatiue: & nisi significatiōe quæ ē quot. Quotus. n. frequēter significat quot: ut Mart. Dic quotus es q̄ti cupias cœnare nec unum Addideris uerbū: mensa parata tibi id ē quot estis: & quot tecum habes. Cic. pro Ligario Quotus. n. istd' quisq̄ fecisset. i. nullus uel rarus. Oui. de arte: Forma dei munus: forma quota quæq̄ superbit. i. nulla uel rara. Non uenit in mētē an cum aliis nominibus iungatur quisq̄. Hoc tamē scio non habere genitiuum pluralem duntaxat cū adiectiuo iunctum: ideoq̄ utimur genitiuo singulari pro plurali. Idem enim ē optimi cuiusq̄ animus: quod omnium bonorum animus. Vnusq̄sq̄ autem ideo nō facile patit suplatiuum: quia illud unus uim quandā ac naturam: ut pauloante ostēdi: suplatiuū obtinet: potiusq̄ dicitur unusq̄sq̄ bonus q̄ unusq̄sq̄ optius. Atq̄ hæc hæctenus de q̄sq̄.

De ut & ita cum superlatiuo: de quo & eo cum cōparatiuo. Cap. xvii.
Addamus de ut ita & similibus. Duplicat suplatiuū: uel altera ex pte nomē: ex altera aduerbium: uel utrinq̄ nomen: uel utrinq̄ aduerbiū cū his indeclinabilibus quæ nominauit. Cicero de oratore: Ut quisq̄ optime græce sciret: ita eē nequissimū. Idem in eodem. Ut. n. quisq̄ optime dicit: ita maxime dicendi difficultatem: uariosq̄ euentus orationis: expectationemq̄ hoīum pertimescit. Idē de officiis: Ut quisq̄ animi magnitudine maxie excellit: ita & maxime uult princeps oīum uel potius solus esse. Quintilianus: quod ut longe optimū: ita difficillimum. Et iterum: Non ut quisq̄ primum dicendum: ita primum occurrit. in quo caueamus: ne pro quicque dicamus quodq̄ Multum enim refert inter hæc duo. In Catōe maiore utrinq̄ superlatiuum sustulit Cicero: ut quisq̄ ætate antecedit: ita sententiæ principatum obtinet: quod facere alibi solemus: ut in illo. Homo in

PRIMVS

primis doctus: nō imprimis doctissimus ne duas res superlationē habentes coniungāus. Iusta igitur
 cā quare Cice. suplatiuos p̄termisit: quæ cā Donato in eunu. Terent. nō fuit qui ait: Ut quisq; miser
 ē: ita senior uidet. Nā p̄ter id q; non adhibuit suplatiuū etiā confusionē quandā fecit ex positiuo &
 compatiuo: q; ita emēdemus tū per aduerbiū sic ut quisq; maxie miser ē: ita maxie senex uidet: tum
 per nomē sic: ut quisq; miserrimus ē: ita annosissimus uidet: tū per altere nomen: ita ut quisq; maxi
 me miser ē: ita annosissimus uidet: uel ut q; miserrimus ē: ita maxime senex uidet: tū per compati
 uum. nā & hoc idē efficit quod suplatiuū hoc modo quo quisq; miserior: uel quo quisq; magis mi
 ser ē: eo senior uel eo magis senex uidet. Quod ita licere fieri exēplo probandū est Quint. secūdo in
 stitutionū Quo q; īgenio minus ualet: hoc se magis attollere ac dilatare conat. Et paulopost. Erit
 eo etiā obscurior: quo quisq; deterior. Justinus at siue Trogus superlatiuū cum compatiuo miscuit:
 inquis li. xvi. Locupletissimus ut quisq; ē: ita plures equites ī bello suo regi p̄bet. Ego dicere ita plu
 rimos qn & ab illo scriptū fuisse suspicari libet. Dicebā pauloante nō liceat dicere in primis doctissi
 mus. idē sentio de iter primos & cū primis. licet Salustius: si mō codex nō sit mendosus: aliter dixe
 rit ac sane quod difficillimum ē: ī primis & p̄lio strēnuissimus erat & bonus cōsilio. Similia his sunt
 ī paucis cū paucis: inter paucos: itē sup omnes: ante alios: p̄ter ceteros. Sed hæc & si positiuo frequē
 tius gaudeat: tamē nonnunq̄ patiūt suplatiuum: ut Pli. li. xxvi. de usu absinthii conuenit dicere her
 bæ facillimæ atq; inter paucas utilissimæ. Virg. in. vii. Petit ante alios pulcherius oēs Turnus auis:
 atauisq; potēs. Et ī eiusdē operis p̄rio. Pygmalion scelere ante alios īmanior omnes.

De tantum & tanto similibusq; quomodo iungantur gradibus. Cap. xviii.

Hoc magis & eo magis idē est qd̄ tāto magis. Itē quo magis idē est qd̄ q̄to magis. Quare
 admoner ut aliquid de hōz noīum natura p̄cipiam positiuos magis decere tantū & q̄
 tum: comparatiuos tanto & quanto. Cicero: Quanto es maior: tanto te geras summissi
 us. Non autem quantum es maior: tantum te geras summissius. & contra Quantū potes
 tantū elabora: nō at q̄to potes tāto elabora. Lactātius tamē p̄ter morē oratoz iquit: Quāto frequē
 ter impellit tanto firmiter roborat. Et Boetius ī dialecticis dixit: paulo æquales hic pro paulum di
 cens paulo: ille pro frequentius firmiterq; frequenter firmiterq;. Tolerabilius: quod fecit poeta Ca
 tullus: Tanto pessimus oīum poeta: Quanto tu optimus omnium patronus. In superiori Lactantii
 exēplo Bis peccatum ē in utroq; membro. Quidam peccant in altero: ut si dicat: quanto frequentius
 ipellitur: tanto firmiter roborat: uel quanto frequenter impellitur tanto firmiter roboratur: uel q̄to
 frequenter ipellit tanto firmiter roborat nisi ita uenuste dicas ut Virg. in. xii. O præstās animi iuue
 nis q̄tum ipse feroci Virtute exuperas: tanto me impensius æquum est consulere: & Quintili. in pri
 mo Quid autem aliud in nostris legionibus cornua ac tubæ faciunt quorum concentus q̄to est ue
 hementior tantum romana ī bellis gloria ceteris præstat: quod nō licuisset aliter dicere. Proxiē aut
 ad uim compatiuoz accedunt illa aduerbia ante & post: siue præpositiōes: ut tanto ante ego ueni q̄
 to post tu uenisti. Et illud nomē alius & suum aduerbiū aliter & huic simile secus ut Quint. At q̄to
 alius fuit ille ī felicissimi iuueis affectus & Terē. Verū aliter eueire multo itelligit Et Cice. Multo se
 cus euenit. Nā quod dico de tāto & q̄to idē intelligo de aliquāto: de multo de paulo ceterisq; simili
 bus. Rursus quod de tantū & q̄tum: idē de aliquātū de multū de paulū & de reliquis. Sed quia hæc
 trāseunt ī aduerbia: ideo nonnunq̄ de his quæ exeunt ī um loquor: abutimur p̄ his quæ exeunt ī. o. p̄
 fertim quādo nō est illa contrapositiō duoz: ut superioribus exēplis ostendimus. Iuue. Despiciā q̄ scit
 quantū sublimior atlas Teren. Cuius frater aliq̄tulum ē ad rem audior Quint. Ac quidā si forte su
 sceperint negocia paulum ad dicēdum tenuiora: ea cōiitiis implēt. Ita ī aduerbiis p̄cipiūsq; multū
 ante: uel multo āte: paulū post uel paulopost. Verbis autē semp fere cōuenit per um potius q̄ p̄o. Ex
 ceptis ab ante præ a post cōpositis more eoz unde cōponunt: ut multo præstat: & multum præstat
 Salustius: Multo præstat beneficii q̄ maleficii immemorem esse. Ita m̄ ultū uel multo antecellit: pau
 lum uel paulo post habui tua negocia meis. Tam & q̄similia atq; eadē uidetur tātū & q̄tū ideoq; ra
 ro cum compatiuo iungunt: ut Virg. Tā magis illa fremēs & tristibus effera flāmis. Quā magis essu
 so crudescunt sanguine pugna. Cum superlatiuo frequentius: ut tam hic ē oīum optimus q̄ nobi
 lissimus. Salusti. Quā quisq; pessime fecit: tam maxime tutus est: quod idem ualet: ac si diceret ut q; q;
 q; pessime fecit: ita maxime tutus est. Teren. Nanq; adolescens q̄ minima ī spe situs erit: tā facillie pa
 tris pacē ī leges cōficiet suas. Solēt poni tam & q̄ sepatim: & alterū sine altero: utrūq; in significatiō
 ne uehementiæ: ut Cice. In tam optima causa non debeo timere. i. in tam ualde ac per ualde bōa cau
 sa. Et iterum: Nondum erat uestris tam grauissimis tanq; multis iudiciis ignominiiq; concisus. i. iu
 diciis uestris ignominiiq; tantopere grauibus. De q̄ hoc sit exēplum Tu es homo q̄ iucundissimus

id ē ualde uehementiq; iucūdus. Sed de hoc differēdū latius: ideoq; nō ī eudē locū includā.

De per & q̄ cum gradibus. Cap. xix.

Hoc nāq; pōderis ī cōpositione habēt per & q̄: sed alterum positiuū p̄prium ē altere sup
 latiuū: ut perpulchre: perbelle: per diligentē: q̄ perpulcherrime: q̄ optime: q̄ diligentis

sine: quorum exemplorum referta sunt omnia: hoc intelligit quotiens accipit quod pro ualde siue uehementer.
 At contra quod pro quantum nunquam cum superlatiuo: semper cum positiuo: ut Cicero: quod morosi sunt qui amant: ex
 hoc tu potes intelligere. Vides ut quod pro quantum non potest adiungi uerbo principali duntaxat in recto
 modo loquendi: hoc est quando non figurate loquimur: ut exprobrandi deridendiue causa: hoc modo cito ue
 nisti: quod suauis homo es. Loquor autem quotiens duo uerba in eadem oratione insunt: semper cum uerbo non prin
 cipali iungi quod pro ualde frequenter uno uerbo contentum esse: & in duobus principali potius gaudere nonnunquam
 altero: ut ubi est lucrum eo quod primum aduolas. Et ibi est luxuriam quo tu quod primum aduolas. At in hac differentia
 positiuum & superlatiuum aliquid se obiciunt: afferentes Terentium in an. Reiecit se in eum fletus quod familiariter. Et in Eunuchis.
 Post illa tempora tu scis quod intimum te haberi. In quorum exemplorum prior est quod pro ualde cum positiuo. In poste
 riore quod pro quantum cum superlatiuo. Ego uero accipio illud quod familiariter pro quantum familiariter figurate: quasi
 o quantum familiariter: & hoc accipi pro positiuo: sicut proximum. Dicimus namque hic est mihi magis proximus
 ita hic est mihi magis intimus. Neque tamen in hoc toto meo opere tanta licentia poetarum cōfectorum: quod uerbum ora
 torum. Neque siquid aliter penes auctores reperiat: mihi obedere debet: non legem scribo: quasi nunquam aliter factum sit
 sed quod frequenter factitatum est: presertim a. M. T. M. quod Fabio: apud quos siquando reperiat quod cum positi
 uo pro ualde aut cum superlatiuo pro quantum: aut sim affirmare me dōse scriptum: ut in phemio de ora. Quam boni
 pedium nulli: quasi de ualde bonis: & non potius de bonis loquatur: uera scriptura erat. boni pedium nulli: aut po
 tius cum boni pedium nulli. aliter enim uideat non congrue dici: quod uerbum scribendi utinam in paucioribus esset. Quod
 Cicerone ipse illo suo eruditissimo saeculo: quod uix credibile uideat: queritur ita ut apud Latinos medosiores
 sint codices Latini quod Graeci: quod quod apud Graecos longe sit difficilior scribendi quod apud Latinos ratio: Nam cur non
 sapientius quod pro ualde cum positiuo in illis repiremus: si probassent potius quod respicissent. Quare in hac re
 non uerebor reprehendere Boetium: Priscianum & elegantiore utroque Lactantium: primo super topica Cice
 ro ita ait: Nosti oblatrantis morsus inuidiae: nosti quam facillime in difficillimis causis inuicem iudicium se
 rat: Male dixisse quam facile. Secundus li. xviii. Ita ideo ex uno libro. Cicero: Tot usus pro potius studium: ut
 docere quam frequenter hac constructione usi sunt auctores eloquentiae Latinae. Latinius erat quam frequenter
 sunt usi: uel quam frequentissime usos Terentius ita libro primo institutionum. Et quam multa alia de deo nostris ho
 minibus locutus est similia. pro multa ego dixissem: Idem li. vi. Hoc autem duplex sacrificii genus quod sit ueris
 simum: Trigemismus Hermes idoneus testis est. Et in principio statim libri de officio inquit: Quam
 nime sim quietus summis etiam necessitatibus ex hoc libello poteris aestimare. Puto, Cicero. quod sit uerum: &
 quod parum sim quietus: potius fuisse dictum: qui scribens ad Trebatium in proemio ita ait. Sed dum fuimus
 una tu optimus es testis quod fueri occupatus: non dixit quod summe occupatus: aut quam maxime occupatus
 aut quam occupatissimus fuerim. Quod autem dixi de quod: non debet illud iungi cum superlatiuo quotiens signi
 ficat quantum unum uerbum excipit possumus: & quae idem significat: quae: ualeo: licet & siqua sunt alia
 ut scribas quam optime potes. Nec recte dicas: Scio quam optime scribas: quod propter auctoritatem summorum
 auctorum etiam ratione utimur: Quia ubi est uerbum potes: ibi quod non iungitur cum superlatiuo: sed cum uer
 bo: sic scribas optime quam potes. In aliis autem nequit iungi cum uerbo: sic. Scio optime quam scribas: nisi
 sit alter sensus. Ergo illud plane latinum non est: Quam primum mare intravi: exorta tempestas est: sed
 cum primum ac quam primum potero: mare intrabo: uel cum primum potero: uel ut primum: uel ubi pri
 mum mare intravi: aut ut primum: uel ubi primum potero: mare intrabo: latinum erit. Ex his quae dixi
 colligit ubi est quod pro quantum: ibi quoque posse poni ipsum quantum: ut Cicero. de aetia: Nisi quod tanta est inter eos: quod
 ta maxime potest morum studiorumque distantia. Quintus in. ii. Cum aliquid adhibita quod ta maxime potest cu
 ra diligenter elimauerit: ut quoque in locum quod uel quantum succedit. Nunc sine ita: nunc cum ita pro mo
 do: sic ut apud eundem in. xii. Non omittenda pars haec orationis: sed exigenda ut optime possumus. &
 Cicero in Philip. Quas honorificentissimis uerbis ipse esse sequi potero: complectar mea sententia. Alte
 ro modo sic: ut apud eundem de oratore. Haec ut breuissime dici potuerit: ita a me dicta sunt. De po
 sitiuo autem nemini dubium erit quod & ut conueniri non possumus: ut idem in Philip. Sed reliquum cursum ui
 ta quod quid possumus: breuiter perstringam: & ut potui breuiter perstrinxi. Recte ergo quod pro quantum cum po
 sitiuo & superlatiuo: intercedente uerbo possumus. Male autem cum comparatio siue sine possumus: ut quod plu
 ra uolumina ille composuit: dicendum est comparatio uerba: non quod plurima: ut quidam male scribunt. In aduerbio
 quoque superlatiuo nonnunquam legimus comparatum plurimum pro plurimum: siue per possumus: ut narraui re gesta
 quam breuiter potui: aut quam potui breuiter. Cuius hic quidem sensus: sed tamen barbare prolatus est. Nar
 raui quam breuissime potui: quod hoc secundum potest accipi in eum sensum: qui est breuiter quam potui: siue ut
 apertius loquar: breuiter quam potuissem. Primus modus sic accipi non potest: nec hoc quidem barbaria ca
 ret: licet huius loci non sit. Iste est nimis iuuenis ad dandum sibi tale negocium: quod sic latine di
 ceretur. Iste est nimis iuuenis aut iunior: quam ut ipsi detur tale negocium: uel est iunior quam cui tale nego
 cium detur: Cuius rei plurima ubique exempla sunt: ut Quintus. Sed hoc apertius est quam ut probandum sit. Idem in. x.
 Ideoque ne suscipiendae quod sunt causae plures quam quibus suscipitur se sciat. Et ita opus inchoat Valerii Ma
 ximi: Urbis Romae externarumque gentium facta simul ac dicta memoratu digna: quae apud alios diffu
 sa sunt: quam ut breuiter cognosci possint. i. latius sunt dispersa: ita ut non breuiter possint cognosci. i. eadem

rationem
 iorem q
 terrogat
 bitur ita
 coflat un
 positiuo
 latiuo in
 perq: ut p
 situm sit q
 paucos rep
 men in cor
 q rarissim
 uis duos
 Curtius lib
 se iubet. Se
 autim: Au
 or: p perq
 idem polle
 Tametsi C
 tius Sulpi
 eo ac debu
 mus com
 cius ad eu
 Quid pl
 currit m
 haud fac
 multa so
 multo &
 ic q non t
 ut fit sin
 Que Cr



uissimo &
 Platonē. A
 cus: & ea d
 Sed cum l
 paratiua a
 lia sunt: di
 uum quid
 uem uero
 Roscio: N
 existimati
 qua alia su
 seratione
 Facile uer
 rege: hoc
 superlatiu
 perat: Nec
 de aduerb
 inueni in
 tantum ac
 niam uim
 deatur cor
 patitur: Pr

PRIMVS

rationem cadit ille modus: qualis est: Maiore geris uestem q̄ pro habitudine corpis: ut Curtius: Ma-
iorem q̄ pro magnitudine siluæ reddebat sonu. Illud hoc loco iocosum inferere non pudebit. Sigs i
terrogatus huius positiui ppulcher qui compatiuus sit: & qui suplatiuus: non aliter bene responde-
bit: nisi ita multo pulchrior q̄ pulcherrimus. Ex his autem duobus de quibus diu dixerimus p̄ & q̄
cōstat unū p̄q̄: quod utri dandū erit positiuo an suplatiuo. Vtrunq̄ enī in eo p̄tē sibi uendicat: certe
positiuo: uel quia antierus est: uel quia indecens uideret duo aduerbia uehementiā significantia sup-
latiuo imponi. Dicimus ita perq̄ doctus: perq̄ eruditus: perq̄ pulcher. Et sicut uerbo solet p̄poni p̄ita
perq̄: ut puelim: pplacet: p̄q̄ uelim: p̄q̄ placet. Plinius iunior in epistolis: Perq̄ uelim scire nisi interpo-
situm sit q̄ inter p̄positionem & uerbum cum quo illa copulatur: quale apud Terentium: Perpol q̄
paucos repias meretricibus fideles euenire amatores: quod sic resoluit: Pol p̄q̄ paucos. Boetius ta-
men in cōmentariis logica breuioribus sperlatiuo dedit dicens: Apud scriptores quidem græcos p̄
q̄ rarissimos. Et Pomponius de origine iuris digestorum Iustiniā libro primo. Nam ante eum Ser-
uius duos libros ad Brutum p̄q̄ breuissimos ad edictum subscriptos reliquit. Et facundus scriptor
Curtius lib. iiii. Bessum quoq̄ bactrianorum ducē perq̄ maximo posset exercitu coacto descēdē ad
se iubet. Sed huiusmodi exēpla tā rara sunt: ut dubitē an librariorū sit culpa: certe ipse sic loqui non
ausim: Aulus quidē Gellius hoc quod p̄cipimus semp custodiuit. Cæterū ut est in loquendo cnirosi-
or: p̄ perq̄: ita loquit sane q̄ utile: uoce admodū q̄ suau: oppido q̄ libēs: nimis q̄ ineptū: quæ aduerbia
idem pollent: quod p̄ pro ualde: V sitatius tamen ē p̄q̄: ut p̄q̄ utile: uoce p̄q̄ suau: p̄q̄ libens: p̄q̄ iēptū
Tamet si Cæsar cōmentario. xiii. Quibus rebus oppido p̄q̄ pauci sub pellibus acquiescebant. Et Ser-
uius Sulpitius ad Ciceronē scribēs ita icipit: Posteaq̄ mihi renūciatum ē de obitu filiaē tuæ sane q̄ p̄
eo ac debui: grauius molesteq̄ tili. Et ad eundem Cælius ita etiā incipit. Sane q̄ litteris Cæsarīs su-
mus commoti. Nam Cassius cis Euphratem parthorum copias esse scripsit. Et Brutus quoq̄ De-
cius ad eundem: Nam suos ualde q̄ paucos habet. Et iterum in eadem epistola: Sane q̄ gauisus sum.
Quid plura: Ipse quoq̄ ad fratrem Cicerō: Nam q̄ de Pompeio Caninius ait. Sane q̄ refrixit: Non suc-
currit mihi siquod aliud exemplū apud Cice. repperi: Et Titus Liuius nescio an alibi q̄ lib. xviii. Cū
haud facile esset: aut ea quæ abūcerent: aut quæ aduersus ea dicenda erāt memoria cōplecti. Nec. n.
multa solum: sed etiā pleraq̄: oppido q̄ parua erant. Hæc igit dant positiuo: illa uero magis suplatio
multo & lōge in eo fere significato quo solet q̄ cum sup̄latiuo: sed cū hac tamen differentiā: q̄ hu-
ic q̄ nō tribuimus genitiuum illū suplatiuū propriū: ut ablatiuū accusatiuumue cum præpositiōe
ut sit sine ipso q̄. M. T. Acerrimū autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum uidendi. Et iterū
Quē Crassus dilexit ex oibus plurimū: nō dixit q̄ acerrimū: aut q̄ plurimū ex oibus siue inter oēs.

De longe: multo: facile: ualde. Cap. xx.



D quod sit in multo aut in longe p̄ ualde: & in facile pro non dubie: ut Quin. li. ii. Decla-
mādi rō: ut est ex oibus nouissime inuenta: ita & multo ē utilissima. Idē Lōge oīum quos
quidem mihi audire cōtingit: præstātissimus Domitius Afer: & M. Tullius: Sed ego neq̄
eis assentiar: neq̄ harūm disputationū inuentori & principi lōge omniū in dicendo gra-
uissimo & eloquentissimo Platoni. Idem pro Rabirio: Vigz unum totius Græciæ facile doctissimū
Platonē. Amat etiā lōge ut multo secū iungi cōparatiuum: ut Virg. in. ix. At pedibus lōge melior Ly-
cus: & ea de quibus antea disputaui: alias: aliter: secus: ate: post: pre: ut lōge præstās: lōge p̄stat. Quin.
Sed cum lōge p̄cedunt ingenia uiuentiū: Et cætera quæ suplationem quandā hēnt: & p̄xime ad cō-
paratiua accedunt: ut lōge supat: lōge uincit: & ea quæ diuersitatem more illoz: alias: aliter: secus: q̄
lia sunt: diuersus: dissimilis: alienus: ut lōge diuersus: lōge dissimilis: lōge alienus. Princeps ne adiecti-
uum quidem est more positiuoz: tamen quia suplationem significat asciscit sibi lōge: ut idem. No-
uem uero lyricorum longe Pyndarus princeps: & facile pro eo quod est haud dubie. M. Tullius pro
Roscio: Non solum municipii latinitatis ex quo erat: sed etiam regionis illius & uicinitatis uirtute:
existimatione: nobilitate facile princeps. Præterea cum præcipuus: cum primus: cum secundus: & si
qua alia sunt: ut Quintilia. de Euripide loquens in affectibus: Tum in omnibus: tum in his qui mi-
seratione constant: facile præcipuus & admirandus maxime est: Sic facile primus: uel facile summus
Facile uero secūsus dicitur: nō ad ordinē respiciētes: sed ad dignitatē: q̄le est: Tu es facile secundus a
rege: hoc ē facile post regem p̄mus. Lōge igitur pro ualde propriū est: exceptis paucis compatiui &
suplatiuū: ipsum autem ualde positiui & uerbi: ut ualde diues: ualde paup: ualde laudat: ualde uitu-
perat: Nec ausim dicei longe diues: lōge laudat: nec ualde ditior: ualde ditissimus: Hæc at quæ a me
de aduerbiis tradunt: nō fuerunt itentata ueteribus grāmaticis: nā nuper cum iam ista cōposuissē
inueni in bibliotheca beneuentana Sergium super Donatum ita dicentē: Donatus dicit quinque
tantum aduerbia positiuo esse iungenda: tā: magis: maxime: minus: & minime: ea scilicet ratiōe: quo-
niam uim in se habent comparandi: atque ideo non debent comparationis casibus iungi: ne ui-
deatur comparatio geminata: Qui enim dicit tam doctior: pene hoc dicit doctior: q̄ latinitas non
patitur: Probus autem dicit oīa aduerbia quæ uim augentis aut minuentis in se habēt: nō debere cō-

LIBER

tungi nec comparatiuo: nec superlatiuo: ut sunt ista ualde: multū plurimum: per & similia: Nam ista oia tantum positiuis casibus debemus adiungere. Idem Sergius longe post ait: Cōparatiuo & superlatiuo quinq; hæc cōparationis aduerbia nō apponemus: ut tam: minus: minime: magis: maxime: quæ tamē soli positiuo adiciuntur. Hæc quæ tres auctores tradūt: & imperfecta sunt: nec oīno uera: ut ex his datur intelligi: quæ ipse præcepi. Dicimus. n. multo fortissimus: & ego sum tā te fortior: q̄ te nobilior: & tam omnium fortissimus: q̄ nobilissimus: Comparatiua uero addi non oportere comparatiuis: ne præcipiendum quidem est. Quod autem posuit minime & maxime & similia Sergius: non recte posuit. Nam minimum est proprium aduerbium superlatiuum: minime uero pro negatiōe accipitur: quasi nequaq; ut hic homo est minimū litteratus: id est paucillum litteratus: & ego sum minime litteratus: id est idiota: nil prorsus habens litteraturæ.

Cap. xxi.

De proprietate quadam comparatiui.



Tq; hæc hæctenus: illud ad extremum adiciamus: de cōparatiuo consuetiorem sermonē esse per accusatiuum: q̄ per nominatiuū in illis: quale ē. Tu maiorem laudem assecutus es patre tuo: tuisq; maioribus. Vix audeas dicere tua laus ē maior patre tuo. Tamen soleamus aliquādo sic uti: Virg. in. viii. Non secus igni potens: nec tempore segnior illo. Et Quint. de apibus pauperis: Vnum rogo ne cui minor dignitate uestra uideatur causa litis meæ. Et in tertio institutionum: Non debes apud prætorem petere fideicommissum: sed apud consules maior prætoria cognitione summa est: fortasse uideat mollius in obliquo casu: quod ita si nō est: uolo tamē annota ū esse: q̄ incōsuetu uox auribus hæc uidetur esse: maior summa pecuniaria est prætoria cognitio: pro eo quod est maior summa: q̄ ut apud prætorē peti possit. Minor causa dignitate uestra: pro eo quod est minor q̄ ut uideat digna quæ apud dignitatē uestram agatur. Et Vulcanus nō segnior illo tpe: p̄ eo quod est segnior tempore: q̄ illud fuit. A quo nō dissimile illud est: Ego sum maior. xx. annis: p̄ eo q̄ ego sum maioris ætatis ea quæ est. xx. annoz: uel minoris ætatis. xx. annoz. Nā & hoc licet dicere quale etiā est. Ego sum maior. xx. annoz: id est ætate tali: uel ego sum ætatis maioris ætate. xx. annoz. Frequentissime autē huiusmodi genere oratiōis utimur: ubi adest hoc nomē opinio ut sumditior opinione hominum: quasi opinio hoīum diues sit: & nō sic accipi debeat magis: q̄ opinio hominum sentit: uel q̄ homines opinantur. Cicero Brutum suum sic exorsus est. Cū e Cilicia decedens Rhodum uenisset ibiq; de Quint. Hortēsi morte esset allatum: maiorem opinione hoīum cepti dolorem: pro eo quod est maiore: q̄ ille quem in me hoīes opinant. Nec illud ab multū recedit: cū dicimus. Nihil isto homine peius: nihil tuo patre abiectius: nihil hoc uino insuauius: p̄ eo quod est nullus isto homine peior: nemo patre tuo abiectior: nullum uinū hoc insuauius. Rursus in hac laude: nihil isto homine melius: nihil patre tuo generosius: nihil matre tua sanctius: nihil uxore tua ueracundius: nihil hoc uino suauius. Dictum est de oībus rebus nō tantū de singulis: interdum etiam ubi nihil plus cōprehenditur in uniuerso: q̄ in pte: ut nihil est te litteratius: nihil est illo prudentius: nihil ē isto inhumanius: nihil plus significet hoc modo: q̄ si dicas: nemo te litteratior: nemo illo prudentior: nemo isto inhumanior: quoniam litteratura: prudentia: inhumanitasq; non nisi in hoīes cadit. Quid ergo in neutro genere potius q̄ masculino & fœminino platum est? Nempe quia nescio qd plenius & suauius in neutro genere. Ideoq; tali sermone delectati auctores sunt: ut ipsorū crebra exempla documēto esse possunt quæ in quirentibus notiora erunt: q̄ ut a me hic afferri debeant.

De compositis a somnis.

Cap. xxii.



Somnus composita quædam sunt secundæ semp decli. quædā tertiæ: Secundæ: Cicero in Verri. Hic etiā cū semisomnus stuperet. Et Cælius in Antonium. Ipsum nāq; offendunt semisomno sopore p̄fligatum. Et Salu. in iugurthino. Signo dato castra hostiū inuadūt: semisomnos partim: alios arma sumentes fugāt. Insomnem & exsomnem draconem sæpe legimus: & fere hanc differētiā seruata inuenimus. Hæc admonui: ut in nominibus quæ ancipitem in compositione declinationem sortita sunt: tamen sciamus usum frequentiore mimitandum. Seneca autē de breuitate uitæ ait: Quam multi extrema crapula semisomnes & graues.

De exeuntibus in osus.

Cap. xxiii.



Omina quæ exeunt in osus: partim a noīe descendunt: partim a uerbo: partim ab utro q; & ea qdem quæ descēdunt a nomine: habitio nē siue uehementiam: copiamue significat & affectionē: ut animosus: ingeniosus: lacertosus: neruosus: saxosus: aquosus. Hæc copīa siue uehementiam habitionemq; significant: q̄ habent in se uehementiam ac copiam aquæ: saxoz: neruoz: lacertoz: ingenii animi. Vinosus: mulierosus: libidinosus: seditiosus: factiosus: q̄ affectus ē ad hæc & amat uinū: mulieres: libidinē: seditiones: factiones. Rursus ea quæ a uerbo sunt: partim actionem significat: partim passionem: partim utrūq; studiosus: fastidiosus: stomachosus: iniuriosus: contumeliosus: curiosus: semp actiue ab auctoribus accipi solēt. Ociosum ē in re aperta inculcare exempla: quæ uulgo sunt plurima. Hæc enim accipiuntur pro his qui operam dant studio: qui fastidiunt qui stomachantur: qui iniuriam contumeliamq; faciunt: qui nimis curant nisi uelimus hæc a nomi

PRIMVS

nibus uenire nō a uerbis: ut fraudulosus: qui fraudem facit: quod a fraudula diminutiuo uidetur uenire potius q̄ a fraude: quemadmodū meticolosus qui timidus a meticulo magis q̄ a metu: & somniculosus magis a somniculo q̄ a somno: & siticulosus a siticula magis q̄ siti uenit. Tenebricosus quoq; reperitur & tenebrosus: licet quaedam ab usu regulaq; recedant montuosus potius q̄ montosus: salutosus q̄ saltosus: tortuosus q̄ tortosus: Verū tamen quæ sunt quartæ declinatiōis assumūt u. ut uultuosus: actuosus: fructuosus. Ideoq; illud in psalmo: oues eorum fœtosæ legendum est fœtuosæ a fœtus: sicut ediuerso pleriq; scribunt mōstruosum p mōstrolo. Luca. mōstroliq; hominum parus. Nec modo in osus nomina quartæ declinationis: uerum etiam in arius: ut salutaris: actuaris: fructuaris: cum noīa secundæ declinatiōis careant u. ut asinarius: caprarius. Odiosus & inuidiosus passiuæ: Ille enim significatur qui odio habetur & cui inuidia: non is qui odit & inuidet. Hæc passio nem significant utiq; cum a uerbo ueniunt: secus cum a nomine. Nam odium molestiam quoq; antriquitus significabat. Teren. in phor. Nunq̄ odio tuo me uincet. Et iterum. Si porro esse odiosi pigritis: id est molesti. Cice. Ad atticum. Sed cum horas tris fere dixisset: odio & strepitu senatus coactus est aliquando perorare. Et in Catone maiore: Infirmo corpore odiosa est omnis offensio. Et de oratore. Verum si placet quoniam hæc satis spero uobis quidem certe maioribus molesta & putida: ad reliqua aliquanto odiosiora peramus. odiosiora dixit quasi molestiora. Inuidia autem præter illā significationem nota est: uel dicto uel facto in altere maliuolentiæ cōciliatio ut si quis referat ostendat uel calamitates suas: ut auctori calamitatum odium cæteroz; concitet: & hoc uocatur inuidiam facere: uel uocare: aut adducere in inuidiam. Inde inuidiosa res: quæ atrocitatem facti augēs inuisum illud uel illius auctorem facit: & inuidia quasi atrocitas uel detractio. In quam significationem accipio illum uersum. Inuidiam nimio cultu uitare memento. Nam latentem inuidiam quia non deprehendo: uitare nequeo: sed eam quæ extrinsecus significat uel uoce uel gestu cū populus indigne ferre se indicat in aliquo nimium & insolentem corporis cultum. Ideoq; subiungitur. Quæ si nō lædit tamē hanc sufferre molestum est. s. hanc uel uoce uel gestu: uel utroq; modo detractiōem. Quare illud quoq; terentianum. Ita ut sine inuidia laudem inuenias & amicos pares. Et illud Salustii. Licet e Demosthene sit sumptus: inuidiam gloria superasti. Formidosus: laboriosus: operosus pariter: actiue passiuæq; accipiuntur Terentius. Egon formidosus: id est ego ne qui timeam. Salustius. Regibus boni q̄ mali suspectiores sunt: sempq; his aliena uirtus formidolosa est: id est quæ formidatur. Cice. Videtis ut senectus nō mō languida nō sit: ueq; etiam operosa: id est quæ agit: & rebus agendis operam dat. Idem pro Cælio. Vos laboriosos existimet: quibus ociosis ne in cōmuni quidem officio liceat eē. Ouidius. Moles operosa laboret. Operosa quæ ab aliquo operata est: nō quæ aliquā facit uel uehementis operis: & multarum operaz;. Ita res laboriosa: uel q̄ in ea laborem capiamus necesse est uel q̄ plena laboris est. Voluptuosus quoq; & religiosus licet e uerbis nō ueniunt: tamē istis similia sunt: ut affectionem significant & habitationem siue plenitudinem: simulq; actiue accipiuntur: & passiuæ. Voluptuosus homo qui per quā amat uoluptatem: res uoluptuosa quæ in se habet uoluptatem uel quæ plena ē uoluptatis: & qua homo delectatur: ille recipit: hæc res recipitur. Religiosus homo q̄ amat religiōem. Sepulchra & monumenta religiosa sunt: id ē habent in se religionem. Ille adoratur: hæc adorantur. Præterea gloriosus: famosus: & imperiosus: nō nihil & ipsa a cæteris differunt. Nam licet legamus gloriosam uictoriam: id est plenam gloriæ. Et apud luuenalem Famosos equitum cū dictatore magistris: & imperiosos populos hoc est latum imperiū possidentes: tamē dicimus ita gloriosum hominem affectatorem gloriæ ut uinosum cupidum uini: & mulierosum nimis appetentē mulierem: qualis miles gloriosus apud Plautum & Teretium. Et famosum pro infami & turpi: ut famosa mulier quæ noscitur impudica esse. Et imperiosus ostentator imperii in exercēda sæuitia: qualis Torquatus apud Liuium: qui filium sæuitia ob imperium cōtemptum occidit: unde imperiosus appellatus est. Verum gloriosus & imperiosus quando honestæ significantiæ sunt pro gloriam imperiumq; habēt habitationem: plenitudinemq; significant: Quando inhoneste: affectionem ut dixi. Similiter quæstuosus & sumptuosus ab affectione magis q̄ ab habitatione siue plenitudine ueniunt. Quæstuosus homo est auidior quæstus & lucri undiq; lucra quæritans. Sumptuosus q̄ auidior est sumptus q̄ quæstus: & immoderatum sumptum facit: id est immoderatas impensas. Quæ duo magis possunt accipi actiue q̄ passiuæ: magisq; ad homines pertinent: ut homo quæstuosus: homo sumptuosus. Luctuosus uero magis ad rem: ut res luctuosa: hoc est plena luctu. Nescio an liceat de homine misero & afflicto dicere homo luctuosus: sicut fortuna huius luctuosa. Ab industria autem non habemus industriosus: sed industrius: nec a uirtute uirtuosus more græcorum: qui αρω του αρετα: non dicunt αρετωσ: licet habeant αρετωσ: sed pro illo dicunt tum αγαθοσ: id est bonus: tum αρωσ: id est studiosus: Aristotele quoq; & aliis quibusdam testantibus: quod Cice. ad Herennium imitatus est dicens: Ideoq; bonis uiris & studiosis amicus erat. Morosus a more uenit: non a mora. Primam enim habet longam: ut mos moris: Significat eum qui nimis exacte: nimisq;

ad unguem fieri omnia postulat: ut aliquando ob id indignetur atq; irascatur: ut Suetonius de Cæsare: Circa corporis curam amorosior ut non solum tōderetur diligenter: sed etiam uelleretur. Et idem de Tyberio: Sed affectione & morositate obscurabat stilum: Cicero de senectute: At sunt morosi & an. xii. & iracundi & difficiles & senes: Et idem secūdo de oratore. Me quidem hercle illa ualde mouent stomachosa: & quasi summorosa ridicula: non cum amoroso dicuntur: tum enim nō sal sed natura ridetur. Suetonius accepit pro cupido nimis exactæ diligentia. Cicero adiungit impatientiam & iracundiam: in significato tamen illo superiore posuit in oratore: Vsq; adeo morosi sumus: ut nobis non satisfaciatur ipse Demosthenes: Deniq; sic dicitur morosus a nimia diligentia & seueritate: ut curiosus: a nimia cura: quotiens plus diligentia q̄ oporteat impendimus rebus: uel nostris uel alienis. Nostris: quum minutissima quæq; disquirimus & nullius frugis. Alienis: cum de rebus cæterorum occultioribus non satis cum pudore perscrutamur aut interrogamus: Sed non tam a cura curiosus uidetur descendere: q̄ a curia: cuius compositum est magis in usu incuria: id ē negligentia: tamen si curia a cura uocatur. Atq; ut curiosus a peruersa cura uocatur: ita cerebrosus a peruerso cerebro. Vnde Horatius: Donec cerebrosus profilit unus: id est insanus & peruersi cerebri. Pannosus & ipsum aliquid differentia habet. Is enim dicitur pannosus qui crasso panno ae uili opertus ē. nec de hoc nisi de paupere dicitur: quæ exempla sunt plurima.

De uerbis inchoatiuis falso sic dictis.

Cap. xxiiii.



Rammatici auctores uno ore uniuersi qui de hac re scriptum aliquid reliquerunt: aut illa uerba in s̄co ut caleſco: frigefco ſignificare inchoationem: ideoq; inchoatiua: Illa i ſo ut uiſo: deſiderium: ideoq; deſideratiua: Illa in rio: ut eſurio meditationem: ideoq; meditatiua appellari: in quibus omnibus ab omnibus diſſentio. Sed Prifcia. eruditorū nuper rimo potiffimū respondebo: qui ut ordinem ſequar: inquit in illo Vergiliū uerſu: Aegreſcitq; mededo: ſignificare inchoationem: Qualē medicū uoluit eſſe Prif. quo curante q̄s incipiat ægrotare: q̄q; quomodo curari quis ante poſſit: q̄ ægrotus ſit: Neceſſe eſt ergo ut ante ægrotare cœperit: Et cum dicitur ægreſcere: intelligatur intermedendum ægriorem fieri. Et hoc de Turno Vergilius intellexit: cuius augebatur ægritudo ad Latini ſalubria conſilia: ſicut de Didone prius dixerat: Expleri mētem nequit: ardeſcitq; tuendo. Quid igit̄ attinet exempla repeteri. cum nunq̄ in ſenſu inchoationis repiatur. An illud apud Quintilianum hoc ſignificat. Tenuit cōſuetudo quæ quottidie magis inualeſcit: An illud Ciceronis: Quanto plura ille miſcebat. tātō hic magis indies conualeſcebat: Et illud eccleſiaſticū: Qui ſordet ſordescat adhuc: Quomodo pōt quid quottidie incipere ualidum fieri: & quidē magis q̄ dicit̄ reſpectu p̄cedētis ad inchoationē: nihil p̄cedit: aut quomodo quod ſordet pōt incipere ſordere: & ſordescere adhuc: id ē magis q̄ quid magis: certe q̄ antea incepat. Sed quid ibi diſputamus: cū dicat̄: Qui iam ſordet ſordescat adhuc: quaſi ſordidior fiat: nō autem ſordere incipiat: quia iam ſordet: ideoq; gr̄ce & hoc: & cætera huiſmodi uerba & paſſiua explicant̄: & illud gr̄ce ſordescat nihil aliud ē q̄ ſordidet: Plautus i captiuiduo: Ego qui tuo mœrore maceror: macefco: cōſenefco & tabefco miſer. Pro eodē pene accepit maceror & macefco: niſi q̄ maceror ad animum magis pertinet: quaſi affligor: macefco magis ad corpus: Videſc̄ aut̄ ratio uelle dici potius macrefco: ut nigrefco: pigrefco: ægreſco: ſed etiam dici pōt macefco: ut aceſco: crebeſco tamen potius dixerim: q̄ crebeſco. Veḡ ad rem. Ediuerſo Virg. Maria incipiunt agitata tumefcere: Et itez: Fluctus ubi primo cœpit cum albeſcere ponto. Et itez: Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus: Vbi qd̄ opus erat dicere q̄ incipiāt res tūeſcere: albeſcere: crudeſcere: cū ſatis: imo magis p̄priu m fuiſſet dicit̄: q̄ tūeſcebant: albeſcebant: crudeſcebant. i. q̄ incipiebant ſiue inchoabant tūere: albere: crudere: Quid ergo ſignificant uerba inchoatiua: Nempe ut breuiter ſiniam: q̄ uerba compoſita p̄ ſio: caleſio: frigefio: tepefio: ſordefio: ægreſio: ardeſio: quæ ideo in uſu non ſunt: quia ſup̄uacuum eſſet duas nos uoces habere idem ſignificantes. Nec niſi ubi alterz deficit: alterius p̄ſidio utimur. Caleſcens p̄ caleſiens: pateſcens pro pateſiens: cum utrunq; repiat̄ pateſco & pateſio: q̄q; ne in ſimplici quidem ſuo repit̄ ſiens: nec quod ab hoc format̄ ſiendum. Dicimus itaq; caleſcens & caleſciendus. nec deſunt q̄ ſiens utant̄: ſed in eo de quo loquor ſignificato: ut in pſalmo. xi. Et factum eſt cor meum tanq̄ cæra liqueſcens in medio uentris mei: quum in alia translatione dicatur liqueſcens: ex quo liquet eiſdem utrunque eſſe ſignificationis. Idiomate quoque italico atque hiſpano: quod ex italico oriundum eſt aſtipulante: apud quod pene latina uoce hæc uerba pronuuciantur: & certe in hunc quem ego dico ſenſum: quale eſt hoc: Omni die macrefco. omni die magriſco: per quod incrementum aſſiduū atq; continuū declarat̄ non inchoatio. Quod ſiqd̄ inter huiſmodi uerba i ſco & i ſio itererit: hoc eſſe aebitor: q̄ hæc in ſco paſſionē ex ſe habet: illa uero extrinſecus allatam: ut i Aegypto Cæſar cū hoſtes fugeret: elata leua natabat: ne libelli quos tenebat: madefierēt: melius q̄ ne ma-

deſcerent.
re irrigatu
q̄ pateſcunt
ciſſimis cu
fert ſignifi
factus eſt
frigidus
cer eſt frigid
ſignificato
ut etiam ex
tam cito m
es: atq; etia
non ueniū
choatiua
it: quorum
teritis: caſſ
choatiua ſ
tur: concit
& his ſimi



facio fac
deſidera
faciebat
ratem ei
agit Pria
poris hæ
re. Cicer
fere: i deſ
certe mo
ſuperior
certe ita
ad uidend
cepta face
Tarquino
cero pro u
ſtricem
nem quer



ratio arm
Quint. p
conſumit
ra. Vel di
non ſolu
ſua quib
tatiua: ide
ren. Nunc
rio deſider
tiquirus i

PRIMVS.

descerent. Et cum fores aperiuntur: melius madefiunt dicitur: quam patefcunt. At cum quis balneo sudore irrigatur: & fores sua sponte aperiuntur: magis ille madescit: quam madefit: & hæc magis patefcunt: quam patefiunt. Inchoatiuorum autem præterita dicuntur eadem esse: quæ primitiuorum: tamen paucissimis curæ est dignoscere quando a primitiuis sunt: quando ab inchoatiuis: quorum multum differt significatio: licet crebrior sit illa inchoatiuorum: ut pinguit macruit: frigit: caluit: idem est quod factus est: non autem pinguis fuit: macer factus est: & frigidus & calidus factus est: non autem macer: frigidus & calidus factus fuit. Nam pinguet idem quod pinguis est: macret: friget: calet: idem quod macer est: frigidus est calidus est. Quorum præterita sunt pinguit: macruit: frigit: caluit. Vix unquam in hoc significato pinguis: macer: frigidus: calidus fuit: sed in illo pinguis: macer: frigidus: calidus factus est: ut etiam ex hoc apertius patebit exemplo. Tam cito macruisti: tam sero pinguisti: non id significo quam tam cito macer: aut tam sero pinguis fuisti: quasi nunc talis non sis: sed quæ macer aut pinguis factus es: atque etiam talis es: siue tunc eras. Sed de alio tempore loquimur. Quæ præterita quia a primitiuis non ueniunt: ut significatio indicat: necesse est ueniant a deriuatiuis in seculo. Vnde probatur etiam inchoatiua non significare inchoationem. Quare seruius uiderit qui his uerbis præteritum non tribuit: quorum frequentius est quam suorum primitiuorum. Nam quæ ait quia inchoatiua sunt: ideo carere præteritis: cassa ratio est: cum ipsum uerbum inchoo etiam præteritum habeat. Verum hæc uerba nec inchoatiua sunt: & præteritum habent. Illud transeo: quæ multa sunt quæ pro suis primitiuis accipiuntur: concitesco: adhæresco: delitesco: concupisco: labasco: obdormisco: contremisco: expauesco: & his similia.

De uerbis desideratiuis male sic uocatis.

Cap. xxv.



Am quæ idem auctor desideratiua appellauit: ipsius quoque exemplo ostenditur nequaquam esse desideratiuæ significantiæ. Hoc enim exemplum ille affert. Vir. in. viii. Nam memini Hesionæ uisentem regna sororis. Laomedontiadem Priamum uisentem dixit: pro cupientem uidere: quod græci οφρυσω. Idem in eodem exemplo Seruius dixerat. Simile est facio facefso: capio capessio: lacero lacefso: arceo arcessio: accio accersio: quæ possumus non incongrue desideratiua nominare. Sed quæro a Prisciano cur magis Priamus cupiebat uidere sororē: dum iter faciebat: quam cum erat in Troia: cur magis Priamus quam cæteri: aut cur solus: Postremo quis nouit uoluntatem eius: Quid agat uideo: quid uelit non uideo. Quid ergo significat uisere: Nimirum id quod agit Priamus ire ad uisendam sororem: quod frequentatiuum ipsius declarat uisito. Itaque actum corporis hæc significant uerba: non affectum mentis. Uiso: uado ad uidendum: non autem cupio uidere. Cicero ad atticum. Cupio equidem & iam pridem cupio Alexandriam reliquamque Aegyptum uisere: id est ut ego sentio: ire ad uidendum. Aliter dicendum erat uiso equidem & iam pridem uiso: quod certe modo ne Priscia. quidem ipse loqui auderet. Vsurpamus tamen hæc uerba: quæ admodum de superioribus testatus sum pro eorum primitiuis: ut missi sunt legati uisendi causa: id est uidendi: quod certe ita exponi non potest causa uidere cupiendi: tolerabiliusque mea sententia foret causa: ut eant ad uidendum. Similiter facefso eo ad faciendum: uel facio. Virg. Haud mora continuo matris præcepta facefso. Frequentius tamen accipitur pro eo ad recedendum uel recedo. Livi. lib. i. Facefso hic Tarquinos: aut Corinthum. Capessio: eo ad capiendum: uel capio. Lacefso: eo ad lacerandum: uel lacero pro uocando. Accersio uel arcessio: utrunque pro eo aduocandum: uel uoco. Teren. in andria: Obstetricem accersio. Quidam & in quarta coniugatione utuntur: ut ibi. Mitte ioppen: & accersi Simonem quendam qui cognominatur Petrus.

De uerbis meditatiuis non recte sic uocatis.

Cap. xxvi.



Ommodius autem desideratiua atque optatiua uocarentur ea quæ nominantur meditatiua in rio parturio: esurio. Cice. Vtinam aliquando dolor: populi Ro. pariat quod iam diu parturit. & Livi. Et quod diu parturit: animus uester aliquando pariat. Affectum significauit non cognitionem aut actum corporis: propter hoc uerbum indicatur. Vnde meditatio armorum: meditatio declamandi: meditatio gladiatorum: id est exercitatio. Esurio: cupio: edere. Quint. pater filios esurit. Valerius. Mar. viii. epigrammatum. In omnibus uacerra quod cœclauibus consumit horas. Et die toto sedet. Cœnaturit uacerra: non cacaturit: id est cœnare cupit: non & cætera. Vel dicamus hæc accipi pro primitiuis. Scaturio magis pro suo primitiuo scatet ponitur: quod est non solum aquarum: sed herbarum cæterorumque sua sponte ubertim nascentium. Qui si uolumus sua quibusque apta tribuere uocabula: nec a consuetis recedere: ea quæ sunt in seculo appellemus meditatiua: id est exercitatiua. Qui enim calefcit siue calefit. quasi meditatur: atque ut crescat exercetur. Teren. Nunc uide utrunuis argentum accipere: an causam meditari tuam. Et in seculo inchoatiua: hæc in rio desideratiua. Atque hanc opinor: fuisse ueram & germanam uerborum significationem: quam antiquitus impositam posteritas deprauauit.



Vædam orationes infinitum magis postulant: quædam gerundium: quædam utrunq;. Adiectiua magis infinitum: siue actiuum: siue passiuum. Substantiua gerundium genitiui duntaxat casus. Nam de accusatiuo mox dicâ. Tu es dignus habere opes: tu es dignus honorari. Tu es lætus me bene ualere: tu es lætus me honorari. Rursus tempus est gaudendi: locus est postulandi: commoditas est alloquedi. Participia autem & multa adiectiua a uerbis deriuata: utranq; formam sibi uendicant. Sed participia iuncta infinitis: dicuntur seruare uim participiorum: iuncta gerundio: uim nominum. Timens nauigare & nauigandi cupiens discere & discendi: doctus: peritus: promptus: consuetus cantare & cantandi: timidus: cupidus: audius nauigare & nauigandi. Nam illud admonitione non indiget: optima res est agricolare: recte dici: optima res est agricolandi dici non recte: quia sic illud resoluitur: agricolare est optima res: hoc resolui sic non potest: agricolandi est res optima: nisi forte dure & asperè: sic. Ipsa enim res agricolandi est optima. Quare illum non probauerim: qui dixit: non est mihi opus respondendi: cum esset dicendum respondere: ut sit suppositum me respondere: opus uero appositum. Item habeo mandatum a patre conueniendi te: latine dicitur: mandatum est mihi a patre conueniendi te: dicitur non latine: quia mādatum hic uerbum est: unde non potest regi huiusmodi gerundium: illic nomen substantiuum unde regitur gerundii genitiuus: nisi in utraq; oratione exceptione utaris. In prima quidem ut sic intelligas: habeo a patre mandatum conuenire te: scilicet hoc ipsum conuenire te: In secūda uero: ut mandatum sit nomen: non uerbum aut participium: quasi mandatum adest mihi. Ad quam tergiuersationem confugere non poterit quispiam in talibus exemplis. Habeo in talibus publicis a patre mandatum conueniendi hic non poterit dicere conuenire te. Item est mihi iunctum ac mandatum conuenire te: ubi dicere non poteris conueniendi te. Cice, tamen ad uxorem nouo quodam modo locutus est: cū in animo haberem nauigandi: pro eo quod est nauigare: ut li. i. de diuinatione: Haberetq; i animo nauem conscendere. Itaq; subintelligitur propositum siue uoluntas: sicut in illo fit apud eundem. Cum illius diei mihi uenit in mentem. Et alibi: Non minus ei uenit in mētem potestatis: quam æq; tatis tuæ. Vbi quidam uolunt accipi genitiuum pro nominatiuo. Mihi potius placet subintelligi conditio status: qualitas illius diei, tuæ potestatis: tuæ æquitatis: aut aliquid simile: ita hic propositum siue uoluntas: ut sit cum habetur in animo propositum nauigandi. Venio nunc ad accusatiuum gerundii. Dicitur itaq; induxi te ad nauigandum: non autem nauigare: uisi more græcorum: qui cum careant gerundio: funguntur infinito cum articulo: raro sine eo: licet nunc quidam frequentissime utantur: ut non ueni soluere legem: sed adimplere: pleriq; eruditorum dixissent non ueni ad soluendam legem: sed ad implendam: quos & ipse nunc imitor: & imitandos omnibus arbitror. Quam enim causam habet: ut alienam linguam secteris: relinuas tuam: quanq; nec illam quidem sequaris: cum careas articulis: quibus græci utuntur. Et quod illi habent: tu malis dicere quia aut quoniā q̄ quod: ut in eodem putatis: quia ueni soluere legem: cum esset dicendum quod. Sed ad rem: Vocauit te ad currendum: nō currere. Sto ad prædandum: non prædari: sedeo ad audiendum: non audire: uado ad uenandum: non uenari. Rursus iussi te arare non ad arandum: cogito insidiari: non ad insidiandum: timeo ædificare: non ad ædificandum. Quædam uerba cum utroq; conueniunt: hortor te studere & ad studendum: flagitor respondere & ad respondendum. paratus sum scribere & ad scribendum. Ego sum aptus pugnare & ad pugnandum. Ille est idoneus militare & ad militandum. Quæ omnia rara sunt. Nam pleraq; huiusmodi accusatiuum postulat: ut bonus: utilis: commodus: malus inutilis: incommodus ad militandum.

De fore: affore: defore: abfore: confore: profore.

Cap. xxviii.



Ore quidem habet uocem infinitiui: ut esse: significationem uero participii: quod est futuræ una cū infinito esse. Idem est enim fore quod futurum esse: non tantum esse: licet forem fores foret idem sit quod essem esses esset. Quare cum nomine iungi debet fore: nō cum participio ne duo participia simul coperfundamus. Spero te amatorem uel amicum fore: non autem amaturum fore: sed tantum amaturum: ne uidearis hoc dicere te futurum amaturum: quod ratio non patitur: cum futurum superuacuum sit. Item de participio passiuo futuri. Timeo te uerberandum fore: satis erat uerberandum: uel adiuncto infinito uerberandum esse. Participia autem præsentis temporis & præteriti uidentur minus cōmunionis habere cum fore: q̄ ad futurum spectat: q̄ participia futuri temporis: tamen plus habent. Ibi enim ideo non conuenit: quia superuacua significatio est: quod hic non fit: Eo q̄ sæpe cum istis coniunctum illud fore reperimus: sed ita si transeunt in nomen: alioquin non cōgruant diuersorū tempore eodē in loco participia ut spo te sapientem fore: credo me amantē tui fore: nō te. Seruant. n. naturam nominis: non participii. Opinor te acceptum illis fore: nō ab illis. Cicero. Spero amicitiam nostram notam posteritati fore: nō dixit a posteritate. Quod si q̄do reperiatur regere naturam uerbi: quod mig: cum etiam no

PRIMVS.

men ne sit: an picipium: dubitari possit: & putari potius nomē: ut ego sum dilectus ab oibus: & ego ero dilectus ab oibus. Non. n. hoc est picipium p̄sentis temporis aut futuri: nec tempus perfectū indicatiui: nec futuz subiectiui: & tamen cum p̄senti iungit & futuro: p̄pter quod debet potius nomen uideri: sicut & picipium passiuum futuri in nomē reuertitur: tuncq; recipit fore. Vt spe- ro hunc p̄ez admirandum uigz fore: id est admirabilem: composita autem a fore nullam contro- uersiam habent: q̄a fere nuda ponuntur sine nomine & sine participio affore: ut Virg. Affore cerne- tis. Statius tamen libro primo thebaidos uidetur accipere pro significatione p̄sentis. Sensit mani- festo numine ductos Affore q̄ nexis ambagibus augur apollo Portēdi generos uultu fallente ferage Ediderat. De fore: ut. M. T. ad Rullum: Vegz arbitratur non defore q̄ illam restituerēt. Affore quod minus in usu est: unde dicuntur affuturi. Confore & p̄fore apud comicos p̄fore: ut Hora. Quae no- cuere sequar: fugiam quae profore credam: id est profutura esse.

De gerundiis.

Cap. xxix.

Gerundia licet a participiis differant: tamen p̄pe inter picipia numerari possunt: sup̄na i- ter uerba: meritoq; picipialia uocata sunt. Nā & casus & genera i utroq; numero habēt ex quo uerba non sunt: sed picipia siue picipialia. Regunt p̄terea casū more uerbore picipiorūq;: ex quo nomina non sunt. Post se inquam regunt: non ante. Nā eiusmodi lo- curio qualis est: In cōuertendo dominus captiuitatē syon: facti sumus sicut cōsolati: inaudita ē gr̄a ea figura decipiente: ut in aliis multis interpretē. Gr̄ci. n. infinitum hoc loco habent: quod uult an- te se accusatiuū: quod multis modis transferri poterat. uel sic. Dū cōuerteret dominus captiuitatē sy- on: uel sic. Cōuertēte domino captiuitatē syon: & aliis ut dixi multis modis. Quidā impiti aiūt casū p̄ casu poni: quasi latine diceret si esset dominum: quale est illud: In deficiēdo ex me spiritū meum Et alibi: In cōueniendo populos in unum: & reges ut seruiant domino: cum ut ostendi gerundiū nō habeat ate se casum. Sed ad p̄positum. Differunt gerundia a picipiis: q̄ significāt rei administratio- nem: sine tempore: illa uero tempus sine rei administratione: ut tenet me occupatio iuris dicēdi: ge- rundium est: nec tempus significo futuz: sed rei administrationem: hoc est iure dicendo. Rursus te- net me cura dotis numerandae. i. quae numeranda est. Participium est futuri significatiuum sine ad- ministratiōe rei. Nescio an dicendum sit gerundium esse picipium p̄sentis temporis more gr̄a- eoz: cuius rei hoc argumentū est: q̄ idem est in legendo & in ipso legere: quod gr̄ci melius εἴρω- οῦα γινώσκειν. Et in legendis libris: idem est quod cum libri leguntur: pene eodem modo quo de futuro in legēdis libris: uidelicet qui legendi sunt: Nolunt at gr̄matici gerundium habere rectū ca- sum: sed quattuor tantum obliquos. Fortasse & casu recto nō caret: ut apud Lucretiū: atq; Vir. Vol- uēda dies en artulit ultro. Voluēda nō tempus futuz intelligit: sed rei administratiōe dies uide- licet quae uoluit nō quae uoluēda est: aut q̄ uoluitur. Vnde indicatur gerundium eē picipium tē- poris p̄sentis. Iusiurandum. n. potest uideri eiusdem casus ēt uocatiui. Sed de quattuor nunc obli- qs differamus: quo in loco breuissime stultoz quorundam opinionem reprehendamus: q̄ aiunt re- cte dici causa essendi rex: essendi regis: essēdi regem: cum nusq; essendi repiatur. Et si reperiat non regeret casum: sicut manendi: uiuendi: existēdi. Et de genitiuo exemplū iā subieciimus: occupatio iu- ris dicēdi. De dariuo tale est: da opam rebus agendis. De accusatiuo ut accusandos homies p̄mio duci: p̄ximū latrocinio est. De ablatiui: ut tu delectaris criminibus inferendis. Cū accusatiuo fere semp iungimus p̄positionem: p̄ter pauca quaedam: quae sunt loco: conduco: mado: curo: habeo pro debeo: & si qua alia sunt ut faciendam sepulturam locarent. i. darent alteri faciendam: uel ipsi lo- carent se ad faciendum. utrunq; n. significat: non picipium est: sed gerundium illud faciendam: q̄ exemplum sumptum est ex Sulpitio. Cic. de diuinatione. lib. ii. Magis numine deoz id factum q̄ ca- su arbitraris & redemptoz q̄ columnam illam de Corta & torquato cōduxerāt faciendam. Suetoni- us at in uita Caesaris: Gladiatores inqt notos sicubi infestis spectatoriibus dimicarent: ui rapiendos reseruandoq; mandabat. Curauit iaciendos lapides saepe legimns: sed ita fere: ut alius curet: alius ia- cit: ut Cic. vii. Verrinaz. Recenti negotio ad te litteras misit: mittendaq; curauit. Interdum idem q̄ curat: & q̄ agit: ut Pli. posterior. Petis ut libellos meos quos studiosissime comparasti: recognoscen- dos emendandosq; curem: & itez. Continendos cauea nidoue curabis. Quinti. i. mathematico: Po- situs i ea cōditione tristissimae fortis: ut nec morte dignus sim: nisi me p̄cidā putetis: nec p̄mio nisi innocētem: adeoq; ludibriis miser sim aduersitatis iplicitus: impetrādum a uobis habeā odii mei fa- uore. Pli. idem ad Saturninum: Praesertim cū enitēdū haberemus: ut quod parentibus eoz & orbis p̄baref. Sueton. in uita Caesaris: Vt cōsolādos eo magis impator: q̄ puniēdos habuerit. Hunc modū loquendi apud Cic. repisse nō memini me. In his exemplis ubiq; gerūdium est. Illa autem participia in nomen transeuntia: putauit ad te scribendum: existimaui hāc rem tractādā: cēsui illud tibi signi- ficādum. i. dignū scribi: tractari: significari: q̄ oīo idem ualeat: quod scripsi: tractaui: significaui: sed nō sine deliberatiōe: tamē & incōsulto. Dicebāt at antiquores rogatū te uel oratos uos uel: p̄ eo qd̄ est rogo & oro. sicut posteriores. Quoz ē Qui. Dicebat uenio petiturus: uenio oraturus: p̄ eo quod ē

uenio petendum: ut uenio oratū. Sed hoc ad supini magis rationem pertinet. Illud autem quod Seruius ait gerundium esse pricipium: rem potius aut nomen: cum inquit similiter etiam accusatiuo casu utimur: cum uolumus absolutam facere elocutionem: & per gerundii modum aliquid dicere: ut petendum mihi est equum: codicem: birrum. Hic Vir. Pacem ab rege petendum. Nam si dixeris petendus est codex: iam non per gerundii modum: sed pricipialiter loqueris. Hoc non aliter est pricipium siue nomen: quod illud petendum est mihi iumentum: praesertim quod gerundia non regunt passiuue: sed actiue: & nominatiuis carere credunt: & accusatiuis praepositionem anteponi uolunt: sicut ante ostendi. Ut accusatiuis: ita & ablatiuis amat secum praepositionem: ut in defendendo maior labor est: quam in accusando. Indagemus si possumus cum quot praepositionibus accusatiuis gerundii iungunt: cum quot ite ablatiuis. Accusatiuis iungitur frequenter cum ad: raro cum in. Itē frequenter cum ob: pro & inter: raro cum ante: ut uado ad capiendum hostem: & in capiendum hostem. Ego ueni ob te: uel propter te redimendum. Inter nauigandum pro in nauigando saepe legimus. Virg. Et inter agendum: Occurrere capro: cornu ferit ille caueo. Idem: Namque ante domandum iugentes tollent animos. Totidem fere praepositiones ablatiuo gerundii seruiunt infrequenter: caetera rarius. De ex: a: uel ab: & cum in: ut in nauigando: de ut de edendo: de mirando: de agendo. Quint. Sed quia latius fufus est hic locus: mixtusque cum elocutione tractabimur: cum praecipere de apte dicendo coepimus: etiam cum motu: ut Ci. ad Atticum li. vii. Tu quod cogites de transeundo in Epyrum: scire sane uelim. Ex uel e: ut ex defendendo quod ex accusando uberior gloria comparatur A uel ab. Cic. Ex quo ardescit siue amor: siue amicitia: utrumque enim dictum est ab amado. Alibi quoque in quo etiam isti nos iuriscosulti impediunt discendoque deterrent. Et alibi. Non distinguit a non dolendo uoluptatem. Plin. Posterior. Sermonibus dies transigebat: cum a scribendo uacaret. Cum ut Quint. Sed ratio recte scribendi iuncta cum loquendo est. Variantur porro gerundia per omnes quos enumerauimus casus: numerosque & genera. Nam ut ego sentio: haec omnia habent in genitiuo: ut delectatio fruendi principatus: fruendae puincia: fruendi impii: molestia educandorum filiorum: locandarum filiarum: colendorum praetiorum: regiturque id genitiuus aliquando casum. Cic. Ego de effero studio patres uestros: quos colui & dilexi: uidentem. Nam dum fuerat futurum studio uidentem patrum uestrorum. Et quotiens oportet loqui per relatiuum: necesse est loqui per hoc gerundium: ut hic dies attulit initium dicendi quae uellem: non autem dicendorum eorum quae uellem. Illud apud Liuium li. i. Quis non uitioum putaret: in quo summa honestas latinis subest. Non enim uereor ne quis hoc me uestri adhortandi causa magnifice loqui existimet: ipsum aliter animo affectum esse. Adhortandi enim singularis numeri est uestri uero pluralis. Item Cic. ii. de diuinatione: Dolebis tamen stoicos nostros epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Plautus in captiuiuo: Nominandi tibi istorum erit magis: quam eundi copia. In datiuo: Vaco agro colendo: uinea pastinanda: nemori succidendo. In plurali una uox est trium generum: ut uaco agris: uineis: nemoribus: percurandis: qui casus regimen non habet. Absurdum sit namque dicere da operam colendo agrum: uel legendo librum: soluendo non sum: nunquam patitur secum substantiuum: ideo dubitari potest an datiuus sit: an ablatiuus. Significat autem fati facere pro eo: quo obligatus sum: siue pecunia: siue remuneratione: ut Quint. Placeamus licet nobis fortuna nostra pater pauperi soluendo non sumus. Vult autem semper post se datiuum: licet non semper apponat. Interdum etiam alium casum apud eundem. Maximi tum uiroque: & quibus artis suae soluendo non sit humanitas. In accusatiuo: ut eo ad salutandum fratrem: ad salutandum sororem: ad salutandum fidus: ad salutandos fratres: ad salutandas sorores: ad salutanda sidera: quod elegantius dicitur: quam cum regimine: ut eo ad salutandum fratres: ad salutandum sorores: ad salutandum sidera: per alias quoque praepositiones similiter. Sed inter raro habet cum gerundio substantiuum: rarius regimen: ut Liuius li. ii. Et ipse inter spoliandum corpus hostis ueruto percussus. Et iteque: Inter accipiendas de suis commodis rogationes. De ate nullum tale in praesentia exemplum occurrit in ablatiuo sine praepositione: ut sit iniuria fundi domino: uel defringendo ramo: uel ligno incidendo. Res eunt ordine lite aestimanda. i. cum defringitur ramus: cum inciditur lignum: cum lis aestimatur: uel defringendo ramum: incidendo lignum: aestimando litem. Sed frequentius usi sunt ueteres ablatiuo plurali in tali genere sermonis: ut Cic. Orationem autem latinam praefecto legendis nostris efficies pleniorē. i. legendo nostra. Nam in singulari solebat saepius apponere praepositionem: ut in committendo praetio. Regitur autem hic ablatiuus sine praepositione casum: ut hos accusando: illos occidendo: totam ciuitatem labefactasti. Cum praepositione in tum regitur: ut in tribuendo suum cuique: tum uariat genera: ut in colendo agro. in pastinanda uinea: in nemore excidendo. Per de simili modo et regitur: ut Ci. in tusc. His praesertim cognitis: quae de nihil sentiendo paulo ante dicta sunt: nisi dicimus nihil aduerbiū nunc non nomen: & uariat per genera: ut de accusatore constituendo: de collocanda filia: de praedio emendo. Per ex uel e. & a uel ab. nescio an licet dare tali gerundio regimen. Nullum enim exemplum occurrit: uariari autem per genera certum est. Cato ex plasmatis bibendis: ex aluo lauanda. Et abstineas ab offendenda re. Sed cauendum ne id uerbum significet motum: quale esset. Reuertor ab arando uel ab arando aruo redeo: a spectando uel a spectandis ludis: cum sit dicendum: Reuertor ab aratione: uel ab aratione arui redeo: a spectaculis uel a spectaculis ludorum. Per cum uix lo-

etiam habet
coronabit
omnia gene
passiue ut
uirtum: cre
regit uirtu
quod: ut ab
autem du ex
tur uiri & eq
folet: ut tu es
guthino. Pa
dam non in
urbs in picu
rundium ac



do piscatu
stū misit. E
ratione ho
aspice tot
tamur. Q
te motu a
admissi su
tum labor
turi signif
nuptum i
ne aut cer
dicendum
natura su
cena tum
illam & mo
frequentius
Credo pecc
catum meū
rum respici
passiue p
pium futur
in aliis uerb
Denique ut e
tum esse. al
te accusatu
accusatum



quae dixi in
tionem: quo
li per uisio
gis: quae uerba
F. quae oibu
pellat dictio
ba pricipial

PRIMVS.

eum habet talis oratio: ut non principium sit: potius quam gerundium: ut sedeo cum uiro coronando: id est qui coronabit: non autem qui coronatur. Posset et habere regimen: sed nullum exemplum ad manum est. Atque omnia genera cum sociata sunt in substantiuis: passiuè accipiuntur: disiunctiua uero actiue: non uero passiuè utique sine præpositione & sine genere in casu ablatiuo: & quasi absolute: ut apud Vir. Alitur uitium: crescitque tegendo. Et alibi: Aegrescitque mededo. Et itez: Vritque uidendo foemina. Hoc est cum regit uitium: cum curat æger: cum uidet foemina. Neque id modo apud poetas: uerum apud oratores quoque: ut apud M. F. Sed memoria excolendo: sicut omnia alia augetur: excolendo dum excolitur: non autem dum excolit: Nec regit casum: quale foret: Vrit foemina uidendo a maribus: sicut dicimus ueritur uiri & equi uidendo foeminas. Accusatiuus quoque cum præpositione non tantum actiue accipit: ut tu es idoneus ad discendum: sed etiam passiuè: ut hæc res facilis est ad discendum. Salu. in iugurthino. Pauca supra repetam: quo ad cognoscendum oia illustria magis magisque in aperto sint. Quodam non indoctus hac ætate scribere ausus est: lamia urbs in piculo capiendi est: pro eo quod est: iam urbs in piculo est ne capiatur. Siue hostis parte abest a capienda urbe: cum semper sine substantiuo gerundium accipiatur actiue: aut si a neutro uenit: neutraliter: nisi aliquando ut ostendimus in ablatiuo.

De supino in tum.

Cap. xxx.



De supinis ita ait Prisci. in compendiario quodam opusculo: sed hoc interest inter amandum quod est gerundium: & amatum quod est supinum: quod amandum necessitate amoris significat amatum autem imitatione ad amorem. Dignum obseruatione præceptum elegantiae: si modo uerz: quod minime est: tum auctoritate: tum ratione. Nam auctoritatis loco exemplum nullum posuit. Et quodnam quæso ponere poterat. Quid interest: uado uenatum & ad uenandum: uado piscatum: & uado ad piscandum: dormitum: & ad dormiendum: Salu. Legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit. Et itez. Non mea culpa ad uos oratum mitto. P. C. Sed necessario non initiatione. Præterea pro ratione hoc fit: quod graeci pro his duobus nostris transferentes utuntur uno suo infinitiuo cum articulo $\omega\sigma\tau\omega\alpha\rho\kappa\epsilon\lambda\epsilon\upsilon$: quod nos uicissim transferentes nunc pro gerundium: nunc pro passiuum interpretamur. Quicquid autem inter hæc duo interest: id erit quod supinum nunquam fere est sine uerbo significante motum ad locum: ut eo: ut uenio. Nam illa do filiam nuptum: do uenum: siue uenudo ædes. Spectatum admitti fuimus: latentem in se modum obtinent. Ideo Prisci. in alio grandi opere: & multi cum ingenio: tum laboris inquit. Frequenter tamen antiquissimi neutro principio futuri addebant esse: & infinitiu futuri significabant: ut oraturum esse pro oratum ire: facturum esse pro factum ire: nupturum esse pro nuptum ire. Quod mihi minime uidetur. Nam ut concedam quod merito denegare possum: ut latine aut certe usitate dicamus: pro eo quod est cupio filiam meam nuptum esse: & nos factum esse: cum dicendum sit nupturam esse: & facturos esse. Dico aliud esse oraturum esse: & oratum ire. Ego quidem coenaturus sum: non tamen eo coenatum: siue ad coenandum. Et scio te coenaturum esse: sed non protinus ire coenatum: uel ad coenandum. Nam participium futuri cum uerbo substantiuo non habet actionem illam & motum: quem habet uerbum eo. Atqui in passiuo fuerat uerisimilius si dixisset: quo etiam frequentius utuntur auctores: idem esse dandum esse: & damnatum iri. Nam eodem loco dicere possumus: Credo peccatum meum resciscendum esse: & rescitum iri. Item intelligo: scio: uideo: opinor: existimo peccatum meum patefaciendum esse uel patefactum iri: & cætera uerba huiusmodi. Illa autem quæ ad futurum respiciunt: ut timeo: metuo: uereor: spero: cupio: non idem faciunt: quibus maior differentia est cum passiuo participii futuri: ut uereor peccatum meum patefactum iri: & pro illo modo pro passiuo participium futuri substituimus: hunc timeo peccatum meum ne patefaciat: uel ut patefiat: quod fieri uerz in aliis uerbis. Non enim liceret dicere: scio peccatum ut resciscatur: sed rescitum iri: uel resciscendum esse. Denique ut eo reuertar unde egressus sum: & semel Prisci. respondeam. Non idem esse oratum ire & oratum esse. alterz presentis temporis est: ut uideo te accusatum ire me. i. nunc: alterum futuri: ut uideo te accusatum esse me: & tamen accusatum iri me abs te uideo: accipitur pro eo quod est uideo te uel accusatum ire me: uel accusaturum esse me: uel abs te accusandum esse me.

De supino in tu.

Cap. xxxi.



Dem auctor est in eodem quo supra dixi opusculo: ita ait. Hoc interest inter amado & amatum quod amado est ipso amore: amatum uero pro amatione uel pro amore. i. pro ipsa re accipit. Et hoc manifestat et interpretatio graeca: sed an hæc differentia uera sit: & hoc ex graeco argumentum quantum momenti habeat: Prisci. uiderit. Mea autem sententia tum ex superioribus quæ dixi in gerundio: tum ex sequentibus apparebit. Paulopost subiungit: Accipit uenatum pro ad uenationem: quod uenatum pro uenatione: sicut miserabile uisu pro uisione: & Nec uisu facilis: nec dictu effabilis ulli pro uisione & dictione. Multis igitur modis: sicut & in aliis docuimus locis: noia sunt hæc accipienda magis: quam uerba. In hoc ego a Prisci. libere dissentio: uel ratione quam postea dicam: uel auctoritate: & potissimum M. F. quæ oibus sine controversia ingenio ætepono: quod ait dictu factumque aliud esse: quam dicto & facto: quod Prisci. appellat dictioem & factioem: quod alius in significatio figuræ sunt: quod uisione & uenatione. Præterea Qui uocat uerba participialia: sic a multis gerundia dicuntur noia participialia. Et quod ad rationem pertinet: supia hæc pro uerbum pro

rius a græcis transferunt: q̄ p nomen. Quod si noia forent casus ablatiui: certe alii casus nō deessent at nō unq̄ auditum habet hic dictus: hic factus: sed tātum dictu & factu ppter quod necesse ē aliud esse: q̄ dicto & facto: siue dictione & factione. i. aliud q̄ nomen. At uisu: auditu: cognitu inq̄s ois casus habent: & hi ablatiui sunt. Hæc p̄ prudentis: aut certe p̄ p̄spicacis est ratio: de q̄ ante q̄ dicā libet castigare uulgu impitum grāmaticæ p̄fessor: q̄ uniuersum sane orbem stulto errore p̄uertit sic semp loquentes: Eo lectum: uenio lectu: p̄go auditum: reuertor auditu. Qui error unde p̄fectus & quo ex fōte ip̄tiae emanauerit: nescio: summoq̄ ope allucinationem publicā admiror: q̄ tam diu a nemine aiaduersum est. Nunc ostendamus quæ differentia est inter uisu & auditu noia: & inter uisu & auditu uerba. Quādo sunt noia: significant sensus corporis: cōiungunt cum adiectiuis: regunt casus: regunt ēt a uerbo & a p̄cipio subseruiēte quoq̄ p̄positione: ut careo toto uisu oculoꝝ. Antea priuat auditu aurium: nō nihil ēt ex odoratu. Hæc oia absunt a supino: siq̄dem nō rem: nō substantiam: nō qualitatem sed actionē siue potius passionem uerbi significat. Nō iūgit cū adiectiuo nō regit casum: nō regit nec a uerbo: nec a p̄cipio: sed a noie tantum eodemq̄ adiectiuo nunq̄ interueniente p̄positione: ut miserabilis uisu. i. cū uidet: nō aut miserabilis sensu uidendi. Nō facilis uisu. i. ut uideat: uel facilis ad uidendum. non autem quod habeat uisum facilem. Non effabilis dictu. i. ut dicatur: nō autem ut dicat. Optimum factu ut fiat: nō ut faciat. Difficile factu. q̄a difficile ad scribendum est. Incredibile memoratu: cum memorat nō memoracione. Dignum auditu. quod ē audiri dignum: nō ut sensu audiendi potiat. Impossibile creditu: ut credat. non ut credat. Accipēser piscis rarus inuentu. ut inueniat. s. nō ut inueniat. Res iucunda cognitu: ut uidelicet cognoscat. Absurdum relatu cum referē. Obscœnum aspectu. cum aspiciat. & si qua sunt alia. At homo supbus dicto & dictis. nō dictu. Sæuus factu & factis. nō factu. i. cū dicit: non cum dicitur. cum facit: nō cū fit. Res uero sæua factu & dictu. quando fit. aut quādo dicit non q̄a facit & dicit. Scipio clarus administracione belloꝝ dicit: & administratu belloꝝ: q̄do est ablatiuus. i. administracione. Cato dignus administracione reip. & administratu eodem modo. At resp. digna ē administratu: uerbum ē. i. ut administrat nisi addendo genitiuum facias nomen administratu Catonis. Quare in illo Virgiliano quod Prisci attulit: Nec uisu facilis: nec dictu effabilis ulli: q̄doq̄ abest genitiuus: non est nomen: ut ille uult p̄ uisione & dictione: sed uerbum p̄ eo quod est ad uidendum & audiendum. Nec ignoro a multis legi affabilis: non effabilis: quod putat sumptum ex illo uersu Actii in Philoctete: Quem neq̄ tueri contra: neq̄ affari queas. Quod si ita est: nomen esse confitebimur: sed tamē nequaq̄ supinum. Multi scripserunt de cultu agroꝝ: nomen erit. i. de cultione & cultura agroꝝ. Locus at saxosus nō est dignus cultu: nempe ut colatur uel dignus coli. Homo dignus est amatu: puer dignus doctu: liber lectu: q̄ ametur: doceat: legatur. Ideo cū ex oibus uerbis passim liceat uti talibus supinis: raro tamē eis de uocibus utitur loco noium. Quis. n. dicat Tu es puatus amatu meo: exclusus a doctu meo doctus sine lectu meo: p̄fecto. nō. Ex quo appet cū i usu uulgarissimo sint p̄ uerbis: ut ille liber ē dignus lectu: non posse inter nomina numerari. Et tamen quæ ambigū usum uerbi habent & nominis: an maduertendum est utram in partem accipi debeant: ut Tu es dignus gubernatu: si pro gubernacione nomen erit: si p̄ eo quod est ut gubernaris uel dignus gubernari: uerbum. Sed nomini accommodare solemus aut etiā debemus genitiuū: uerbo nec debemus: nec solemus Deniq̄ ex duobus supinis alterum actiuo uerbo dare possis: alterum passiuo: ut amatum sit ab amo. amatu ab amor.

De p̄cipio p̄teriti significante actionē & p̄sentis passionē. Cap. xxxii.

Circūspiciū quædam in uoce passiuæ actionē: quædam in actiuæ passionē significant. Circūspiciū: cōsideratus: disertus: cautus: tutus: ignotus: argutus: falsus: cōtentus: tacitus: p̄fusus: fluxus: situs: & quo nonnulli utunt: discretus. Circūspiciū ē non q̄ circūspicit: quē solemus appellare cōspiciū: sed q̄ circūspicit: & in omnē p̄tē more iā spectat: hoc est prudens & sagax. Cōsideratus incōsideratusq̄: q̄ agenda cōsiderat: aut secus: nō q̄ cōsiderat: aut non cōsiderat. Disertus: q̄ proprie differit: non q̄ differit. Cautus: q̄ scit sibi cauere: non cui cauet nonnūq̄ res cui cauet: ut pro Cecinna Cic. Quo res mulieri esset cautior. Tutus portus: tuta urbs: quæ tutat alios: non q̄ ab aliis defendat. Tamen sæpe passiuæ in omnibus: ut tutus sum ab hostibus. q̄ munitus & sine periculo sum. Ignotus ēt sæpe actiuæ Qui ut. Neq̄ tamen erret: notus nō est filii mei no uerca: sed mater ignotus dixit p̄ ignorans: & pro hospite: & pro alieno: non ignorato. Argutus: qui est acuta q̄dam & accurata solertia q̄si acute arguens & uestigans: nō aut ab altero acute intellectus & uestigatus. Falsus: q̄ fallit: ut Ter. Censet me aliquam causam fictam: falsam: inep tā saltem potuisse proloq̄. Aliquando & passiuæ: ut idē. Carine falsus es. i. deceptus. Et Salust. Nec ea res me falsum habuit. Cōtentus q̄ cōtinet quod animo satisfacit: non q̄ continet. Tacitus homo taciturnus. Virg. tamen posuit passiuæ: Quis te magne Cato tacitū: aut te Cossē relinquat? Profusus & fluxus actiuæ apud Salu. Alieni appetēs: sui p̄fusus: q̄si p̄fusor. Nam diuitiarū & formæ gloria fluxa & fragilis habet. Scitus: q̄ sciens ē & argutus. Vnde scitæ Platonis interrogationes dicunt astutæ & uasræ: ac cū magna arte compositæ. Et apud Terē. quocq̄ scitum hominem hic prorsus ex stultis insanos facit:

PRIMVS

nisi accipe volumus passiuē: ut apud eundē: Scitus puer natus e Paphilo ē: quasi scite & docte natus. Discretus q̄ q̄litate p̄sona & rege momenta discernit: nō q̄ discernit. Cōplacitus at̄ ab actiua uoce sicut fluxus uenit: habetq̄ significationē: nec actiua plane: nec passiuā: sicut fluxus & inueteratus quod & ipsum ab actiua uoce descendit. Inueterasco neutralis. n. uerbi uox & actiui una ē: sicut passiuū & deponētis: atq̄ cōmunis: cui simile ē. Iuratus a iuro. Iuratos. n. iudices dicimus: q̄ iurarunt. Et excretos hēdos apud Vir. ab exresco. Et exoletus ab exolesco: quod dum ē substantiuum: significat scortum masculinum: & pr̄cipue iā adultū: dum est adiectiuum: significat adultū: sed raro reperit̄: ut apud Plautū: Reliq̄ domi exoletā uirginem. Adultus ab adolesco. Defectus quoq̄ quasi q̄ deficit: ut Marti. Dulcia defecta modulaf̄ carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui. Quī. Defectaq̄ labore senectus magna pars mortis nihil mihi reliq̄: nisi diligentia. Et hęc q̄dem significationis actiue in uoce passiuā: pauciora sunt in passiuā actiua. Euidens negociū dicitur: quod uidetur & apte intelligitur: non quod uidet & intelligit. Indulgentior facies apud Quī. p̄ pulchra: non quā aliis indulgeat: sed cui alii indulgeant. Idē in alio loco. Fili indulgētissime uidi te: nec semel uidi. Vnde Sta. Pulchrior haud ille triste ad discrimen ituro: Vultus & egregiā tanta indulgentia formā. Pr̄terea honorificentissimos: magnificentissimos: munificētissimos ludos cū dicimus: uidemur passionē significare in p̄cipio temporis pr̄sentis. Ab honorificens. n. magnificens: munificens ueniunt: licet siē p̄faciens dicatur: uel certe a magnificus: munificus: honorificus: quā a facio cōponunt̄: quod ē actiuum: & tamen ita accipiuntur: quasi honorifice: magnifice munifice facti: non autē facientes. Sed cā est q̄ hęc ipsa a facio composita: tam passiuē: q̄ actiue significant. Siquidem uocamus hominē magnificum & opus magnificum: illud q̄dem magnānimit̄ facientē: hoc uero magnānimit̄ factū.

Participium pr̄sentis pro pr̄terito. Cap. xxxiii.

Solent auctores nōnunq̄ p̄ pr̄teriti participio substituere illud pr̄sentis: nec solū latini q̄ carent participio pr̄teriti actiui: sed gr̄ci quoq̄ q̄ non carent. Cice. in Bruto. Cū e Cicilia decedens Rhodū uenissē. Nō. n. q̄s discedens applicat. Multū inter p̄cipiū uia & finem itere. Primū discedimus: postq̄ uero discessimus: nauigamus uel iter facimus postea quo tēdamus: puenimus: Quomodo ergo discedēs e Cicilia: ueni Rhodū? Nēpe utēs p̄sentis participio & p̄teriti: quod deest. Quod p̄bat̄ p̄ aliquod uerbū: cui nō desit huiusmodi p̄cipium. quale ē p̄ficiscor. Neq̄. n. dixisset cū e Cicilia p̄ficiscēs: sed p̄fectus ut idē de offi. li. iii. Si exēpli causa uir bonus Alexandria p̄fectus magnū frumenti numeꝝ Rhodū adduxerit. Nec tamen quis in omnibus uerbis p̄missum esse: quod in dicendo p̄mittitur putet ueluti si dicas. Cum amicos salutās: q̄ Alexandria erant: Rhodū uenissē: dicendum erat amicis salutatis. Nā is q̄ recedit: tam diu recedere dicit̄: q̄ diu tendit ire: dumq̄ pueniat quod nō idē sit salutādo. Siq̄ tamē hoc sapius uti uelit: faciat sed tē pate.

De compendio participii. Cap. xxxiiii.

Habet at̄ p̄cipiū talem nōnunq̄ gratiā ut sine eo nō sit plane latina oratio: ut ē apud quēdam p̄sape hoc uitū admittentē. Circūdedimus castris fossam & uallū: ne hostes uenire possint: & nos opprimere. Quasi fossa & uallū ideo fiant: ut hęc p̄stare queant: ne hostes uenire possint: sola ratio ē: ac cautio de oppressione. Itaq̄ dicendū fuit: Ne ueniētes hostes aut ne aggressi hostes nos opprimant.

De p̄cipiis i ens i substantiuū trāseūtibus. Ca. xxxv.

Pr̄sentis temporis p̄cipia solent cū substantiuant̄ neutri generis eē: ut accidēs: cōtingēs antecedens: consequēs: decens: conueniēs: pr̄sens: continēs: ap̄d rhetores p̄ firmamento rationis. Quādam tamē alterius generis sunt. Masculini: ut oriens: occidēs: p̄fluens p̄ flumine: & confluens quo duo flumina conueniunt. Fœminini continens p̄ terra quā non est insula: ut de Sicilia ad continentē paḡ intercapedinis est. Pli. maior lib. vi. Alymnū a p̄xima cōtinente abest: vii. cl. passus. Animās quoq̄ ut Cic. Requirit atq̄ appetat: ad quas se applicet sui generis aiantes. Nōnunq̄ tamē hoc nomē in neutro genere reperit̄: sed magis i plurali. Consonās p̄ littera nō uocali. Pr̄gnās uero unde sit p̄cipiū: nescio. Alia quoq̄ huc p̄tinentia: in nostris de philosophia libris cōmodius explicant̄.

Participium futuri. Cap. xxxvi.

E illud q̄dē transeundū est: quēadmodū p̄cipiū passiuū futuri t̄pis transit i nomē. Amā dus: dignus amari. colendus: dignus coli. Ita & actiuū. Seneca de naturalibus q̄stionibus. Nullā at̄ mentionē fecit cometaz̄ non pr̄termisurus: siq̄d explorari apud illos cōpisset pr̄termisurus: dixit p̄ eo qd̄ est talis: q̄ p̄mitteret: nec t̄ps innuit: sed hoīs q̄litate atq̄ ai uolūtate. Quī. i. xi. Neq̄ oīo huius rei meminit usq̄ poeta ipse p̄fecto nō taciturus de tāta sua gloria. Nō alio mō dixit nō taciturus: q̄ p̄ p̄cipiū passiuū iā cōuersū i nomē: ut mō dixit tacendū dignū taceri sit. Neq̄ oīo significauit: hoc usq̄ poeta ipse p̄fecto rē sibi nō tacēdā: & ad hūc Pli. iunior. Itaq̄ p̄tē oneris tui mihi uēdico: & tāq̄ parens alter puellā nostrā cōfero q̄nquaginta milia nūmum plus collaturus: nisi uerecūdia tua sola mediocritate munusculi ipetrari posse cōsiderē: ne recūfures.

De reperundis & repetundarum. Cap. xxxvii.

Reperundaz̄ & de pecuniis repetundis nō habet alios casus: & dubitari potest p̄cipiū ne sit: siue nomē: an gerundiū. Verres accusatus est reperundaz̄: uel repetundis pecuniis. Cū

dico repetundarum: subintelligo pecuniarum. Quo nomine pecuniae & omnia: quibus diuitiae con-
stant: contineri dicuntur. Haec accusatio proprie cadit in eos: qui cum forent magistratus: puincialibus: aut
ui aut dolo eripuerunt pecunias: aut uasa preciosa: uestes: frumentum: nauigia: nummos. Mutatur autem c in u.
Repetundae: nisi erat dicendum: sed tertia coniugatio propter ceteras hoc iuris habet ut litteram hanc im-
mutare possit: sicut accusatio plurali tertiae declinationis licet mutare eandem uocalem in i duntaxat
in his nominibus: quorum genitiuus pluralis exit in ium: ut Seruio placet. Nam Priscus: plura praecipit dat: ut
Salu. in initio catus. Omnes homines qui sese praestare student ceteris animantibus summa ope niti decet: ne ui-
tam silentio transeant. Ita hoc siue praecipium nomenue: siue gerundium: a tertia coniugatione na-
tum mutauit e in u uel ob hoc saltem: ut differret ab illo: quod dicitur ad res repetendas: quo signifi-
catur principi aut populo erepta esse uel pecorum: uel hominum: uel locorum ac terrarum agrorumque corpora.

Laurentii Vallensis de lingua latina benemeritis elegantiarum linguae latinae li. ii. Et primo proce-
sum de utilitate operis: deque honesta auctoris audacia: ac necessitate ad hoc opus scribendum.



Actenus de nomine uerborum: & ex his duobus composito praecipio: nunc de aliis partibus ora-
tionis quod singulae proprietatis habent differamus: postea de earum disputaturum comple-
xu de quo ego prius quam dicam non puto mihi dissimulandum non de fore quod meos hos com-
mentarios antequam legant: suauiter in manus: putent respiciendos tanquam aut ea quae haud
quam uetustas statuisset digna memoratu continentes: aut uetustatem ipsam primam
negligentiae: partim imperitiae condemnantes: quae praeterissent quae essent in primis
ut ego sentio digna: quae litteris mandarentur: aut potius utrumque facientes: quae & inepta quaedam mi-
nime memoratu digna praecipiam: & ueteres illos perfectos sane & consumatos existimem minus
commode praecipisse. Ego uero ut ad illud primum respondeam non uideo cur hanc de qua loquor:
materiam: se indignam existimasset: aut C. Caesar qui de analogia: aut Messala qui etiam de singulis
litteris uolumina conscripsit: aut Varro: qui de ethymologia minutissimas tractauit quaestiones
aut Marcellus: Pompeiusque linguae latinae indagatores: aut A. Gellius publicus pene litterarum censor: qui
ut magnum quiddam annotasse se propter ceteros apud Ciceronem existimat: explicauerunt per explicue-
unt: & esse in hostium partem: pro potestate: quae ipse indigna ducere opere meo: Aut Macro. Gellii
aemulus: qui omnes libros uideat excussisse: ut aliqui in lingua latina: quod auribus hominum dignum
esset: pro sua uirili parte conferret medium. Aut tres illi tanquam triumuirum: de quorum principatu iter erui-
ditos quaerit. Dona. Ser. Priscus: quibus ego tantum tribuo: ut post eos quocumque aliquid de latinitate scri-
pserunt: balbutire uideant: quorum primus est Isidorus indoctorum arrogantissimus: qui cum nihil
sciat: omnia praecipit: post hunc Papias: aliique indoctiores: Eberardus: Hugutio: Catholicon: Aimos: &
ceteri indigni qui nomine magna mercede docentes nihil scire: aut stultiores reddentes discipulum:
qui acceperunt: Multos transeo: cum indoctos quos numero comprehendere non licet: tum doctos: in-
ter quos sunt Pedianus & Victorinus: quorum alter ad orationes: alter ad rhetoricos. M. Tullii com-
mentaria composuit: sed prior ut aetate: ita doctrina longe antecedit. Postremo non uideo cur aliquis de
grammatica ac lingua latina componens: haec suo officio minora existimet: quibus nihil sane est in gram-
matica & latinitate praestantius: ut proximus liber potuit esse documentum: Quod cum ita sit dicam ne eos
aut impetia hoc omisisse: aut negligentia: Minime uero. Sed C. Caesaris ac Messalae libri interciderunt
temporum culpa. Varronis uero de lingua latina dimidiari reperiunt: in quibus fortasse ea quae praecipio conti-
nebant. Ceteri autem fieri poterunt: ut quae a superioribus tractata nouissent: sibi non attingenda existima-
rent. Denique multi scriptores ad nostram usque memoriam non perueniunt. Neque uero aliquis hoc lo-
co expectet: ut dicam non esse contumeliosum prioribus: ut siquid ad aliorum inuenta posteriores ad-
ficiant: nulli unquam ab antiquis eundem cursum conficiendum uiam fuisse praesclusam: nihil usquequam praesertim
non omnia posse omnes: non id quod Priscus ait: Artis grammaticae auctores uetustissimos quoque erras-
se recentissimos uero & ingenio: & diligentia longe praestitisse: Id dicam quod uere possum dicere me
non tam mea uoluntate: quae ardentissima erat ad hoc opus descendisse: quam prudentissimorum atque
amantissimorum consilio cum aliorum: tum praecipue Aurispa & Leonardi Aretini: quorum alter grae-
ce legendo: alter latine scribendo ingenium excitauit meum. Ille praceptoris: uni enim mihi lege-
bat: hic emendatoris uterque pariter apud me locum obtinens. Ad quos cum separatim de proposito animi mei
retulisset: degustationemque quandam operis demonstrassem: uterque pro se: ut pergerem hortatus est:
& ut se auctore ederem: iussit: ut iam integrum mihi non esset illorum auctoritati repugnare: si re-
pugnare uoluisset: sed currente: ut dicitur: incitarunt: O uiros omni laude dignissimos. O de litteris ac
de litteratis optime meritos: non ueremini ne alii quo peruenistis. licet perquam durum est: perueniat. Sed
hortamini: inceditis & quasi de alto manu scandenti porrigitis. Quare quaerentibus atque admiran-
tibus audacia mea: ita responsum uel: me summis uiris suadetibus: hoc opus & condidisse & edidisse.
Quamquam quod ad cupiditatem meam attinet: quae tandem seculum atque ignauia mea extitisset: si commisisset:
ut aliis hanc laudem mihi qualicumque praepareret: Sunt enim qui nonnulla horum quae a me praecipuntur:
uel de me: uel de meis auditoribus audita. Nunquam enim ista supersessit: in opera sua rettulerunt: festinetque

edere ut
Quos
mea: &
de per &
Neglig
no ex
pium m
te elufi
fit: ubi
parens
tum ami
telligens
esse. Qu
qdem su
no mode



& nostri
suo filio
hac ratio
uti per ge
tis com
milia. C
accipiat
attulit:
& Prisc
rabo: &
ut tot u
runt Pri
modi: au
uidentia
detur: &
in huius
ritas pat
quem no
ne uxoria
de. P. Lici
dicam stude
dominis
nos genit
successeru
gnificare:
ut haec ip
concordib
milite &
is: non mei
passiue. N
desideriu
Terent. H
rum hab
us de te: &
Nam sui
ut tis: mis
succedant
ad illa mis
aut nemo

SECUNDVS

edere ut ipsi priores inuenisse uideant. Sed res ipsa deprehendet cuius domini uere sit hæc possessio. Quoz unius libellos quosdam p amicitia cum legēdos eo præsentē cœpissē: deprehēdi quædā mea: & quæ amississe me nesciebam: furto mihi sublata cognoui. Parco illius nomini. Erat aut locus de per & q̄ in compositione: de qua re pximo libro disputauī: & de q̄q̄ cum adiungitur suplatiuo. Negligēter ille quidē & inscite tractatus: ut scires aliunde decerptum: nō ex se prolatum: & auditum nō excogitatum esse. Cōturbatus tamen sum: & inq̄ homini: hæc ego elegātiā cognosco: & mancipium meum assero: teq; plagaria lege cōuenire possum. At ille erubescens ioco tamē atq; urbanitate elusit: q̄ diceret uti rebus amicorū licere ut suis. At istud inq̄ abuti est: nō uti. Nihil. n. mihi reliquit: ubi tu huius rei in qua ipse elaborauī: palmam semel occupaueris. Tum ille ē urbanus: q̄ malus parens essem: qui filios quos genuissē & educaissē: e cōubernio eicerem: ipse tum misericordia: tum amicitia nostra: ad se domum suam colligeret atq; educaret p suis. Destiti ī illnm stomachari ī telligens multo magis mihi bona mea intelligētī: q̄ illa bona ab aliis neglecta colligētī uitio dandū esse. Quare quis nō uidet nō inhonestum eē: ea me mandare litteris ex me inuenta: quæ alii ne furto qdem sublata: turpe sibi dicunt scriptis suis inserere? Adductus sum igit ad hoc opus cōponendum nō modo magnorū hominum consilio: sed ēt necessitate. Nunc ad inceptum redeundum.

De tribus pronomibus mei: tui: sui.

Cap. xxxviii.

M Vltis in locis Priscianus testat nihil interesse an utamur primitiuo: an deriuatiuo in illis pronomibus mei: tui: sui. Quid est. n. inq̄ meus est filius: nisi mei filius & alibi mei ager est & mei agri instrumentū: & mei agro dedit: & mei ager colo: Similiter mei agri: & mei agro rū: & mei agros dicimus. Similiter tui agrū & tui agros: sui agrū & sui agros: & nri agrum & nostri agros: uestri agrū & uestri agros. Et alibi: Amat ille suū filiū & amat sui filium: bene dicit suo filio & bene dicit sui filio. Petit a me ut p̄sim suo filio & p̄sim sui filio: & in aliis adhuc locis nisi hac ratione ut ipsius utar uerbis. Si ipa tamē possessio in possessore faciat trāsitionē: nō est congruū uti p̄ genitiuo primitiuo possessiuo: quia uim habet cōpositi græci: ut Cicerōi redit suus filius: nō satis cōmode p̄ hoc dicitur. Ciceroni redit sui filius: nec Ciceronem laudat sui filius: p̄ suus filius: & si milia. Quia nec apud græcos bene dicitur: nisi more attico. pro simplici accipiatur. In quo Priscianum falli: uel ex hoc argumentū est: q̄ nulla ut fere solet: auctoz exempla attulit: & de cōtrario illoz usu reticuit. Ego at quoniam de his trium pronominum genitiuis iter me & Prisc. quæstio est: aliquanto altius repetam de natura genitiui & de usu doctissimoz auctoz disputabo: & licet nō pauca in hanc rem mihi dicenda sint: nō psequar tamen paruula quædam & minuta ut tot uerbis ille fecit: sed quæ eruditissimis euadere uolentibus sint gratissima: quæ cū ignota fuerint Prisc. declarat eum nō satis stilo oratorio esse exercitatum. Genitiuus oīs: ut taceam siqui sūt alii modi: aut actiue: aut passiue accipit. Adde etiam possessiue: quod pene p̄ actiue accipio. Actiue ut p̄ uidentia dei: bōitas dei: passiue ut timor dei: cultus dei. Ibi deus p̄ uidet: & benigne agit: non ipsi p̄ uidetur: & benigne fit. Hic timetur & colitur: nō timet nec colit. Possessiue sedes dei: regnum dei. Atq; in huiusmodi oratione intellectus apertus atq; unus est: ita ī illis ambiguus & anceps: amor dei: charitas patris: suspicio uxoris. Dubiū est de utro loquaris: an de amore quē deus in nos habet: an de eo quem nos in eum: de charitate patris in filios: an filioz in patrē: de suspiciōe naturali: an de suspiciōe uxoria. Taceo q̄ aliquando ambo hi genitiui eidem orationi adsunt: ut ī Cato. maiori Cic. Quid de. P. Licinii Crassi & pōtiffici & iuris ciuilib studio loquar: Crassus studet quod est actiue: uis ut sic dicā studet quod est passiue. Itēz de offi. li. i. Quare. L. Scyllæ. C. Cæsaris pecuniæ trāslatio a iustis dominis ad alienos nō debet liberalis uideri: Tria igit pronomina de q̄bus agimus: sola omnium binos genitiuos sortita sunt unos: mei: tui: sui alteros q̄ iam exoluerūt: mis: tis: sis: ī quoz pene locum successerunt deriuatiua meus: tuus: suus: hoz binoz genitiuoz antiquitati placuit alteros actiue significare: alteros passiue. Nam illa mis: tis: sis: ut cōiectura ducor: actiue siue possessiue significabant ut hæc ipsa meus: tuus: suus. Vnde pronomina possessiua uocitantur. Ennius ī secūdo. Ingēs cura mis cōcordibus æquiparare. Plautus in penulo. Da diem hunc sospitē rebus mis agendis. Quāuis idē in milite & itēz in mercatoris tis p̄ tui uideri possit accipere: tamen hic cum Ennio mis posuit p̄ me is: nō mei quod nō licere fieri: auctoritatem ex auctoribus repetāus: nec accipi unq̄ mei: tui: sui: nisi passiue. M. F. Qu. Et quod iter ista difficillimum fuit: amore mei uicit etiam matrē suam. Ci. Quod desiderium tui ferre nō posset: & me tui pudet. Vir. in. vi. Quicq; sui memores alios fecere merendo. Teren. Hoc unū scio: hanc meritā: ut memor esses sui. Non significatur hic amor meus: quem ī alterum habeo: sed ut sic dicā: de me quem alter habet: & quo amor. Itē nō desiderium tuum: sed alterius de te: & pudor nō tuus: sed de te: & memoria nō sua: sed de se. Similiter in plurali dūtaxat duoz. Nam sui non uariat uocem genitiui pluralis: at ne singularis quidē. ut Prisc. placet. sis. n. non reperit: ut tis: mis. Ideoz opinor & hæc duo illius exemplo pariter itercidisse: cū præsertim iuicem eorum succedant deriuatiua. Habent itaq; hæc duo pronomina in plurali nostrum & uestz: quæ respōdent ad illa mis: tis: & itē nostri & uestri: quæ respōdent ad illa mei: tui: ut nemo nostz: nemo uesti: nō autē nemo nostri: nemo uestri. Rursum habetē curā nostri: sicut habemus curā uestri: nō autē habetē

curam nostrum: sicut habemus curam uestrum. Siquis exempla desiderat: sibi facile reperire poterit. In diuersa opione Seruius gramaticus est qui ait: Nostri autem & uestri genitiuus pluralis e autiqui-
tus: & ex graeco descendens: sicut singularis e mis & tis: & hoc e unde dicimus nostri ca fecit: hoc est
nostrum. Forsitan, A. G. ut postea apparebit: e secutus. Sed hos & Prisc. cum aliis in errore: ut auguror
induxit: q̄ interdum inueniunt haec non ad aliam referri personam: sed reciproca ee: ut Ego omnia facio
amore mei: tu istud fecisti gratia tui Oblitusq; sui e ithacus discrimine tanto: sed no fuit causa cur
errarent. Nam ita his passio e: ut in illis: nec alio modo aliquid ego facio amore meipsum q̄ tu amo-
re mei: Ut eni diligor abs te: ita diligor a me: ut est apud Ouidianum Narcysum: Vror amore mei: &
tu sic ab altero: ita a teipso diligeris: & sibi quisq; amicus e ut alteri. Est alia p̄terea ca cur errarent q̄
uident haec quae nos distinximus: p̄ actiue & passiuue in multis indifferenter poni: ut ca mea & ca mei
fama mea & mei: imago mea & mei: potestas mea & mei: usus utilitasq; mea & mei: memoria mea &
mei. Interdum et ipsa deriuatiua pronomia passiuue accipiunt apud Terentium. ut apperet facile desiderio id
fieri tuo: uidelicet q̄ tu desideraris: non q̄ desideras. Quale e accusatio mea & crimen meum: cu accu-
sator criminis: quasi accusatio mei & crimen mei: sed non satis sollertis fuit facile falli: Na hoc ultimam
ubi passiuue positum e pronomen deriuatiuum: quod quidem rarum e: no magis contra me facit q̄ con-
tra ueteres oes qui haec pronomia possessiua uocauerunt: id e significantia possessionem: quod ut di-
xirarum est. Ideoq; non passim hoc repias. Non enim dicas pro eodem dolore tuum & dolorem tui:
ut dixit Terentius. Desiderium tuum pro tui: quod scilicet ipse non dicerem. Verum quando quidem
no infinita haec oia sunt quae natura quadam ab usu aliore recedunt: no grauabor de nonnullis sigilla-
tim dicere: du non grauentur audientes legentesq; haec audire uel legere. Dicam tamen breuiter: &
res digna scitu imprimis: in qua uidemus maximos etiam esse allucinosos. Primum e: causa mea uenisti &
causa mei. Causa mea accipitur possessiue: eo modo quo uia mea uenisti: pecunia mea fecisti sumptum:
iter meo sumptu fecisti. Causa mei uero passiuue: eo modo quo beniuolentia mei. Modus tamen pri-
or e usitator. Quid aut de hoc Seruius idem sentiat: postea uidero: fama mea & fama mei eiusdem ro-
nis e: & mea fama frequentius dicimus Imago mea. s. quae mea est: ut statura mea forma mea imago
mei nepe quae de me e. Sed prior modus usitator: Haec quae sequunt in utranq; p̄te frequentiora: ut
altere tamen alterius sensus sit. Memoria mea actiue quod ego recordor. Memoria mei quod alii de
me recordantur: uel mentione habent: saepe etiam possessiue eo modo quo fama mea: dolor meus quae
ipse patior: dolor mei: quae alius de me patitur: uel forsitan ego ipse simq; dolens mea uice: sicut dicit
mus misereor mei. Copia mea possessiue quae ego possideo: copia mei passiuue qua ego possideo. Ut
faciam oibus copia mei non meam. Meretrix facit omnibus copiam sui: non suam. Pratas mea quam
habeo: mei qua habeo: nec pulchre dicas alterum pro altero: ut tu uides p̄tatem meam quanta est
non mei. habes p̄tatem mei: non meam: nisi aliud significet pro eo q̄ habes eandem similem uel po-
testate: ut apud Ciceronem de bello Maritico: Octauius oibus faciebat sui conuenienti p̄tate. Utilitas mea
aliud e q̄ utilitas mei. Ibi possideo: hic possideo. Quin. Sed ut aliquid p̄staret patriae utilitas mei: id
e de me: na fieri potest ut in eadem re non sit utilitas tua alicui cu utilitate sui: quidam legunt utilitas mei
idem: Quid nunc agam: aut quem ultra esse usum mei diis repugnantibus credam: usus inq; est no
meus: sed ex me aliorum. Adhuc idem: Praesens quidem illa protinus redditur merces: q̄ oibus qui
bus insedere: odore mellis inspirat: & breui contractu uim sui relinquunt: uim non suam: sed ex se.
Quomodo te captum amore mulieris illa mallet habere copia sui q̄ suam. Fastidium meum quo ego ali-
os fastidio: fastidium mei quo ego ab aliis fastidior. Ut idem seu mulier oibus exposita mortalibus uani-
tate fastidio mei despectuq; captauit. Haec sunt & his similia: non tamen plurima quae ancipitem
naturam hent. Caetera uero mime. No eni sic dicitur: pulchritudo mei: fortitudo tui: longitudo sui: ut
imago sui: no prudentia: non ingeniū: non sapia: non p̄bitas: no uirtus: no innuetabilia. Quod si tam-
pua res eos mouit: debuit e diuerso illud magis mouere: quaedam quae non multa sunt hent ancipi-
tem significatione: sed quam nemo nisi caecus non discernat: ut p̄s: dimidium: membrum: medium
quid: aliquid: multum: & siqua alia. Quis enim non uideat cum dico haec e pars mea: non de corpis
mei p̄te intelligi: sed de hereditatis: & iterum haec est pars mei: non de hereditate: sed corpe: Maus
pars mei est: non mea. Fundus pars mea est: non mei. Dimidium tui maius ait ee: q̄ dimidium sui: p̄-
fecto de corpe intelligo: dimidium tuum maius ait esse: q̄ dimidium suum: de p̄da aut de cibo: aut
de successione aliisq; similibus intelligendum e. Medium tui tangam no medium tuum: medio tui p̄-
dit: non e medio meo. Ut auferam iniquitate e medio mei israel. Membrum cum pro parte accipit
eandem rationem sequit: ut Hic puer membrum mei est: quasi pars mei. Sin pro membro aliquo: & in
suo significato ita accipit: ut caput: ut manus: ut pes: Hic puer membrum meum e: quasi sic ut caput:
& manus. Hic digitus membrum meum e: non mei. Item. Quid mei tetigisti: quid tui uidi: aliquid tui
uirgo p̄des: si tenatum pro dibus cu adoleueris: non aliquid tuum: nisi dicamus tui a neutrali genere.
ut Cicero de orato. libro. iii. Ex quo uereor: ne nihil sim tui: nisi suppositionem pedis imitatus: id est de
tuo no de te Vlyxe siquid tui Polyphemus phedretid omne deuorabit. Mei nihil attingit: Quicquid n.
attingit mei: statim cotriisset. Multum mei ille auferre potest: sed plus tui. Plus inq; de te: q̄ de me: no

de tuo &
q̄ ait tui
que logi
ne uictus
templati
logtura
ferum n
dimusi: i
cum pno
siq; dicat
uestra. non
est admisc
ex Quint
ufus e: nen
mei causa
Gellius &
optima fer
tem nisi au
dubio qui
runt q̄ in
scriptum
ex quo in
nominati
minatiu
runt: no
dicere co
eo quod
ti mutat
ste in ger
exemplu
sem liber
xit quoc
dicunt in
ri meo. No
inexplorat
sic dici put
fuerat: d
scola lecti
rogandi &
ens p̄ diu
bus homin
ut sentio in
& tuam: qu
gnificatur: r
ribus: quoc
pendos pot
berior. Post
mero ois g
primitiuo
natura rep
liberata. Id
ipsius aio c
catu tui ip
mittat: no
seruati sim
maui ad te:
more inimi
tia tuae soli
minum non

SECUNDVS

de tuo & de meo. Item q̄c̄qd Melibœe diripui: aliqd meum fuit: non mei. Nunc redeo ad Seruium: q̄ ait tui causa feci: & tua cā feci: hanc discretionem habent: ut tui causa tūc dicamus: si aliqd ipsi ad que loquimur: prastiterimus: ut puta tui causa te defendi. Vir. in. xii. Victus amore tui: cognato sāgui ne uictus. Cōiugis & moestae: lachrymis uincula oīa rupi. Tua uero causa cū alteri aliqd alterius con templatione prastamus: ut tua causa mancipium tuū defendi. Si Seruius tantū de hoc uocabulo cā loq̄tur: & non in uniuersum de oībus huiusmodi: non recte attulit exemplum alterius uocabuli: p̄ fertim non nihil naturam differentis. Si uero de oībus nō potest una lex dari diuersis: ut supra osten dimus: si tamen lex est: & non potius contra legem oīum uteretur. Nam ut ego dicebam: causa sapius cum p̄nomine deriuatio copulat: atq; hoc q̄dem indifferenter siue aliena sit causa: siue tua. Veluti siqs dicat: Epicurus uult oīa cuiq; agēda esse causa sua: mihi mea: tibi tua: illi sua: nobis nostra: uobis uestra, non mihi tua aut sua: nec tibi mea: nec illi nostra: nec nobis sua: nec uobis nra. Hic nihil opus est admiscere primitiuum. Sed ne sine exemplo loquar: quod ipse fecit: uno uero contentus sum pro ex Quint. Mea depugnasti causa: tua peristi. Atq; hoc quod Seruius praecepit nobis: ipe constanter usus ē: neminē tamē secutus: quale est illud in. vi. aenei. Nō spe salutis: sed mei cā: & in. viii. Hæc signa mei causa fiunt: & in. ix. Vult. n. intelligi sui causa matrem secutam. Verq; qd̄ mix de Seruio: cum. A. Gellius & q̄dem antiqor: non modo nullum exitum in hac quæstione potest reperire: sed etiam nō optima sentit. Ita. n. inq̄. Cur igitur Ter. Pœnitet nostri: non nostrum: nihil hercle mihi uenit ī mētem nisi auctoritas cā uetustatis: non minus anxie nec superstitiose loquētis. Paulopost. Sed procul dubio qui rectissime loqui uellet: nostrum potius dixerit: q̄ nostri. Et iccirco importunissime fecerunt q̄ in plerisq; Salu. exemplaribus: scripturam syncerissimam corruerunt. Nam cum ita in catil. scriptum esset. Sæpe maiores nostrum miserti plæbis Ro. nostræ aboleuerūt: & nostri subscripserūt. ex quo in plures libros mendæ istius indoles manauit. Tu. A. G. de genitiuoq; nostri loqueris: non de nominatio nostri plu. numeri. Vtrum rectius sit: at exemplum Salu. ut mihi & cæteris placet: ī nominatio casu nihil ad rem facit: neq; ad exemplum Terē. & hi q̄ ut tu uis. Salu. scripturam corruerunt: nō in genitiuū mutauerunt sonum illum: sed in nominatiuum: p̄ quem casum non audeas tu dicere corrupte nos loqui: iūmo quātum ego sentio: corruptius. Est. n. una eademq; uox nostri: ab eo quod ē ego genitiui casus: & noiatiui ab eo quod est noster. Neq; uero ego repugno. A. G. dicenti mutatā esse scripturā: a nostrū in nostri noiatiuum: tamen non genitiuum. Nam neq; reliquis recte in genitiuum mutasset. neq; rationē mutasset. Quin potius fateor & hoc libētius: q̄ unicū illud exemplum qd̄ ipse ex Plauto ptulit. fortasse mendosum est dicens. Duoz; labori hominum pepcis sem libens: mei te rogandi: & tui mihi respōdendi. Ait at̄ Gel. mei hoc in loco Plautus non ab eo dixit quoc̄ ē meus: sed ab eo qd̄ ē ego. Itaq; si dicere uelis patrē mei p̄ patrem meum: quod græci mō dicunt in uitate q̄dem: sed recte p̄fecto eaq; ratione dicas: qua Plautus dixerit: labori mei pro labori meo. Nolo eq̄dem tam confidenter: ut fecit Gel. scripturam mendosam dicere & affirmare quod inexploratum habetur. Taceo q̄ damnat fortassis immeritos: q̄ nec corruerūt scripturā: & melius sic dici putauerunt. Quæro cū uerisimilius sit aliquos scripturā illā mutasse Salustii: in qua nihil ab surdierat: q̄ hāc Plauti: q̄ grammaticoz; leges: quasi ē Prif. & Seruius: & Donatus: q̄ hunc poetam in scola lectitabant facere uidebatur: si ita diceret. Duoz; labori hominum pepercissem libens: meo te rogandi & tuo mihi respondendi. Nulla nanq; grammaticæ ratio uidef hoc posse tueri: quin quotiens p̄ idiuidua exponimus sigillatim quod dixeramus per uniuersum: eodem casu utamur sic. Duobus hominibus laborē detraxi: necesse est dicamus mihi. s. & tibi: non autem meum & tuum: tamen ut sentio in genitiuo p̄missum est: ut affert hic accusationem duoz; hominum: mei & tui: siue meā & tuam: quale hoc loco sit: sed dicendum potius p̄ p̄nomina deriuatiua: quia possessio siue actio significatur: non passio. Quod ego mutatum esse uolo dicere ab ipso. A. G. sed a grammaticæ p̄fessio ribus: quoz; nihil ē supercilio superbius: nihil quoq; improbius: & ad emendandos libros uel corru p̄ndos potius magis audax. Præterea Pla. licentia uerboz; potest dici usus: ī qua fuit plane nemo li berior. Postremo qd̄ habet mōmenti ex uno auctore: & eo poeta afferre unum exemplum ī tāto numero oīs generis auctoz;. Qui adeo refugerunt dare actiuam significationem his tribus genitiuis primitiuoz;: ut eos mutarent in alterā uocem: genitiuis aliæz; dictionum cū quibus cōiuncti erāt: natura repugnāte minime mutatis: ut Cic. in Gabinium & Pisonē. Dico mea unius opera remp. esse liberatā. Idem ad Articum. Solius enim meū peccatum corrigi non potest. Idē pro Murena. Et tuo ipsius aīo coniecturam cepis. Nō dixit ac ne dicere quidem potuisset mei unius opa: mei solius peccatū tui ipsius aīus: & in plurali Quin. Deīde cū satis uires eoz; explorauerint: suæ ipsoz; fiducia p̄ mittūt: nō dixit sui ipsoz; fiducia. Quid multis: cū ēt apud recētiore de xpianis loquor: hoc sit obseruātissimū: ut in psalmo. xl. & lxxviii. secūdum hebraicā ueritatē: quoz; alter ita icipit: Domine clamaui ad te: festina mihi: exaudi uocē meā clamātis ad te. Alter sic: Audi deus uocē meā loquētis: a timore inimici seruauit aīam meā: & in. lx. secūdū aliā e græco trāslationē: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Est at̄ solius nō sceminini generis: sed & masculini: ut ex græco appet. referturq; ad dominum: non ad iustitiā. Itē lib. regum. ii. Sustulit de latere meo ācillæ tuæ dormiētis: & & ī euāgelio

Lucæ: Et tuam ipsius aiam ptransibit gladius. Nec desunt quidam impite docti: qui conantur illud exponere tuam ipsius aiam aliud esse: q̄ tui: si tui dicere liceret: homines ignaros nō solū theologiae sed etiā litterarū: interrogent græcos & repient penes eos unde nos sumpsimus tui esse: nō tuam: cū illi non habeāt in his pronōibus quā nos elegantiam. Ideoq; apud eos est pater noster uel nostri: q̄ es in cælis: sanctificetur nomen tui: adueniat regnum tui: fiat uoluntas tui sicut in cælo & in terra. Panē nostri uel nostrū da nobis hodie: & demitte nobis debita nostri uel nostrū: sicut & nos dimittimus debitoribus nostri uel nostrū: quæ nos ne barbare loqueremur mutauimus in pnoia deriuata. Ex quo appet nō mō illud. A. Ge. maiores nostri p grūm contra grāmaticam: ueq; etiā illud maiores nrm̄ contra usū potiusq; in tali genere utēdum deriuatio nostri q̄ primitiuo nostrū: Licet hac rōne nō uteretur. Nec usq; contrariū exemplū repire cōtingit: nisi unū in epistola quadā Cic. ad Curiōne sic dicēs. Eam aut̄ unius tui studio me asseq; posse confido: qd̄ & si defendi posset studio p gratia & fauore uel amore alioq; erga te: ut apud Hora. ad Liuiū: Ne studio nostri pecces: tamen malim dicere id factum eē uitio librarioq;. Ac ne semp̄ culpam reiciam in librarios: falso dabo argumētū: cur & prius & nunc merito in illos impetū faciam. In pxima statim epistola legitur bis tyrāno. P. Lē tulo p eo qd̄ est trib. plæbis. Et in pcedēte li. ad Lentū. q̄ est illius opis primus: bis etiā idē uitium ē in secūda & in. xi. epistola. Et cū oīa: ut reor: maximā enim ptem uidi exēplaria: quæ ī Italia sunt mēdosa & deprauata hoc uitio eēt: nullus tamē rātum flagitiū aiaduēterat. Itaq; sicut illd̄ emēdauis ita hoc quoq; emēdare & in pstinā sinceritatē restituere audeamus: Sic eam rē tuo unius studio me asseq; posse confido. Nec alia causa factum ē: ut Teren. dixerit: Saluus sum meo p̄sidio atq; hospitis: & nō p̄sidio mei atq; hospitis: Quin. quē imitari Petrarca si sciisset nō titulū operi suo indidisset de sui & alioq; ignorantia: sed de sua. Aliud nanq; ē ignorantia sui & ignorantia sua. Si tamen sensit de ignorantia quā de se habuit recte dixit: & uulgo dicāus: scio tuas diuitias qui te paupem quereris: nō tui diuitias. Aspice liberos meos q̄ dicor orbus: nō mei liberos: cernāt sua p̄dia q̄ mihi unū fundum inuidēt: nō sui p̄dia: ubi nō mō genus dissimile ē antecedēti & relatiuo: sed etiā nūerus: q̄ q̄ ualidissimū est: ingēs differētia significationis ē inter p̄mitiua pnoia & deriuatiua: Sed ista oīa fieri cogit: q̄ nō licet p̄mitiuis genitiuis dare significationē actiua: cuius rei & illud maximū argumentū apris simū est: qd̄ subiiciā: nulli adhuc grāmaticoq; intellectū: qd̄ dicimus mea: tua: sua: nostra: & uestra: interest & refert: nō aut̄ mei: tui: sui & uestri. Est at̄ illud: mea: tua: sua nō ex pte ante: ut qdā uolunt sed ex pte post: nō aliter q̄ cū dicimus: Hoc interest illius: quasi hoc ē officium illius: ita hoc interest mei: si liceret mei aliter accipere: q̄ passiuē. Nūc dicis mea in uoce possessiua: sed ita tamē ut sit p̄mitiuū & substatiuū: nō adiectiuū. Deniq; ita ac si dicerēs mis. Regi at̄ ex pte post: atq; adeo hoc uerbū habere ante se ntūm: sicut sum es est: sed in neutro ge. quis dubitet: cū oīa sint plēa exēploq;. Ci. p Plantio: Siq; mea minus interest: id te forte magis delectat. Et p eodem: Non solū quid cuiq; debeam: sed qd̄ cuiusq; intersit. Et p Sibylla: Vestra enim q̄ cū summa integritate & elegātia uixistis: hoc maxime interest. Et pro lege manilia: illud primū pauli refert: ubi ēt dicere possemus: Illud mea pui refert: sed hoc nihil ad p̄sens tps: Hac oīa resoluunt in uerbū substatiuū hoc mō. Siquid minus meum ē: qd̄ cuiusq; ē uestri: hoc ē maxie illud pui momenti ē: ut appeat nō differre naturam uerbi substatiui: & horū duorū impsonaliū: nisi q̄ illud naturaliter post se ntūm postulat: hoc grūm: sed actionis siue possessionis more uerbi substatiui: Sed hoc in ceteris noibus ac pnoibus nihil dubitationis hēt: quorū genitiui actiue passiuē: possessiue: & siquis ē alius modus: accipiunt: Mei aut̄: tui sui diuersam naturam habent. Quid igitur faciendum erat: Hac passiuē accipiunt siue possessiue: nō actiue nec possessiue. Illa uerba uolūt post se grūm actiuū siue possessiuum. Dāda ergo fuit uox possessiui pro significato primitiui: non genitiuis possessiui. qui idem erat qui ē primitiui. Sed ablatiuus q̄ natura est gto simillimus: & in genere sc̄e. uel tanq; medio triū genēz: uel suauitatis gratia ne duz uideret meo nostro: tuo uestro & suo. Ideoq; hi ablatiui iūgi sibi patiunt adiectiua illa tanq; actionē passionēq; significātia in gto: ut supra demonstrauimus. Sic mea solius interest: tua unius refert: sua ipsius interest: nō mei solius: tui unius: sui ipsius: nisi in alia loquēdi figura: de qua mox subiiciam. Vnde maxie palā fit nunq; hos gto sumi nisi passiuē: ut habeo curā mei solius: nō meā solius hēo curā tui unius: nō tuā unius: unusq; curā gerit sui ipsius nō suā ipsius. Cura ita est: q̄ hic passio significat ubi supius uel actio uel possessio. Cuius rei exēplū suffecerit ex Terē. Hem tot mei solliciti sunt cā ut me expleāt. Et planū quidē iā facimus tres gto: mei: tui: sui passiuē sp̄ poni: meus: tuus: suus: plæruncq; possessiue. Ideoq; cū utendū est illis primitiuorū gto mutari sonū de i in a. Nūc aliq; addēda sunt de his dictiōibus quæ legitie cōiungunt cū huiusmōi pnoium gto. Non enī oēs possunt Ante oīa nullū substatiuū in cōsortio suo substinet: ut fili noli domo recedere respectu mei patris. qd̄ nō tā placuisse Prif. reor q̄ p̄ iprudētiā eē lapsū: cū dicit: mei Prif. eges: tui Prif. egeo: & alibi: Ego Vir. tu Vir. ille Vir. Mei Vir. tui Vir. illius Vir. Hac enī oratio declarat meū Prif. Vergiliū: uel aut tuū nō me Prif. Vergiliū: aut te nō aliter q̄ si dicas: Eges mei pr̄is: egeo tui domini: qd̄ pfecto nō ē p̄mitiuorū ab eo qd̄ ē ego & tu: sed deriuatiuorū ab eo qd̄ ē meus & tuus: neq; discrimē facit q̄ hic appellatiuū nomē ē: ibi p̄priū. Vir. Siq; tui corydōis hēt te cura: uēito. Et alibi: Aeneæ mihi cura

tui: & itez: A
lingua latina
tui egeo q̄ Pr
rinthios: Salu
rium uero ex
naturā ut ill
ne in possessi
diū. nō tamē
diū suū q̄ el
ponētus. Na u
P. Licini Cra
Fuit mihi & l
tua sua memo
rū actiue nō a
pe soloz p̄tic
unius: solius:
tūlū: Quocūq;
placandā sit
innocentiā d
ri gaudeā Cic
diū est: & ea
quod p̄nom
ita ut si abfu
nis. Quin. lo
um redemp
nates: & oīa
meus: ut est
frequēter. C
erat. Idē. Illa
plecti: collo
in eodē op
p̄ flentiū. E
ui habeāt ul
uersitas num
mitiuorū gto
multa exemp
Item omniu
stran omniu
parui. Cuiusc
sententia: non
Verum iam

R Ac
te.
Et
ui

lier interro
cendisti. Sel
tulantibus n

O u
p
te

S t
te
ho
nō mediocre

SECUNDVS.

tui: & itez: Aeneazq; mei. Quae a meus: tuus: non ab ego: tu ueniunt. Itaq; sic emedemus Prif. q; cū de lingua latina cōponit: antiq; tatē oēm corrigens: nomē suū latine plog nesciūt. Mei q; sum Prif. eges tui egeo q; Prif. es: uel me Prif. ciano eges: te Prif. egeo: uel tui: uel te Prif. egeo. Nā illud apostoli ad corinthios: Saluatio mea manu Pauli e græco est sūptū οασ ωασ μοσ ινεμχηειρι ωαυλου. Tertium uero exēplum qd' idē ptulit illius Pri. eger: recte dicit. Nō habent. n. cætera pnomina ancipitē naturā ut illa tria deq; bus diximus. Adeoq; ueq; ē hos ipsos gētiuos respuere cōfortiū substātiui: ut ne in possessiuoz qdē forma illud pati uelint. Vidimus licere dicere meā unius opam: tuū solius studiū. nō tamē dicemus meū Laurētii studiū: suū Prif. prædiū: sed meū est studiū q; sum Laurentius p diū suū q; est Prif. Neq; tamē ob id excludo: si gtōs hos passiuē accipiamus eo mō quo exemplum ponēus. Nā ut supius docui: aliq; do duos gtōs altez actiē: altez passiuē positū una iūgi: Vt Quid de P. Licinii Crassi iuris & ciuilib: & pōtificii studio loquar? Ita sit in pnomie: ut idem auctor ad Atticū Fuit mihi & laus nostræ gratulatio tua iucunda: & timoris cōsolatio gratia. Et itez: Vehementerq; tua sua memoria delectat. Quod si igit hęc pnoia siue in gtō passiuē: siue mutata in uocē possessiuo rū actiue nō admittūt gtōs substantiuoz: nō qd nō admittunt oīum adiectiuoz. Nō opinor: sed p pe. soloz picipioz: picipialiūq; gerundioz: & frequētissime illoz triū: ut qdā uolunt pnominum unius: solius: ipsius: & si qua alia quæ rara sūt: de q; bus mox dicā: p genitiuū cum picipio. Cic. ad Lētulū: Quocūq; tpe mihi prās præsentis tui fuerit: p foemininū: sed cū gerūdio. Quid. heroidū: Cōpia placandæ sit mō pue tui: p uocē mutatā in possessiuū: ut ad Cic. Cato: Libeter facio: ut tuā uirtutem innocentia diligentia cognita in maximis rebus domi togati: armati foris pari industria administra ri gaudeā Cic. de oratore. L. Crassum qsi colligendi sui cā se in Tusculanū contulisse. Sed hoc gerundiu est: & ea exēpla que supra attuli: quoz unū fuit. Sustulit de latere meo ancillæ tuæ dormictis: ad quod pnomē malo referri illud dormientis: qd' est adiectiuū: q; illud ancillæ: quod est substantiuū: ita ut si abfuisset picipiū: uix tolerabile fuerit futuz: quale Boetii. Tollant mœsti nūc mea fata senis. Quin. solet et omittere pnomē. Vt accipi fateor illū: q; solus quoq; nō sequebat: quē nō gaudi um redemptionis: nō lætitia prælati: nō orantis erexit pater amplexus. Et i eodē li. Rus: seruulos: penates: & oīa utiliora pperanti festinatione parētis addixit: omisit sui: ut esset nō lætitia sui prælati: & meus: ut esset nō meus orantis amplexus. Et itez mea ut esset festinatione mea parentis. Poeta etiā frequēter. Oui. heroidū: Deniq; qsq; erat castris iugulatus achiuis: Frigidius glacie pectus amantis erat. Idē: Illa meis oculis species abeūtis ihæret: Cū premeret portus classis itura meos. Ausus es amplecti: colloq; infusus amātis. Oscula p lōgas iungere præssa moras. i. tua abeuntis: & mei amātis. Idē in eodē ope sed inuitatus: Et flesti: & nostros uidisti flentis ocellos: nostros dixit p meos uel flentis p flentiū. Est. n. illud flētis grūs singularis: non accusatiuus pluralis: quod accētus pbat: cū accusati ui habeāt ultimā longā: quæ hic nō est. Hoc dixit: qdā hunc locū exponunt p accusatiuū. Illa di uersitas numeroz meos siue nostros amātis: uix alii q; poetæ pmissa. Postremo hęc pnoia: siue i pri mitiuoz gtōz: siue in possessiua uocē: ut dixi: maxime gaudēt illis tribus solius: unius: ipsius: quoz multa exempla iam protuli. Nec ab re fuerit: sicut unius: ita duorum: trium: quattuor posse dici. Item omnium cuiusq; pluralium: & si qua adhuc sunt: ut uestram duoz: uel uestram trium: uel ue stran omnium operam desidero: p uestz. Cicero de oratore lib. iii. Sed uoluntati uestrum omnium parui. Cuiusq; aptius cum pronomine sui: siue suus cōiungitur: ut uellem nosse quæ sit sua cuiusq; sententia: non sui cuiusq; Brutus ad Ciceronem: Qui uestris paucoz respondeat laudibus: p uestz Verum iam huic quæstioni finem imponamus.

De mēte: tete: tutu: sese.

Cap. xxxix

Adem fere hęc tria pronomina geminari etiam solēt: priora quidem per figurā: mēte: tete: Tertium sine figura. Virgi. in. ix. Meme adsum qui feci: in me conuertite ferz. O rutuli Et in. xi. Meme duce ferz corripite o rutuli. Et in. xii. Verte comes tete in facies. Sed hoc uideri potest sine figura. Non enim est te ac te & ardēs: ut apud Quin. Tete hoc loco mulier interrogo. In nominatiuo plane semper figuratum est: ut Cice. in Antonium: Tutu faces illas incendisti. Sese ut dixi: nunq; figuratum est: ut idem: Hic uiri fortissimi sanguine aspersus: sceleratā gratulantibus manum porrigens: in templum Iouis contulit sese: id est se.

De nostras: uestras: cuias.

Cap. xl.

Nostras: uestras: & cuias non tantū patriam nationēq; innuunt: sed et ptes & quasi sectam: ut uestrates philosophi sunt ita populares & fauorabiles: ut nostrates: q; Epicuri scholam pdiderūt: & cuitates philosophi uos estis. Stoici ne: an academici: an pipatetici: an nostrates Epicuri? Cic. Putares ne unq; accidere posse: ut mihi uerba deessent: nō solū ista uestra oratoria: sed hęc et leuia nostratia.

De iste & ille.

Cap. xli.

Ste & ille si audire Prif. uolumus: hoc differūt: q; iste spatio ppingore: ille autem lōgiore i telligif. Cuius auctoritas plurimos in errorem induxit: q; p istud dicūt illud: Veluti si ad hoiem lōge positū scribas: Sigd noui i illa urbe ē: mihi notū facias: p eo qd' ē illa urbe qd' nō mediocre peccatū ē. Nā de me loqns dicer debeo: hoc caput: hęc māus: hęc ciuitas. de te uere illd

caput: ista manus: ista ciuitas. De tertia autem persona illud caput: illa manus: illa ciuitas. Cic. i. Antonium. Remoue paulisper istos gladios: & i. eodem libro. Tu istis faucibus: istis lateribus ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum uini in Hippiae nuptiis exhauseras ut tibi necesse esset in conspectu populi ro. uomere postridie: hoc est istis tuis faucibus: istis tuis lateribus: ista tua firmitate. Vnde nascuntur ad uerba: istic: istic: istac: istuc: istrorsu: isto. Vt idem ad Lentulum. Qui istinc ueniunt autem te superiorem esse factum. i. q. ab ista provincia in qua agis: huc in Italiam Romanam ueniunt. Aliquando iste accipit per hic: ut idem & in eodem. Cum isto corpore stent cum gladiis armati. Et Quint. Iuuenis iste de quo summa in rebus humanis monstra fingunt. Et iteque. Hic inuenis patris sui haeres solus inuentus est. Ille quoque iuuenis nonnunquam per dignitatem: aut per eminentiam ponitur indicans esse quod omnes debeat nosse: ut Alexander ille magnus: ille censorius Cato Architas ille Terentius.

De hic & de is: & de idem: & ad hoc.

Ca. xlii.

Hic & is habent potius illam: de qua modo memini Prisciani differentiam. Vt hic spatium pingore: is uero longiore intelligat: multis tamen in locis utrunque locum habet: ut quod praefert uirtute diuitiis: hic sane fortis est: uel per compositionem: ut quaecumque mulier adultera: eadem uenefica est: & fere per haec duo pronomina licet sic loqui: nec per ulla alia: licet poetae utatur ille per is: quia ambobus eadem pene significatio est: ut Hora. de arte poetica. Quid didicit patriae: quod debeat & quod amicis. Quo sit amore parens: quo frater amandis & hospes. Quod sit conscripti: quod iudicis officium: quae partes in bellum missi ducis: ille profecto. Reddere profouae sit conuenientia cuique. Quare sanctis uiris e graeco transferentibus sic permittamus dicere. Non quod seipsum commedat: ille probatus est: sed quem deus commendat. Possunt autem haec eadem duo de quibus loquor pronomina & alio modo usurpari: ut Alexander paruis copiis fretus superauit Darium cum infinito exercitu: & id in adolescentia: uel & hoc in adolescentia. Item & hoc modo pauca uestis & ea detrita & sordida: potius quam & haec: paucis nummis superbit: nec is suis: sed aliunde corrogatis: potius quam & his. Idem quod est ab is compositum quasi per et poni solet: ut Cic. Est huic coniuncta beneficentia quam eandem uel benignitatem: uel liberalitatem appellari licet: id est quam etiam. Quin. si causam ueneficij dicat adultera non Marci Catonis damnata iudicio uideat quod nullam adulteram: non eandem esse ueneficam dixit. In hoc pronomine idem annotaui quiddam dissimile ab is. Ibi potest addi copulatiua: hic non potest: quod tamen affirmare non ausim: ut quaecumque in sede migrat apium rex: in ea & apes ipsae comitantur. Ac si dicam in eandem. Tollam copulatiua sic: in eandem apes ipsae comitantur. Nam idem habet in se uelut uim copulatiuae. Hoc compositum cum praepositione ad significat praeterea: ut apud Salustium. Cognoueram paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus. Ad hoc saepe fortunae uolentiam tollerasse: facundia graecos: scientia belli gallos ante romanos fuisse.

De cum praepositione.

Cap. xliii.

Cum praepositio per appositionem non iungitur rei notanti instrumentum: sed comite: & hoc est quod Quin. ait ut quaeramus nuquid apud nos sit uis quaedam septimi casus: & apud graecos sexti. Nam inquit cum dico hasta percussus: non utor ablatiui natura. Nec si idem graece dicatur datiu: pro quod Seruius & quidam alii plane affirmant esse septimum casum. Quod autem non utamur ablatiui natura: hanc causam existimo: quod ablatiuus aut uel nominis regis: aut uel uerbi: aut aduerbi: aut postremo intercedente praepositione: quorum nihil hic fit: nisi uolumus errorem quorundam seque quod subintelligunt praepositionem cum. Et quomodo subintelligi potest: quare ne poni quidem potest. Nam percussus cum hasta. inauditum est. Instrumentum. n. percussiois hasta est. Peccauitque non incelebris huius aetatis uir: qui scripsit gladium quod cum se percusserit eduxit. Percussit igitur gladio: non cum gladio. Impuli te pugno: non cum pugno. Video te oculis: non cum oculis. Tango te manu non cum manu. Deleuit epistolam lachrymis. Absterisit sordes aqua. Siccauit cretam liquaefecitque caram igni. non autem cum lachrymis: cum aqua cum igni. Sed hoc sefellit quod aliquando illa praepositio uideri possit iuncta nomini instrumentum significanti: ut acceptus est a nobis cum honore. Magna cum beniuolentia scripsit: cum mira affabilitate me allocutus est: cum dira truculentia me aspexit. Verutamen hi ablatiui non instrumentum significant: sed coniunctionem. Si quidem acceperunt me homines instrumento corporis non honoris sed honore comite. Scripsit ministerium manus non beniuolentiae sed hac socia. Allocutus est lingua opatrice affabilitate praesenti. Et aspexit instrumento oculorum truculentia suffosorum: quare nihil facit ad ipsam inspectionem: sed oculi. Sunt qui uelint Priscianum sensisse cum hasta percussus dici posse: uel hanc praepositionem subintelligi. Ego uero affirmo neminem antiquorum neque praetulerisse hanc: neque subintellexisse.

De circiter.

Cap. xliiii.

Circiter Pri. inquit ad tempus solum pertinet: ut circiter Kal. Ianu. Immo & quod frequenter ad numerum: ut circiter duum milium militum: circiter decem miliariorum. Sed aliquando: et ad locum: ut Cassius Emina. Lapidem fuisse quadratum circiter in medio arcae iunctum candelis quoque uersum.

De uersus.

Cap. xlv.

Versus contra naturam praepositionis semper postponitur: ut Italia uersus. Megara uersus Liui. Duo romana uno loco propius Alba: tria albana Romam uersus. Salusti. Deinde philemon

SECUNDVS.

aræ quem locum Aegyptum uersus finē impii habuere carthaginēses. Cic. de diuinatione. Qui cum exercitu lustrato Aretinum uersus castra mouisset. Sursum siue sursum uersus frequenter legimus: nōnunq̄ dicitur uersum: sicut aduersum. Nā ita uersus sicut aduersus. Vnde quoq̄ uersus: id ē i unā quanq̄ p̄tē: & quocunq̄ & in utraq̄ p̄tē: & deorsum uersus. Atq̄ nescio quomodo non repio hanc inter præpositiones esse numeratam: an quia postponitur: & non præponitur. Nec tenus quidem p̄ poni solet: de qua nunc dicam: & tamen est præpositio. An quia præpositionis uice non fungit: quod tiens alia adest præpositio. Vt occidentem uersus: quod quidem modo aduerbium est: ut usq̄: quæ & ipsa sic aliquando in oratione collocatur: ut ad occidentem usq̄.

De tenus.

Cap. xlyi.

Tenus ut dixi semp̄ postponitur: atq̄ in singulari utiq̄ cū ablatiuo: ut hastenus: quatenus uerbotenus: caputotenus. In plurali uero cū genitiuo: et non solum cū ablatiuo: sed quantum ego sentio cū genitiuo: tunc at̄ necessario: ut uenustius sit: præsertim more græcorū cū res uel gemina: uel numero singulari carens: neq̄ hoc apud poetas solummodo: sed etiā apud oratores. Virg. Cruge tenus hispida nanti: & itez. Et cruge tenus a mēto palearia p̄dent. Quī. in. xii. Sed ille uir bonus qui hæc non uocibus sibi tantum nota atq̄ nominibus aurium tenus in usū lingua præcepit: sed qui uirtutes ipsas penitus mente complexus ita sentiet. Cælius. Jam illi rumores de comitiis transpadanorū cumage tenus caluerunt. Curtius. Pauci hostiū tenus exacti penetrare uere ad portum: Est at̄ significatio usq̄ ad. Umbilico tenus: usq̄ ad umbilicum: Aetiopia tenus: Nilotenus: usq̄ ad Aethiopiā & Nilum. Aliquando et̄ pro non ultra: ut gessit consulatum titulo tenus: id est non ultra q̄ titulo cuiusmodi nonnulla ex superioribus exemplis sunt.

De pridie & postridie aduerbiis.

Ca. xlyii.

Pridie & postridie quemadmodum tenus genitiuo seruiunt: & nōnunq̄ et̄ accusatiuo ut pridie illius diei: postridie nonage decembrium. Cic. ad atticum. Pridie compitalia memēto. T. Liuius libro. vi. Etiā postridie idus rebus diuinis suspēderi iussum. Inde ut postridie Kalendas: ac non eadem religio esset traditum putant. Idē lib. xlviii. Pridie parilia medio ferme die atrox cum uento tempestas coorta: de quo uide plura infra in Nudiustertius.

De heu: heu: & heuheu: ueh: & procul.

Ca. xlyiii.

Heu quoq̄ & heu simile quid obtinent: tamen atez datiuo: atez accusatiuo iungitur: ut Heu mihi qualis erat: quātum mutatus ab illo Hectore. Terē. Heu me miserē. Et fere cū huiusmodi p̄nominibus. Nā cum alio nomine frequentius per exprobrationem: ut Vir. Heu stirpam inuisam. Et Plinius li. vii. Heu dementiam ab his initiis existimatum ad superbiam se genitos. Aliquando et̄ cum nominatiuo: ut idem Vir. Heu pietas heu prisca fides. Teren. in adelphis. Heu miserā. Illud uero in psalmo. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Nescio an uitio factum sit librariorū. Quale illud in euangelio. Ascēdit in arborem siconiorū: quā inde transiturus erat: quod scribendum est illac. Et illud ad romanos: Tu at̄ cum oleaster esses: insertus es: p̄ insitus: & in actibus apostolorū. Egressi sumus foras portam iuxta flumen: p̄ extra portam. Heuheu nulli casui seruit: ut idem in buccolicis. Heuheu quid uolui misero mihi: Veh quoq̄ datiuo. Marti. Capere causidicus fertur mea carmina: qui sit Nescio: si sciero ueh tibi causidice. Hæc appelles licet siue aduerbia siue interiectiones: nam hanc inter partes orationis nō numero siue et̄ præpositiones. Procul apud quosdam casui seruit: ut apud Curtium: procul urbem.

Quædam aduerbia comparatiua: superlatiuaq̄ regere accusatiuū.

Cap. xlix.

Comparatiua aduerbia & superlatiua præter suam constructionē ablatiui & genitiui: ut scribo melius te: & optime omnium: aliquando seruiunt accusatiuo. Vtiq̄ ea quæ a præpositionibus ueniunt: illaz naturam seruantia. Cicero ad Octauium. Cur castra medio itinere longius aduersariorū castris & propius urbem mouētur? Idem ad Atticum. Tamen esse officium meū putauit exercitum habere q̄ proxime hostem. Salustius. Proxime Hispaniā mauri sunt neq̄ hæc regere possunt datiuum: ut Prisciano placet: quale uult eam propius stabulis armēta tenerent. Datiuus hic non regitur natura comparatiui: sed ipsius nominis: nō aliter q̄ si dicam: nauigo te propinquius terrā. Et quoniam ipsa rei serie quædam de complexu orationis dicere incipimus: iā de hoc ipso differamus: simulq̄ de natura indeclinabilium dictionum quarundamq̄ aliaz ab eo potissimum incipientes quod huic loco simulatum est.

De o uel prolata uel omissa.

Cap. l.

O fortunati: quoq̄ iā mœnia surgunt Aeneas ait: & alibi. O fortunatos nimirū bona si sua norint Agricolas. hic accusatiuus eūbi uel notatiuus: uel uocatiuus esse p̄t. His. n. tribus casibus indifferenter auctores utunt. Cic. O uariam uolucreeq̄ fortunā: Neq̄ hoc i tertia p̄sona tantū: sed et̄ in prima & secunda: ut idē. O me miserē: o te infelicem: etiam nō apposito pronomine: ut idem. O miserē & detestabilem hominem: si hæc ignoras. Idem: O te miserē: o te infelicem. Quæ exclamatio ad omnem affectum conuenit: uel miserationis: uel indignationis. Simili modo in nominatiuo & uocatiuo: ut idem. O fortunata mors: quæ naturæ debita p̄ patria est

potissimū reddita. Et itez: O magna uis ueritatis: quæ cōtra omnium ingenia: calliditatem: solerti
am: cōtraq; factas hominum infidias: se p seipsa defēdit. Idem: O nox illa: quæ pene æternas huic ur-
bi tenebras attulisti. Et itez: O nonæ illæ decēbres: q̄ me consule fuistis. Aliq̄do ab illo supsedemus
utiq; in re leuiore: neq; ita magni calor: ut indignū facinus & hominem neq; q̄ non dubitaret uel ī
foro alea ludere: uel cū lege de alea cōdēnatis. Cic. uerba sunt in Antonium. Et Pli. iunior ad Octau-
um. Hominē te patiētem uel potius durę ac pene crudelem: q̄ tam insignes libros tam diu teneas.
Quod si excādescerimus: dicēdum esset o hominem neq; & hominē patientē. At sine indignatione:
ut apud Valerium Maximū lib. iiii. Sed mihi uti ista cōditione uitæ non est opus: sine ullis imagini-
bus: nobilem animum. Aliq̄to hoc remissius est: q̄ si dixisset: o animum sine ullis imaginibus nobile
dest sine maiorz nobilitate nobilem. Ideoq; Terē. leuioris calor: interiectione usus est. Huic tā gra-
uis rastros quæso: sed hoc simile eius speciei: cuius mentionem nō faciam.

De Mene cum infinitiuo & accusatiuo.

Cap. li.



Mene incepto desistere uictam. Nec posse Italia teucroz; auertere regē: & itez. Mene ilia-
cis occūbere cāpis. Nō potuisse: tuaz; hāc animā effundere dextra. Hæc Vir. ad Terentiā
āt Cic. Me misere: in tātas calamitates mea culpa incidisse: & itez in Bruto. Tū Brutus ad-
mirans tātam ne fuisse obliuionē inq; in scripto præfertim: ut ne legens: qdē senserit q̄tū
flagitii cōmississet. In his oībus placet mihi subintelligi uere ne ita est me non posse auertere Italia re-
gem teucroz; & cætera. Plinius iunior ad Hadrianum. Hominē ne romanū tam græce loq; id est ue-
re: ne ita ē uel oportet: uel oportuit: ne siue oportet: Terē. ī andria. Seruon fortunas meas me cōmis-
sise futuli.

De en & ecce: suisq; compositis.

Cap. lii.



En & ecce in eadē pene significatiōe amat nominatiuum & accusatiuum: apud comicos ue-
ro hem p en affectui seruiēs: quo oratores nō utunt: quemadmodū nec ē p at: qd ē poe-
ta; syllabam ilam breuē interiectionē. s. lōgam facientium. Adiungit āt en nominatiuo
pariter & accusatiuo: tū indicādo: tum exprobrādo. Indicando Vir. En Priamus: sunt hæc
et sua præmia laudi. Exprobrādo. En agros & qua bello troiane petisti: Hesperiam metire iacens. Se-
neca in Agamēnone. En paridis hostē. Iuue. lib. ii. En habitū quo te leges & iura ferētē Mōtanum po-
sitis audiret uulgus aratris. Oratores sapius exprobrādo: & sapius p nominatiuum. Qui. En improbi-
tas. Cic. En crimen: en causa: cur regem fugitiuus: dominū seruus accuset. Ecce similiter cum utroq;
casu iungit. Idem Ecce tibi status noster. Cum accusatiuo autem nō memini me apud oratores legis-
se: sed ne apud poetas qdem. Nam illud apud Terē. in eunucho. Ecce āt altez. nescio qd de amore lo-
quitur. Alter scribi debet: nō altez. Donato quoq; pbante. Sed demus aliq̄do repiri: ut semel apud
Plautum in bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato: tristi: iracundo: ecce me. Eccum eccam: eccos:
eccas: ellum: ellam: ellas: composita sunt & secum uidentur gerere casum: sed nō gerunt: quæ Priscia.
ta resoluit: ecce eum: ecce eā: ecce eos: ecce eas: ecce illum: ecce illā: ecce illos: ecce illas. Sergius quoq;
commentatus Donatū ait: Nihil significat ellum: nisi ecce illum. Pauloq; post: Ergo cum ellum sit
ecce illū: ellam ecce illā: nihil possumus dicere: nisi magis demonstratiue. Sed pace Prif. Sergiūq; & alio-
rum: hoc nec uez; nec cōueniēs significatū est. Nā inter ecce eum & ecce illū: quid interest? Potius di-
cendum erat eccum ecce hunc: eccos ecce hos: de quibus agimus. Talis erat cōuenientior interpretæ-
ratio: sed q̄ nec uera foret. Resoluunt. n. hæc p aduerbia: nō p pnomia: eccū ecce hic subintellige uiz;
de quo agebamus. Ecce ecce hic subintellige fœminā: de q̄ mētio erat. Ellū ellam: ecce illic uiz; fœ-
mināue subintellige de quo de quaz; agebas. Nam ut de homine q̄ ante cōspectū nostz; abest: recte
dicas ecce ille: uel ecce ego: siue ecce illū uel ecce me: ita male loquaris ellū hominem: uel ellū me: &
rursus de lōge posito eccum: Ter. Eccū Parmenonem: & eccū me. Nempe nō ecce eum: quasi aliquis
alius sit præter hunc Parmeno & ecce eū me: quem me & quē eum quæris? Plautus in mænechmis:
Atq; eccam: & in mercatore. Ecce illum uideto. Eccū ergo Parmenonē: id est ecce hic Parmenonē:
& eccum id est ecce hic me: & ellum Parmenonē dicentes: nō sic loq; mur: quasi de pagz; noto: ut sole-
mus cum dici mus ecce ille Parmeno: quasi ille tibi incognitus: sed auditus. Ellum igit; Parmenonē
significat ecce illic Parmeno: siue Parmenonē. Sed an possit ecce habere accusatiuum: nō ante indu-
bitatum habebō: q̄ exēplum uidero: nisi illud tale sit apud Vir. En quattuor aras. Ecce deus tibi Da-
phni: duoq; altaria Phœbo. Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis: Craterasq; duos statuam
tibi pinguis oliui. Sed de prosa magis dubitare me dico.

De age: agite: agedum.

Cap. liii.



Age singularem numez; desiderat: agite pluralē: agedū uero nō singulare tātū sed et plura-
le: neq; id mō in carmine. ut Proptius. Vos agedū: sed et in p̄sa: ut Quītil. Agedū si uidet
extra portas p̄spicite squalida arua & spinis obsitas fegetes: se mesos arborz; truncos. Cic.
Agedum confer te nunc cum illis uitam Publii Syllæ uobis populoz; Ro. notissimam.

De an: & aut: ne uel ue: & horum consimilibus.

Cap. liiiii.



An & aut cōiunctiōes sūt. Qui. iqt. Male tamē iterroges hic: aut ille sit. Nos cū talē tātūq;
auctore hēamus: tamē plæriz; multis iā seculis peccauerūt ac peccat: qd̄ grāde flagitiū ē.

SECUNDVS.

Sed duæ causæ eos decipiunt. Fere, n. nunq̄ decipimur nisi mēdaci q̄dā specie ueritatis: & ut inq̄t Ho.
 Decipimur specie recti. Vna q̄ interpretates e græco nō repimus hāc apud illos differētiā: q̄ppe cū græ
 ci unā, n. habeant utriq̄ nostraz respōdentē: putā p una uoce græca unā latinā posse sufficere. Alte
 ra q̄ repiūt apud nos in it̄rogando aut. Et primā q̄dē opinionē hoc respōsum sit: eos male mere
 ri de lingua latina: q̄ dimidium uerboꝝ fastidiunt: nā plerūq̄ utunt̄ aut more græcoꝝ & it̄ro
 gando & sine it̄rogatione: an omnino relinquentes: Sequēti quod tamen caput huius erroris est:
 ita respōdemus: si paulo diligētius aduertissent: nō ī aut: sed in an it̄ro ationem cōsistere deprehē
 dissent: ut apud Ciceronē. An uero Romulus ille: aut pastores: aut cōuenas congregasse: aut sabino
 rum connubia coniuxisse: aut finitimorum uim repressisse eloquentia uidet̄? Nō est hic multiplex
 it̄rogatio quasi de horum singulis it̄rogetur: sed duplex sic. Nunquid Romulus hęc omnia fe
 cit eloquentia? Hęc una pars est it̄rogationis: supple an nō fecit: & hęc erit altera pars. Item es tu
 stoicus: aut pipateticus: aut academicus: hęc it̄rogatio & bene dici pōt: & male. Nām si non con
 stet it̄rogāti te esse philosophū: bene it̄rogauit: supplēdaq̄ est duplex an: sic. Es ne tu stoicus an
 epicureus: & an nō? Sin constet illi te esse philosophum ex aliqua hęc sectaz: sed cuius sis ignorās:
 de ipa it̄roget male quæsiuit: cū an nō aut dicēdum fuerit: & ubi nōs modo posuimus duplex an
 committēdum sit es tu stoicus: an epicureus: an peripateticus: an academicus: quæ it̄rogatio pōt
 tēdi in infinitum. Illa uero semp est duplex: hic ad singulas p̄tulas binæ it̄rogatiōes sunt ibi in
 uniuersum duæ. Cum, n. quæro an stoicus: subintelligit̄ altera it̄rogatio e diuerso sic: an nō. Item
 es ne epicureus an nō: es an nō academicus. Afferamus aliud aptius exemplum. An est hic illo nobi
 lior: an plus p salute mea laborauit? An cui magis hoies cupiant: an formosior & magis dignus: cui
 filiam meā collocem? Hic octo it̄rogatiōes sunt: quia octies it̄rogatio repitur. Ex quo patet nō
 esse it̄rogationem in aut: sed in an. It̄rogationem inquam cōtrariōꝝ: qualis est illa: Quid dicā
 aut quid faciam? Quid nō dicam aut quid nō faciam. Inter hęc non ambigimus. Sed ipsa abo simul
 ambigimus: secus in illa habeam an maneā: de duobus ita quæro: ut utrū mihi faciēdum sit: dubitē
 Ideoq̄ non solum it̄rogando: sed citra it̄rogationē quoq̄ utimur an: ubi cūq̄ aliqd cōtrarie
 tatis iest: ut dubito an uiuat pater: an mortuus sit. Et ī maiori numero nescio an p̄ sit Romā: an ua
 leat: an uiuat: an uēturus ad me sit. Muta uerbū dubitatiōis inscientiāq̄ indistimile aliud uerbū: sic
 Scio an uiuat pater: an mortuus sit. Itaq̄ uerbis huiusmodi dubitationis & inscientiā damus subiūcti
 uum cū an: uerbis uero opiniōis & sciētīā idicatiū cū quod & aut: sic. Opinor q̄ pater aut mortuus
 ē: aut grauit̄ ægrotat. Quod p̄ceptū est de an: hoc quoq̄ p̄ceptū sit de ne: quæ plerūq̄ una sola q̄
 & semp in p̄te prima collocatur: ut bonus ne uir est: an malus est? Aliquādo cum socia: sed id sapius
 apud poetas: ut Vir. Quætere constituit qui teneant: homies ne: ferā ne. Sape hoc mō: illuc eā nec
 ne: ignoro: hoc dubitatiue. It̄rogatiue quoq̄: ut p Flacco Cic. Vt̄ multis prætori Flacco licuiss̄
 se: nec ne: id est licuisse: an nō? Quidā supuacuo addunt alteꝝ an: sic. Nescio an bene faciam: nec ne:
 Atq̄ ut ostendi quosdam errare ī aut: nō uidētes in quo differat ab an: quidam ita faciunt in uel: pu
 tantes poni p an. It̄rogatiue & dubitatiue: siue it̄rogatiue: ut istud est auz̄ uel auricalchum:
 nescio si sit auz̄ uel auricalchum. Immo scis q̄ ē auz̄ uel auricalchum: & neuter uestꝝ dubitat: q̄ uel
 hoc: uel illud est. Sed ne scitis an hoc: an illud sit. Ideoq̄ & tu it̄roga auz̄ ne sit an auricalchū: & tu
 respōde q̄ nescis an sit hoc: an illud. Illud at̄ quod est apud Quin. Quæredumq̄ arbitratur iustū ne
 sit sacrilegium applari: quod obiciatur uel furtum: uel amētiam. Potest q̄busdā mouere dubitatio
 nem: quasi in re dubia loquamur p uel atq̄: adeo ipsū uel misceamus cū ne siue an. In quo minime
 dubitādum nobis est. Talis, n. ibi locutio est, quærendūq̄ arbitratur iustum ne sit appellari aliquid
 uo nomine sacrilegii: an nō. uel sit iustum aliquid appellari furtum an nō: uel aliquid sit iustū appellari
 amētiam an nō? Ve magis accidit ad uel: q̄ ad an: ut duobus tribusue mēsis: id est duobus uel tribus
 mēsis. Raroq̄ repitur geminaum: nisi adiuncta s̄: ut siue hoc: siue illud: aut adiuncta ne p non. Vt
 apud eūdem. Cauēdum ēt neue sit maior trāslatio: q̄ oporteat: neue quod sæpe accidit minor: neue
 dissimilis. Cic. Ita iungitis: ut neue aspere cōcurrant: neue uastius diducantur. Lucanus sine compo
 sitione aliqua. Nec quēq̄ iam fere potest Cæsar ue priorem Pompeius ue parē: An & ne coniungi so
 lent p an: quod magis poeticum ē: ut apud æmulos Virg. Dic mihi Dameta cuium pecus: an ne lati
 num? Illud Ciceronis multi ita legunt. Quo mihi ēt indignius uideretur obrectatum eē Gabinio di
 cam: an ne Pompeio: an ne utriq̄ id quod est uerius sine it̄rogatione duꝝ uideretur: ut Vir. Vrbes
 ne iuisere Cæsar. An deus immeli uenias maris? An ne nouum tardis fidus te mēsis addas. Ideo di
 xi duꝝ: quia per it̄rogatiā quiddam urgētius & instātius est in geminatiōe an ne: q̄ in illa simpli
 citate an: q̄d hic nō fit: ut ex aliis compositis elucebit. Nōne fuit satius tristes Amaryllidis iras: Atq̄
 superba pati fastidia: nōne Menalcam: nōne ego te uidi Damonis pessime caprum Excipere insidiis
 in hac it̄rogatione nonne nō id agitur: ut respondeas nesciēti: sed cogaris assentiri sciēti: nec alia
 uis orationis est: q̄ si diceres an nō: quod magis urget: q̄ solum nō. licet & hoc solum p illo compo
 sito accipi soleat. Alia cōposita si modo composita hęc sunt. Irane: ergone quæ it̄rogando respō
 sionem non poscunt: sed assensum extorquent.

De nedum & non solum.

Nedum duobus modis periti uti solent. uno cum utraq; sententiam eodem claudimus uerbo; altero cum suum utriusque sententiae uerbum damus. Primo modo sic: Funderé p te sanguinē: nedum pecuniā: secundo sic. Funderé p te sanguinem: nedum pecuniā tibi crederé: & hoc affirmatiue. Negatiue sic. Nō pderem p te obolum nedum sanguinem. Item nō crederem tibi obolum: nedum p te funderem sanguinem. Atq; in affirmando id quod plus est: maioris momenti in prima parte ponendum: in negando quod minoris est. Plus. n. & magis est momentosum fundere sanguinem q̄ pecuniā: & minus est & leuius pderé: an credere obolum: q̄ pderé aut pfundere sanguinem. Impiti uero hanc dictionem accipiunt p nō solum: sic dicentes: Nedum p te laborem susciperem: sed etiam mortem: quod sic dicendum erat. Mortem p te susciperem: nedum laborem. Aut p non solum: nam contrarius modus est a non modo p nedum: sic ne priora exempla conueniamus: non solum pecuniam p te funderem: sed etiam sanguinem. Item nō modo tibi pecuniā crederem: ueq; etiam p te sanguinem funderem: & hoc affirmatiue. Rursus negatiue: Nō modo p te sanguinem nō pderem: sed nec pecuniam. Item nō tantum p te sanguinem nō pderem: sed nec pecuniam. Itē nō tantum p te sanguinem nō funderé: ueq; ne obolum quidem tibi crederem. Hęc ē igitur differentia inter nedum & nō solum: siue nō modo: siue nō tantum: aliquando tamē repimus hoc posterius pene p nedum accipi. Cic. i. offi. iii. Huic igitur uiro bono: quē Fimbria etiā nō modo Socrates nouerat: nullo modo uideri potest quicquid esse utile: quod nō sit honestū. Possimus hic dicere p non modo Socrates nouerat: nedum Socrates: Sed nedum auget: ppolletq; alteri parti cui adiungit: nō modo at̄ æperat. Ideoq; puto Cic. uoluisse æquarare Fimbriā romanū Socrati græco: dixisseq; illud nō modo: sicut in quibusdā aliis exemplis. Ut in eisdē officiis. Ad quod ē adhibēda actio quædam: nō solum mētis agitatio. Et p Plātio: Plura ne dicā: tuæ me lachrymæ impediunt: uestræq; iudices: nō solum meæ. Hic nō ausim p nō solum dicere nedum.

De nisi.

Cap. lvi.

Nisi quoties principium sententiæ ē: indicatiuum desiderat: alias ēt subiunctiuū. Cic. p Milōe: Nisi forte putamus dementē Scipionē africanū fuisse: q̄ cū p seditionē a. C. Carbone interrogaret: quid de Tyberii Gracchi morte sentiret: respondit iure sibi casum uideri: Et Quin. Nisi forte impatorē quō idoneū credit: i praeliis quod strenuū & fortē: & oīum quæ pugna poscit artificē: sed neq; delectus agere: nec copias contrahere atq; instruere: nec pspicere cōmeatus: nec locū capere castris scientē. Præter principia at̄ sententiæ sic: Vapulabis nisi caues uel nisi caueas. In illo superiore nisi uerbum adest principale: hic nō adest.

De q̄.

Cap. lvii.

Vod scribis gaudeo & q̄ scribas utroq; modo dicitur. Volo q̄ scribas: nō at̄ q̄ scribis. Illius superioris hæc similia sūt: credo: opinor: puto: lætor: uoluptatē capio: & reliq;. Huius posterioris hæc: mado: iubeo: impo: exigo: postulo: & cætera. In illo tamē superiore cauēdū ē: ne diuersorū modorū uerba copulētus: quæ foret illud Terē. quod nōnulli sic legūt: an q̄ uia ignorat: an q̄ iter pferre nequeat. Cū sit dicēdū aut sic. An q̄ uia ignorat: an q̄ iter pferre nequeat: aut sic. An q̄ uia ignorat: an q̄ iter pferre nequeat: cui simile illud aliud ē apud eundem: Nihil ē: nihil desit tamē: cū sit potius legēdū desit: nō desit: ut bonis auctoribus placet. Et in pœmio Cice. ad Herēniū quodā sic legunt: Et si negociis familiaribus impediti: uix satis oīum studio suppeditare possimus: & id ipsum quod dat̄ oīum: libentius in Philosophia cōsumere cōsueuimus: cum sit potius dicendum possimus: ut modi concordēt: q̄ copula mediā cōiunguntur: quæ sonus ipse utpote in cursu medio piodi cōuenientior ē possimus q̄: in possimus: Est etiā alia causa: cur hoc nō liceat: quam modo subiungā.

De etsi: quæ quis & licet.

Cap. lviii.

Et si: quæ quis: licet eiusdem significatiōis sunt aliquid in utroque discriminis habentia. Nam maior quædam dignitas data est primis duobus: quæ semper asciscunt sibi indicatiuum: dūtaxat in principio statim orationū: epistolarū: librorū: alia duo in hoc loco raro: cæteris oīa idifferēter. Cic. in oratiōe p Milone: Etsi uereor iudices. Et in epistola ad Atticū: Etsi nihil noui afferebat: & in ope ad Herēniū: Etsi negociis familiaribus impediti: uix satis oīum studio suppeditare possimus: & id ipsum quod dat̄ oīum: libentius in philosophia cōsumere cōsueuimus. Quin. i. declamatione de corpore plecto: Etsi iudices in hac asprima conditione fragilitatis humanæ: in qua nemo prope mortalium impune uiuit: hæc oībus natura est: ut sua cuiq; calamitas: præcipue misera atq; intoleranda uideat. Cic. p lege manilia: Quæ frequēs cōspectus uester mihi multo iucundissimus: hic at̄ locus ad dicendum amplissimus: ad agendū ornatissimus est uisus quites. Idē de offi. Quæ te Marce fili annuum iam audientē Cratippū: idq; Athenis abundare oportet præceptis: institutisq; philosophiæ. Lactant. tamen secundum librū de instit. sic incipit: Quæ libro primo religiones deorū falsas esse monstraueri. Alia duo magis postulant subiunctiuū: nōnunq; tamē & indicatiuum: ut dixi apud Hora. sic quædam epistola incipit: Quæuis sæua satis p te tibi cōsulis & scis: & apud Quint. declamatione. Quæuis iudices in tanta malorū continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorū nouitate mirari: in aliis partibus q̄ in principiis parem oīa hæc locum sortiunt. Habent & hoc differentia duo priora a duobus posterioribus: q̄ illa aliquando eodem modo quem de nisi ostēdimus: a nullo

SECUNDVS

dependent. Cice. pro Mareello: Quid enim est oio hoc ipsum: diu: in quo e aliquid extremu? Quod cum uenit: omnis uoluptas praeterita pro nihilo est: quia nulla est futura: qd iste tuus animus nunq his angustis: quas natura nobis ad uiuendum dedit: contentus fuit. Semp eni immortalitatis amore flagrauit. Nec uero haec tua uita dicenda est: quae corpore & spiritu continetur: hoc fit acrius per interrogationem ac sublimius. Vt ne si alia exempla asseram: longior sim si dicamus hoc idem: sic. Quanq quis ignorat istum tuum animum nunq his angustis: quas natura nobis ad uiuendum dedit: fuisse contentum: semperq immortalitatis amore flagrasse. De etsi siue taetsi: ide. n. sunt: & apud eundem: & apud alios repianda reliquus exempla huiusmodi: licet pauciora: unum ex Plinio satis sit ad Cornelium Priscum. Dedit. n. mihi quantum maximu potuit: daturus amplius si potuisset: tamen si qd homini pot maius: q gloria: laus & aeternitas: Hic non possis ponere licet & quauis. De cum & tum. Cap. lix.



Secundū nonnunq̄ p̄ iuxta & post. Vir. Dulcibus illa qdē illecebris aut plena secundū flumina. Quin. in pariete palmato. Tu iaces secundū occasionē: & expeditū tibi in pximo facinus ē. Sulpitius. M. Marcel. post cœnæ tps a Magio Cillone familiari eius pugione p̄cussus ē: & duo uulnera accepisse: unū in stomacho: alterq; in capite secundū aurē: hic iuxta significat. Itē quod ab altero secundū est. i. iuxta est: atq; post. Ideo secundū p̄ post accipit: quasi secundo loco. Idem Quin. in gladiatore. Nā q̄ unū mihi secundū patrem fortuna uidebat parasse: præsidū id ego sperare in illa sorte non poterā. Cicer. Proximo autē & secundū deos homines hominibus maxime eē utiles possunt. Idē appellat. L. Anniū: q̄ etat institutus secundum filiā. Liui. li. ix. Hetrusci belli fama exorta est: nec erat ea tēpestare gens alia cuius secundū gallicos tumultus arma terribilio ra essent. Secundum accipitur etiā pro eo quod est pro: ut secundum te litera do: secundum me iudica: secundum se iudicium des uult: id est pro me: pro te: & pro se. Et pro in ut secundum quietem: id est in quiete somni. Secundū autem Platonem: secundum Pythagoram: sensus hic notissimus ē.

De iam: & iam etiam. Capit. lxxxv.

Iam eleganter usurpari solet. Aliq̄do quasi pro tunc: ut Ci. Ipsa uerba cōpone & quasi cōagmenta: quod ne graci qdē factiauerunt: iam neminē antepones Catoni. Quin. Quod

si satis prudenter ea uiderint: iam prope consummata fuerint præcipientis opa. Aliq̄do præterea signifi-
cat: quasi nodus q̄dam inter sententias ut Virgil. lam maris immensi prolem & genus omne natan-
tum. Iam uarias pelagi uolucres. Huiusmodi exempla sūt crebra: Idem efficit iūctū cū uero. Iam uero ur-
bibus cōstitutis: & cætera. Iamiam de futuro palam est qd̄ significet: ut iamiam aderit: & de præsentī
licet ad futurū resoluatur: iam iamq; manu tenet: & premit hasta: quasi nunc nunc tenebit. Nonnunq̄
figurate p̄ indignationem miserationemue accipit: ut idem Vir. Iamiam nec maxima Iuno: Nec Sa-
turnius hæc oculis pater aspicit æquis. Cicero in Verrem: Iamiam Dolobellā neq; metuo: neq; tun-
rum liberorū: quo te aliq̄ inocentem putant: casu miseret. Quin. Iamiam malo uenena feræ subitō
ictus improuīsamq; mortē: q̄ incaustum nō credit torquere non debet: q̄ credit statim debet occide-
re. Et hæc p̄ indignationem. Per miserationem uero Sal. in Iuguthio: Iamiam animo meo carissime fra-
ter: q̄q̄ tibi immaturo: & unde minime decuit: uita erepta est: tamen lætandum magis q̄ dolendum
puto casum tuum. Per exhortationem quoq;: ut apud Quin. Iamiam cōmilito qcunq; casus manet
etiam si te Imperator damnaturus est: habes solatium: satius est q̄ a patre occidi.

De tantisp: paulisp: parumper: aliquantisp: donec & dum. Cap. lxxxvi.

Antisp̄ fere postulat post se dum p̄ donec: siue q̄diu. Nā & donec duobus modis accipi-
tur. Dabo opam uoluptatibus donec moriar. i. usq; ad mortē & dabo opam uoluptatibus
donec uiuo. i. quādiu uiuo. Eiusdem naturæ est dum. Ideoq; in priore sensu amat sub-
iunctiuū in posteriore indicatiuū more donec: ut apud Ciceronē. Deinde est in carcerem
ductus: ut ibi esset tantisp̄: dū culleus ī quē cōiectus deferret: comparatur. Ter. Ego tantisp̄ te dici uolo
meū: dū id quod uolo: facis. Sunt tamen q̄ p̄ tantūmodo accipiāt: sunt q̄ et̄ p̄ interea. Cætera quoq;
sic a p̄ composita: ad t̄pis breuitatem referuntur: parumper: paulisp̄: aliquantisp̄. Sunt qui per im-
peritiam hæc accipiunt pro suis primitiuis: quæ sunt parum: paulum: aliquantulum.

De fere & temere.

Cap. lxxxvii.

Fere significatiōem habet nō omnibus notam: nisi q̄do significat pene: cuius significatio
est. Paululum absfuit: qn̄ ut pene siue fere in manus hostium incidi. i. paulum absfuit: quin
in manibus hostium incidere. Altera significatio est. cum itelligitur aliqua uniuersalitas:
ut Quin. Hæc fere sunt emendatæ loquendi scribendiq; ptes: id est fere omnes: ideoq; illd̄
oēs adiungitur: ut idem. Nam in omnibus fere minus ualent præcepta: q̄ expimenta. Similiter omni
fere tpe de loco similibusq;: ut Fere utor hac ueste in faciēdis sacris: id ē omni fere tpe. Fere romani
orbē subegerunt: id est fere totū orbem. Fere fit ut iuuenes ament: fere ubiq;. Cuius significatiōis i-
periti corruerunt illud Ciceronis de amicitia. Memini illum in eum sermonem incidere: q̄ tum fe-
re multis erat in ore: cū scribendum sit: q̄ cum fere erat in ore. s. fere omnibus. Pro fere accipitur te-
mere apud oēs post Ciceronem natos: ut Quin. Illud ingeniorū uelut præcox genus nō temere unq̄
puenit ad frugem. Sunt enim quædam quæ sequens ac pximum. M. T. sæculum adiungenda existi-
mauit: ut pcul dubio: orbiter p̄ specialiter: tali causa: uel p̄ statim: quotiens p̄ quando. Nam Cicero
fere nunq̄ utitur: nisi addat totiens. Citra p̄ sine: ut tibi plusq; sapiens usus sine doctrina: q̄ citra usum.
doctrina ualeat. Interim p̄ aliq̄do meo nomine: tuo noīe: hoc nomine: p̄ mea: tua: hac causa: siue hoc
respectu: ut ibi minus est quod fiendum meo nomine: q̄ q̄ illius gaudendū est. Et alibi: Age quinim-
mo gratias hoc solo noīe crudelissimis fatis: q̄ maximum facinus nō in prima æui mei parte posue-
runt. Cicero rarissime: ut in Bruto: At uero inq̄ tibi ego Brute non soluam: nisi prius a te cauero am-
plius eo nomine neminem: cuius petitio sit: petitur. Et pro Sylla: an cum tanto imperio tantaq; po-
restate nō dicis fuisse regem nunc priuatum: regnare dicis quo tandem noīe? Sed hoc declinabile ē.
Nunc de indeclinabilibus agimus: qualia & hæc sunt: alioquin: alias nihilominus: super & supra: di-
uersus a Cice. aliquantulum usu: de qua differentia in cōmentariis a me in huius orationes: illius de
clamationes componendis differetur.

De perinde: proinde: subinde: identidem: item unum de respōsiuis. Cap. lxxxviii.

Perinde flagitat post se acsi: uel atq; si: cū significatio eius sit ita: ut Fac p̄de: ac si tua res es-
set: id est quasi. Cum negatione uero et̄ q̄: ut Suetonius de uita Domitiani. Nulla tamē re
perinde motus: q̄ responso casu Aschitarionis mathematici. Quod si non sequat: nec acsi
nec negatio accipit p̄ æque: ut Pli. iunior: Funus Ruffi clarissimi uiri & p̄inde foelicissi-
mi: p̄ ita: id est multū: ut idē Suetoni. de uita Galbæ. Quare aduentus eius nō p̄inde gratus fuit. Pro
ide idem ē quod ideo: uel potius ideoq;. Semp̄ enim dependet a superiore sententia. Quidā quoq; est
Lucretius accipit p̄inde in eā significatiōe: quā dedimus p̄de: ubi p̄inde duas syllabas habere fa-
cit. Subinde accipit p̄inde uel deinde statim: ut. T. L. li. viii. Subinde acceptus a. P. Munitorio Spurius
Oppius. Et Hora. ad Celsū: Si dicet recte primū gaudere subinde Præceptū auriculis hoc istillare me
mēto. Etia p̄ idētidē siue frequēter cū quodā interuallo: ut si iter faciēs: crebro ad comitem respiciā
an me seq̄ posset: dicā subinde respicio. Cic. at̄ diceret idētidē. Nā subinde uti nō solet: ne æq̄les qdē
eius Varro: Salu. Cæsar: licet illi utant̄ nouissime p̄ ultimo: multiq; alii: qd̄ Cice. nō facit. Itidē & itē
significat id qd̄ similiter. Hæc oīa ab inde composita Pr̄is: multiq; alii p̄nunciari uolunt accentu in

SECUNDVS.

ante penultima qualia sunt ut eidē placet: cōposita a q̄do: aliq̄do: si quando: nequando: nunq̄do: Est n. hoc ultimū & ipsum cōpositum. ideoq; p n in tertia littera scribendū: nō p m p eo quod ē num aliq̄do. Est at̄ huius monosyllabæ significatio pene eadē quæ an: subintelligitq; utiq; negationē: ut Num ego te spoliaui: quasi dicat ego nō spoliaui. At quotiens p negationem interrogamus: subintel ligit affirmatio: ut Nō ego te spoliaui: quasi dicat ego te spoliari. Affirmatiua at̄ responsio hæc pro pria est: ut Vidisti me hodie. Si uidi te: respōdere debeo: etiam uel sic: Plinius ad Tacitum: Studes inquam? Respondit etiam. Vbi est? Mediolani. Vulgo autem respondemus ita. Neq; hoc sine aucto ritate. Simo apud Terentium dicenti Dauo: Mihine? respondit ita.

De nunc.

Nunc solet usurpari sine significatiōe t̄pis: ut de diuinatiōe Cice. **Cap. lxxxix.** Quæ q̄dem multo plura euenirent: si ad q̄tem integri iremos. Nunc onusti cibo & uino cōfusa & pturbata cerni mus. Et de oratore. Et si in huiusmodi genere nihil eēt nisi falsum atq; imitatiōe simula tum: maior ars aliqua eēt req̄reda: nunc ego qd dicam? Et in eodē. Nā si ita diceret: & cæ teran: unc uero fateris: & cætera. De bene: male: peius: pessime. **Cap. xc.**

Bene nōnnq; p ualde: ut Cicero Habetis orationē bene lōgā. **Quin.** Cū multa diserte sum misq; clamoribus: quæ neq; ad iudicē: neq; ad litigatorē p̄tinent: decātauerūt: bene sudā res: beneq; comitati p̄ for̄ reducunt. Huic simile qddā habet male: ut comici frequēter. Male mihi timeo p eo qd ē ualde timeo. Ci. in Bruto. Addebat et̄ idq; ad rē p̄tinere crede bat scriptores illos male mulctatos. i. ualde & quasi bene mulctatos: sed in malū ipsoꝝ. Ideoq; nō be ne dixit mulctatos: sed male: neq; id solū in positiuo aduerbio: sed i suplatiuo quoq;: ut pessime mul ctatos: atq; adeo in cōparatiuo: sed frequentius cū uerbo odi: ut idē in philippicis. Quo neminē uete rani peius oderunt: peius quasi magis & ualidius. Idē ad Mariū. Oderā multo peius q̄ illū ipsum Clo diū. Illū n. oppugnerā: hūc defenderā: nec tamē p cōparatiuū cum hoc uerbo. ueꝝ et̄ p positiuū ut Terē. in adelphis: Illud rus nulla alia causa tā male odi: nisi q̄ p̄pe est: tā male p eo quod est tam ualde. Per aliud at̄ uerbum ut Ouid. heroidum Peius adulterio turpis adulter obest.

De sup: supra: intra: infra: subter.

Super & supra lice in eodē loco sedere possint: tamē in hoc plerūq; differunt: q̄ illud cōti guū ē: hoc interecto spacio: ut sedeo sup lapidē magis q̄ supra lapidē. Rursus aq̄la uolat: nel nubes pendet supra nos: magis q̄ super nos. Nō tamē sic semp: ut **Quin.** Nec ulla ē su pra terras adeo rabiosa bælua: cui nō imago sua sancta sit. Et **Liuium** lib. xlyiii. Vbi circa muros supra subterq; terrā p̄ dies. xv. pugnatū. Intra & infra differūt. q̄ intra ad numeꝝ & spaciū re fert: ut intra. xx. dies: & intra muros: nō autem infra. xx. dies: uel infra muros. Infra ad dignitatē & ad locum: ut infra dignitatē meam est: & infra tectum. i. subter tectum. Deniq; intra habet relatiuū ex tra: infra uero supra. Subter quoq; relatiuū habet sup: ideoq; tactum rei fere significat: ut hic urina tor mirifice natat: duratq; sup aquā. De sicut: ita: itaq; & sic. **Cap. xcii.**

Sicut habet nonnūq; uenustatem magnam atq; utilitatem in disponendo: quotiens ante cedētem annectit cum sequenti sententia: ut apud **Quin.** sunt & alia īgenia quidem: quæ adiuuant: uox: latus: patiens laboris: ualitudo: cōstantia: decor: quæ si modica obtigerint: possunt ratione ampliari. Sed nonnūq; ita defunr: ut bona etiam ingenii studiaq; corrū pant: sicut & hæc ipsa sine doctore perito: studio p̄tinaci scribendi: legendi: dicēdi: multa & continua exercitatione p se nihil profunt. **Pli.** lib. xvii. Ferunt **Crassum** auum **Crassi** in p̄this interempti: nunq; risisse: ob id **Agelastum** uocatum: sicut nec fesse multos. **Seruius** grammaticus hac dictione & bene & frequenter utitur: possumus eodem modo quo sicut usurpare duo alia: quemadmodum & quo modo: aut siquid aliud est eiusdem naturæ: habet & aliam naturā sicut: ut non modo res similes co pulet: quod est frequentissimum: sed diuersas quoq; & sæpe contrarias: ut idem **Quin.** Sed hæc elo quendi præcepta: sicut cognitioni sunt necessaria ita non satis ad uim dicendi ualēt: nisi illis quædā facilitas: quæ apud græcos **lexis** nominatur: accesserit: quod licet dicere etiam per ut: & quidem fre quentius ut idem quod ut optimum: ita difficillimum lōge. Sed in tali genere sermonis bonam sibi partem uendicat illud ita de quo hoc etiam addam: q̄ nonnūq; accipitur pro itaq;. Sed hæc differē tia: ut nonnūq; ipium antecedit in eadem sententia altera dicitio. **Cicero** in tuscu. Ita nobilissima ci uitas **Græciæ** & olim potētissima: sepulchrum cuius sui ignorasset: nisi ab homine arpinate didicis set. Possemus per itaq; sic dicere: Itaq; ciuitas: uel ciuitas itaq; eodem modo: quo sic pro sicq;. **Quin.** Vbi de adolescente in opere duro ac uirili se exercente dixisset intulit. Sic effectum est: ut quemad modum aliqui putant: posset cito militare. Accipitur et̄ ita pro ualde: ut **Cicero**: Nec ita multo post edictum **Bruti** assertur & **Cassii**. **Quintil.** Nec res est ista magni t̄pis ac laboris.

De nam & nanq;: nam q; q̄ autem: q; uero.

Nam & nanq; qddam simile habent: quod ita & itaq;. **Quippe** cū nanq; soleat & primū lo cum sortiri: & secundum: aliq̄do et̄ tertium. Nam non solet: sed prima semp est dictionū **Præterea** hoc aliquando accipitur pro at̄ ad distinctionem sentētiæ: ut in **Salu.** **Cicero**: **Cap. xciii.**

Nam q̄ in uxore atq; filiā meam tā petulanter inuectus: idē ualet ac si dixisset: q̄ at in uxore & cū si-
ue q̄ uero: ueluti saepe incipe solemus: ut idē. Quod at scribis qd de exitu belli sentiam: magis consi-
lium petere possum: q̄ ipse aliis dare. Idē de oratore lib. i. Quod uero uiros bonos iure ciuili fieri pu-
tas: q̄a legibus & prēmia prap̄osita sint uirtutibus: & supplicia uitii: equidē putabam uirtutē ho-
minibus si mō tradi ratione possit: instituendo & psuadendo non minus q̄ ui ac metu tradi.

De itez: antehac: posthac: deinceps: rursus.

Cap. xciii.



Tez refertur et ad primam uicē nō tantum ad posteriorē. Nā itez uoco teid est iterata
uicē: usitatum ē. Itēz uocauī te prāter hanc uicē: minus est usitatum. Cice. pro lege mani-
lia. Cum tantum multitudinē cū tanto studio uideamus: quantā nō itēz in eodem homi-
ne prāficiendō uidimus. Antehac & posthac huic similia sūt: hoc ē ante hoc uel post hoc
tempus. Aliq̄do tamen repimus ante illud: uel post illud tēpus. Salu. Sic erat accēsa libidine: ut sapi-
us peteret uiros: q̄ peteret. Sed ea saepe antehac fidē prodiderat: creditum abiuraue: at. Suetonius in
Domitii uita: Pari arrogantia cū procuratorē suoz nomine formalē dictaret epistolā: sic coepit. Do-
minus & deus noster sic iubet fieri. Vnde institutum posthac: ut ne scripto qdē ac sermone cuiusq̄
appellaret. Similiter deinceps accipit pro dehinc & p̄ deinde: atq; et pro gradatim. Cicero in tuscu-
lanis. Omnes q̄ deinceps accubarent: ad liram canerent: & ad Thermum: Sed tamen tres fratres sum
mo loco natos: promptos: nō indifertos te nolo habere iratos: quos uideo deinceps tribunos plēbis
p̄ trienniū fore. Sed redeamus ad itez: quod aliqd nouitatis exhibet: cum dicitur. Iterumq; ad tarda
reueri corpora. Quomodo itez? Nunqd̄ semel antea redierant? Minime. Quid ergo? Aut accipien-
dum est quomodo rursus p̄ cōtrario. Cice. officioz tertio. Neq; me doloribus dedi q̄bus essem con-
fectus: nisi restituissem: nec rursus indignis homine docto uoluptatibus: aut reueri redireq; pro ue-
nire: ut idem de fato. Ad Chryssippi laqueos reuertamur: cū nihil de Chryssippo meminisset. Quin. Si
ueq; est post uetusta sēcula & innumerabiles annos reddi rursus aliis corporibus animas: fortasse i-
me renatus sit aliq; ex illis. Reddi quasi dari. Nā idem hoc uerbum efficeret. Et alibi: Sed ad illos iā
p̄fectis cōstitutisq; uiribus reuertamur quod in cōnis grādibus saepe facimus: ut cū optimis fatiati
sumus: ueritas tamen nobis ex uilioribus grata sit. Nō ait reuertendū ad uiliores libros. q̄si ab his in-
cipiendū sit. Sed cum fatiati fuerimus bonis libris tanq; cibis: postea ad uiliores reuertamur.

De ultro citroq;: huc & illuc: sursum & deorsum: ultro & spōte.

Cap. xciv.



Utro citroq; in factis & i dictis. Quin. in cæco: In limine iuuenis sicut solet ultro citroq;
cōmeare. Cic. vi. de rep. Multisq; uerbis ultro citroq; habitis: ille nobis cōsumptus ē dies.
Cū ergo te alloquor: tunc uerba ultro q̄si ultra eunt cum te alloquentē audio: tūc uerba
citro q̄si citra eunt: sicut pedes cū a loco recedo: tūc ultro eunt: cū redeunt: tūc citro. Nec
elegans eēt huc & illuc cōmeabat: nisi errabundū & incertū iter significes. Quidā tamen sursum & de-
orsū utunt: opinor imitātes Terē. q̄ in eunucho ait: Sex ego te notos Parmeno hos mēses q̄erū red-
dam: ne sursum deorsum cursites. Nescio an de Athenis hoc dictū sit: cuius portus i imo: urbs uero
in editiori loco sita ē. Forte sic loq̄t: deceat p̄ sursum deorsumq;: & si de fortunā mutabilitate dicat
quæ nunc tollit: nunc deprimat. Ultro tamen a spōte sic uidet: ut breuiter dicam differre q̄ ultro est
quasi sine req̄sitione: ut ultro ad te ueni. i. a te nō req̄situs ueni. Sponte ad te ueni: idest meo cōsilio.
Ad res inaitās transferimus: ut multæ arbores sua sponte nascuntur: id est per se.

De & ac: q; cum suis compositis.

Cap. xcvi.



T multifariā solet in usu accipi: cuius cōditionis est q;: & ab eis cōposita negatiua neq;: &
pappocopē nec. Virg. Audieras: & fama fuit. Mart. Quod mīmis cernis mitti nos credis
amice: Falleris: & nūmos ista tabella rogat. Quin. Has primū audiet puer: hanc uerba ef-
fingere imitando conabit. & natura tenacissimi sumus: eorūq; rudibus annis p̄cepimus:
& p̄ q̄a accipiendū est. Ouid. in fastis: Nihil aliud Vestā: q̄ puram intellige flāmam. Nataq; de flāma
corpora nulla uides: quæ p̄ q̄a siue nanq; Similiter Cice. Nō solum nobis nati sumus: ortusq; nostri
ptem sibi patriā uendicat: p̄tem amici. Duplicant̄ interdum hæ coniunctiones: sed in rebus diuersis
uenustius: ut te admirant̄ & ciues: & hospites. Virgil. O q̄ res hominumq; deumq;. i. o qui res & ho-
minum: & deoz. Salustius in iugurthino: Seq; uobisq; dignum ē. i. & se: & uobis dignum ē. Rarum
tamen in p̄sa: in carmine uero frequentius. Quin. Nihil ociosum pati: quodq; in inuentiōe: quodq; i
elocutione annotādum erit. Quare de nec & de neq;: & de siue similibusq; quotiēs geminant̄: cum
facilia inuētū sint: omitto exempla. Et quoq; inuētū sententiāz cōpetit: ut idē libro primo. Et finitā
qdē sunt p̄es duæ quas hæc p̄fessio polliceat. Eiusdem naturæ est ac & atq;. Ci. Ac si uolumus eius
rei quæ uocat̄ eloquētia: siue artis: siue studii: siue exercitationis cuiusdā natura p̄fectā considerare
principiū: & cætera. Idē atq; cæteri impatores: q̄ de illo triumphauerunt: & cætera. Interdum etiā &
affectui seruit: ut idem p̄ Milone: Et sunt q̄ de uia apia loquantur: taceant de curia. Et in philip. Et
ad eum legatos de pace mittemus: qui pacis nuncios repudiauerit. Idem: Et postea miramur quare
molestē ferat p̄. Ro. Interdum neq; copulam: neq; affectum significat: ut si hoc modo loquar: Su-
perauī eum in palæstra: & est tā uastus: & sum tam pusillus. Ut idē de senec. Defendi legem uoconia

iuuēli
in tam
patre
id sine
pla &
nitio
eū corp
rificut
uersus
Idem in
culum
Simili
omnes
necinn
lum ge
uis: & b
resolui
bi licen
accipiu
neq; ue



Et ite
bus m
moder
& ute
ridet
uideo
nihil
be. In
& mut
post lo
te. Cice



pus triu
dam cal
cut sole
diction
fule die
cer. Pru
Laure

uno Cice
eo magis

TERTIVS

iuuenili uoce atq; lateribus: & sum ita senex. Interdum et tali modo defedi fortissime illa legem: & hoc in tam puecta etate: uel p q; siue p atq; sic idq; in tam puecta etate: repudiaui uxore: idq; auctore patre eius: uel atq; ita auctore patre eius. Item p negationem: Duxi Paulam uxore: neq; hoc: uel neq; id sine prudentiu hominum auctoritate: uel nec id sine consilio: uel hoc non sine consilio. Quae exempla & mihi relatu longiora sunt: & legentibus: ut supra dixi: faciliora inuentu. Illud non indiget admonitione: quae p & quoq; et p debere accipi: ut alterq; quasi membra cum membris: alterq; quasi corpora cum corporibus copulet: aliter absurdum esset. Hoc admonendum est: & p etiam apud Cice. nusquam reperitur: sicut in caeteris illo posterioribus: ut a Virg. incipiamus: ut Natus & ipsa dea. Quin. tamen siquid aduersus te ipse commisit adolescens: sit hostis & meus. Cice. dixisset sit hostis et meus: uel meus quoq;. Idem inquit quod inter oes constat: nisi inter eos: qui ipsi quoq; insaniant: insanissimum. Quin. i. scilicet ab illo proximum dixisset cum illo modo tum etiam sic: nisi inter eos: qui ipsi quoq; insaniant. Simili ratione de nec p nec etiam: ut idem pro solui gratia non potest nec malo patri. Cice. & superiores omnes tantum dixisset pro solui gratia non potest nec malo quidem patri. Interdum miscemus: & atq; nec: nunc ab hoc: nunc ab illo principium sumentes: ut & pacem respicis: nec bellum geris: uel nec bellum geris: & tamen respicis pacem. Vel sic: & pacem non uis: nec tamen bellum geris: uel & pacem non uis: & bellum gerere non potes. Nam in nec siue in neq; de utroq; enim loquor: inclusa est & uel quae resolui potest: & ubi est nec uel neq; id resolui p & non: uel quae non: Poetae etiam maiorem in his sibi licentiam permittunt. Nec & neq; sequente enim aut uero p simplici: non pro composita negatione accipiuntur: siquidem idem est nec enim siue neq; enim quod non. n. nisi ita resoluimus non & enim neq; uero dicit quod non uero: si modo non uero dicere licet.

De uicissim: inuicem: mutuo.

Cap. xcvi.

Vicissim non memor sum usque esse apud Cicerone ac Quin. & fere maximos quosque auctores: nisi p secundo loco: siue ediuerso uel e contrario. Vir. tamen semel neq; id apte uideretur usus p inuicem & mutuo. Quid possit uterque uicissim. Expiamur: quod imitatus est Sueto. & alii plures. Cice. semper quod ego quidem sciam sic: id acciperet ab alio: uicissimque redderet. Et iterum. Sed ego admiratione quadam uirtutis eius: ille uicissim opinione fortasse nonnulla qua de moribus meis habebat: me dilexit. idem Quin. apud quem & caeteros illius aetatis non modo inuicem tali modo usurpat quale est in declamationibus inuicem sustinentes: inuicem innixi. i. alter alterque sustinet & uterque alteri innitens: sed et in sensu: cuius est uicissim: ut in lib. decimo. Tam contumeliosos in se ridet inuicem eloquentia: & q; stultis uideri eruditi uolunt: stulti eruditis uidentur. Et iterum: Neq; n. uideo quae iustior: acq; ratio: q; ex honestissimo labore: & ab his de quibus optime meruerunt: q; si nihil in luce praestent: indigni fuerunt defensione. Pli. posterior: Habes urbanas. inuicem rusticas scribe. In eadem significatione est mutuo: de quo modo attingi non solum in hac qualis est inuicem se amat & mutuo se amat: & mutuus amor: sed in ea de qua disputauimus. Idem Quintilianus in eodem statim post loco. Ac ne tanquam pauper quidem mercedem accipiet: sed mutua beniuolentia utetur. i. respondente. Cicerone: Fac me mutuo diligas: hoc est fac mihi in amore respondeas.

De scilicet & uidelicet.

Cap. xcvi.

Scilicet & uidelicet uidentur significare id quod certe: sed usum suum habet & praecipuum per amaritudinem quandam cum derisu permixtam: ut apud Virgilium: Scilicet his fuperis labor est. Et apud Terentium: Id populus curat scilicet. Et apud Quintilianum: Hoc uidelicet expectasti: ut ne captiosum esset officio tuo: maturius redisset: ex industria tempus triuisti. Nonnunquam sine hac acerbitate & interrogatione. Idem alibi. Sed e uidelicet ultima quaedam calamitatum rabies: & nouissime in furorem uota ipsa uertuntur. Nonnunquam post relatiuum sic ut solet poni quidem. Nonnunquam & ante uel sine relatiuo. Et hi sunt fere modi utendi his duabus dictionibus apud doctissimos: apud quos uix reperias uulgo usitatissimum modum: cum ea quae confuse dicta sunt: per singula postea exponimus quale esset. Quattuor sunt uirtutes: scilicet & uidelicet. Prudentia: iustitia: Fortitudo. Modestia.

Laurentii Vallenensis de lingua latina benemerentis elegantiae liber tertius. Et primo praemium.

Elegi proxime quinquaginta digestorum libros ex plerisque iurisperitorum uoluminibus exceptos: & relege cum libenter: tum uero quadam cum admiratione: primum quod nescias utrum diligentia ne an grauitas. prudentia an aequitas: scientia regum an orationis dignitas praestet: & maiori laudi danda esse uideatur. Deinde quod haec ipsa ita in uno quoque illorum omnia sunt egregia & perfecta: ut uehementer dubites quae cui praefendum putes. Cui simile quiddam: ut de ultima tantum parte: quae ad nos pertinet: dicam. In epistolis Ciceronis admirari solebam: quae cum a pluribus scribantur: oes tamen ab uno eodemque audacius dixerim. Si personas sustuleris: ab uno Cicerone scriptae uidentur. Ita uerba ac sententiae characterque ipse dicendi ubique sui est similis. Quod eo magis in iurisperitis est admirandum: quod illi eadem aetate cuncti extiterunt in eodem quasi ludo ac

LIBER

schola instituta: hi uero inter se et saeculis distant: licet oēs post Ciceronem. Ideoq; quibusdam in uerbis ab eo differētēs: quales oēs usq; a Virgilio atq; a Liuiio fuerunt. Nam Seruīi Sulpitii ac Mutii Scaeuolae nil extat: sed alterius Mutii recentioris. Et prisci illi quidem iuriscōsulti. quales quanticq; in eloquendo fuerint: iudicare nō possumus: quippe quoq; nihil legimus. Hic atq; inter manus uersatur: nihil est mea sententia: quod addi uel adimi posse uideatur: non tam eloquentia: q̄ q̄dem materia illa nō magnope patitur: q̄ latinitatis atq; elegantia: sine qua oīs cæca doctrina est & illiberalis: praefertim in iure ciuili. Vt. n. Quint. inq;: Omnes ius aut in uerboꝝ interpretatione positum est: aut i aequi paruiq; discrimine. Et quantum momenti in uerboꝝ interpretatione sit: ipsi iuriscōsultoz libri maxime testantur: in hac praecipue laborantes. Vtinam integri forent: ut certe isti non forent: q̄ in locum illum et Iustiniano uetante successerunt. Nota sunt eoz & nimis nota noīa: ut supuacuum sit ea p̄ me recenserit: q̄ uix q̄ntam p̄tem iuris ciuilis itelligunt: & ob imperitia suae uelamentū: aiunt non posse doctos euadere in iure ciuili facundia studiosos: quasi iuriscōsulti illi aut rustice locuti sint. i. istoz more aut huic scientia nō plane satisfecerit. Quid de illis loquor? Ego mediocri ingenio & mediocri litteratura praeditus p̄fiteor me oēs q̄ ius ciuile interpretantur: ipsoꝝ scientiam edoctuz. Quod si Cice. ait sibi homini uehementer occupato: si stomachum moueant: triduo se iuriscōsultum fore: nonne & ipse audebo dicere si iurispiti nolo dicere: iuris imperiti stomachum mihi moueant: aut etiam sine stomacho me glosas in digesta trienio conscriptuz lōge utiliores accursianis? Meretur. n. merentur summi illi uiri nancisci aliquē: q̄ eos uere riteq; exponat: uel certe a male interpretantibus: & gotthice potius q̄ latine defendat. Gotthi isti qd ni & uandali existimādi sūt. Nam postq̄ hae gentes semel iterumq; Italiae influentes: Romam coeperunt ut imperium eoz: ita linguam quoq; quemadmodum aliq; putant: accepimus: & plurimi forsā ex illis oriundi sumus. Arguimeto sunt codices gotthice scripti: quae magna uultitudo est. Quae gens si scripturam Ro. deprauare potuit: qd de lingua praefertim relicta sobole putandum est? Vnde post illoꝝ aduetum primū alterumq; oēs scriptores nequaq; facundi: ideoq; prioribus multo inferiores fuerunt. En quo litteratura Romana recidit? Veteres admiscebant linguā suae graecam: isti admiscunt gotthicam. Neq; uero haec dico: ut iuris studiosos carpam: immo ut adhorter potius: psuadeamq; sine studiis humanitatis non posse q̄ cupiunt assequi facultatem: malintq; iuriscōsultoz: q̄ leguleoz similes esse. Nam ut uirgiliano uersu utar: O fortunatos nimium bona si sua norit Agricolas. Ita ego appellē iuri operam dantes fortunatos: si norint sua bona. Quae. n. disciplina. s. quae publice legitur: tam ornata: atq; ut sic dicam: aurea: ut ius ciuile? An ut hic incipiam ius pontificium: quod canonicum uocant: qd ex maxima parte gotthicum est? An philosophoz libri: q̄ ne a gotthis qdem aut in uadalis itelligerentur: quos ego ob hoc maxime errare: q̄ loquendi facultate caruerunt: in libris meis de dialectica ostendo: quos iam edidissē: nisi amici me hos potius edere coegissent? An gramaticoz quoq; propositum uideretur fuisse: ut linguam latinam dedocerem? An deniq; rhetoricoz: q̄ ad hanc usq; aetate plurimi circumferebantur: nihil aliud docētes: nisi gotthice dicere? Vna superat iuris ciuilis scientia adhuc inuolata & facta: & quasi tarpeia arx urbe direpta. Hanc et isti gotthi: non galli p̄ specie amicitiae polluere atq; euertere tentauerunt euertereq; p̄gunt. Hanc ipse quātum in me erit: ut. M. Manilius p̄tegam: imo omnes q̄ hoc nomen p̄fitentur: p̄tegere debent. Quod si fecerit: ut spero & oportet: nō legulei: sed iuriscōsulti euadent. Quod ad meum autem hoc opus attinet: nō fraudabo iuris conditores debita laude. Tantum igitur deberi puto huius facultatis libris: quantum illis olim: q̄ capitolium ab armis gallorum atq; insidiis defenderunt: p̄ quos factum est: ut nō modo tota urbs nō amitteretur uerum etiam ut tota restitui posset: ita p̄ quortidianam lectionem digestorum & semp̄ aliqua ex parte incolumis atq; in homine fuit lingua Ro. & breui suam dignitatem atq; amplitudine recuperabit. Sed ad reliquā pergamus.



De tanti & quanti cum suis compositis. deq; pluris & minoris. Cap. xcix.

ATq; ut ab eo potissimū icipiā: quod nec ab aliquo q̄ sciam: traditū & traditu dignissimū est: duo tanti & quanti cōpositaq; ab eis tantidem: q̄ triliber: & q̄ tuncq; totidēq; compositiua pluris & minoris: praeterea nulla alia nec cōpatiua: nec noīa: nec dictiōes queunt in genitiuo casu adiungi his uerbis emo: uenundo: ueneo: mercor: cōparo: aestimo: taxo: liceor: addico: distrahor: metior p̄ aestimo: cōstat: cōduco: loco: sceneror: paciscor: p̄ago pepigi: cōdemno: postulo: & siqua sunt alia similis hoz significationis. Neq; n. audiuius dici unq; uendidit hic patriam auri ut Achilles uendidit corpus Hectoris auri: Priamusq; illud redemit magni pōderis auri. Sed p̄ ablatiuum sic: Vendidit hic auro patriā: & Exanimūq; auro corpus uendebat Achilles. Hæc Vir. Vale. quoq; lib. v. Magno ubiq; precio uirtus aestimat. Quāti uero & tāti cæteraq; ut dixi: genitiuum nō mutat: ut Terē. in eunucho: Quid agas: nisi ut te redimas captū: q̄ queas minimo: & si nequeas paulo: at q̄ti queas. i. tanti te redimas q̄ti queas. Cur nō dixit quanto: ut cōgrueret cum illis minimo & paulo aut minimi & pauxilli: ut cōgrueret cū hoc q̄ti? Nisi qa tanti & quāti mutare non licet: & ab eis quae dixi composita. Quint. In pastu cadauerum. Hoc unum superat: ut deuectum tantidē uēdetes. Et in Verrem Cicero. aiebat: Te tantidem aestimasse: quanti sacerdotem. Iuena. Quanticunq;

domus con
empra Cu
nora annis
tano pluri
queamus
Quanti
nummum
i. numm
diuerso. ut
bum hære
existimare
& minori
tuis: quae
riue q̄ tu. S
Cur deniq;
tur: forma
ablatiuum
dūq; erit q
bi deditus
p̄ccio mi
sic expone
paratiuum
ita expon
tur: sed sic



um: nec
nomina
sua inter
cuia est
nihil inter
mini hic f
bo neutri
illius: certe
pronomi
uerfos casu
si sic dicas



alia. Tanti
xime refer
hæc nomi
parui facie
guntur: ut



rio satis eē
quod dicit
sine casibus
quoq; p̄ter
tus mille h

TER TIVS

domus constet. Idem quod ad prædicta comparatiua pertinet. Balnea sexcentis & pluris porticibus
empta Cur non dixit pluri: ut copularet coniunctio eisdem casus. Titus Liui. li. xlviii. Mancipia mi
nora annis. xx. quæ post proximum lustrum decem milibus æris: aut pluris uenissent. Ea quoque decem
tanto pluris: quanti essent: æstimarentur: adeo ut interroganti per eundem sæpe casum respondere ne
queamus: ut Plautus in Epidico: Quanti eam emit? Vili. Quot minis? Quadraginta minis. Horati.
Quanti emptæ? Paruo. Quanti ergo? Obtusibus heu. Nam illud apud Cic. Quanti addictus? Mille
nummum. Non est illud mille genitiui: sed ablatiui casus: ut mox docebo: quasi millerario nummū
i. nummorum. Et hæc quidem interrogatio est per genitiuum: responsio per ablatiuum. Aliquando e
diuerso. ut emitisti ne decem minis istum equum: imo pluris. Aliquando hi duo casus iuxta idem uer
bum hærent: ut emitisti istum equum decem minis an pluris? Quod si aduerbia forent: ut nonnulli
existimare solent: cur potius dictum est, tanti & quanti: pluris & minoris: non tanto & quanto: pluri
& minori: cum huiusmodi uerba utique ablatiuum desiderent? Cur non idem fit in cæteris compara
tiuis: quæ palam aduerbiantur. Non enim dicimus emi equum uilioris cariorisue quæ tu: cariori uilio
riue quæ tu. Sed uilior quæ tu aut carior. Neque uendidi melioris ædes peiorisue quæ tu: sed melius peiusue.
Cur denique quod non minus mirandum est: hæc ipsa quæ nominauimus: quotiens substantiuis maritan
tur: formam naturalem & legem uerborum custodiunt? Excepto tantidem: quæ est substantiuum: quod
ablatiuum datiuumque non agnoscit tantodem: solasque has uoces habet: tantundem & tantidē. Dicen
dumque erit quanta pecunia istum equum emitisti: sicut quot minis? Iuue. Quæto metiris precio quæ ni tibi
deditus essem. Deuotusque cliens uxor tibi uirgo maneret. Liu. li. xxii. Hic miles magis placuit cum
precio minore redimendi captiuos copia fieret. Itaque genitiuos illos tanti emi equum quanti potui
sic exponere non possumus: tanti precii & quanti precii. Sed hic tanto precio quanto potui. Et per com
paratiuum: ut illud Ciceronis: Non pluris uendo quæ alii: fortasse etiam minoris: cum aliquem doces non
ita exponas pluris. i. precii: & minoris: id est precii. Nam huiusmodi expositio fecit ut plerique fallerentur:
sed sic pluris: id est pluri precio: minoris: id est minori summa.

De mea: tua: sua: cuius.

Cap. c.

Non tantum in his causis quas ostendi nonnullum aliter respondemus: quæ quomodo interrogati
sumus: sed et in tribus illis pronominibus de quibus proximo libro disputauimus tam primitiuis
quæ deriuatiuis: quoque diuersam coniciamus esse naturam: & præter hæc unum cuius cuius
cuius: quod a ueteribus non inter nomina: sed inter pronomina numerabatur: ut meus mea me
um: nec grati relatiuum unde hoc nomen descendit: inter nomina sed inter articulos collocat: & nos per
nomina quædam articularia solemus appellare. Ideoque ut dicimus mea est: sua est: tua est: & mea tua
sua interest: ita cuius est & cuius interest. Plautus in Epidico. Ego illum conueniam: atque adducam ad te:
cuius est fidicina. Cic. per murena. Ea cædes potissimum crimini datur ei cuius interfuit: non ei cuius
nihil interfuit. Igitur interroganti cuius hominis est hoc opus: respondebimus meum non mei. Cuius do
mini hic fundus: tuus aut suus: non tui aut sui. Rursum meum ne fundum possides an tuum? Responde
bo neutrius uel illius. Interrogamus adhuc: respondeamusque per uarios casus. Meum ne prædium est an
illius: certe non tuum. Similiter de cuius: ad quod nunquam respondeas per eundem casum: nisi in tribus
pronominibus deriuatiuis: ut cuius pecus: respondeas meum uel illius. Interrogatur etiam per di
uersos casus: ut cuius pecus: tuum ne an Melibœi? Sed per talem dictionem nunquam respondetur: nisi
si sic dicas. Est cuius est: uel est cuius esse debet: & siquid est simile.

De Tanti & quanti: magni parui.

Cap. ci.

Adem tanti & quanti positiua quoque duo magni & parui sola in genitiuo iunguntur cum illis
geminis uerbis interest & refert: cætera autem uel aduerbialiter: uel in uoce nominatiui siue
accusatiui: & in primis horum compatiua suplatiuamque magis & minus: maxime & minime:
atque horum germana: multum: plus: plurimum: parum: paulum: paucillum: nihil: aliquid: & siqua sunt
alia. Tanti interest: quanti interest: magni refert: parui refert: ac multum refert: plurimum interest: ma
xime refert: magis refert: paulum refert: minus refert: parum refert. Quin et non quomodo quattuor
hæc nomina id naturam habent cum his duobus uerbis: uerum et cum multis aliis: ut magni æstimo:
parui facio: parui pendo: quantifacis: tantifacio. Sed cum huiusmodi uerbis nonnullum alia nomina iun
guntur: ut plurima æstimo.

De mille & millia.

Cap. cii.

Tantum ut promissum exoluam: illud Ciceronis mille nummum singularis numeri esse: tum exem
plo eiusdem: tum præcepto. M. Varronis comprobabo in philippicis. inuentus est: quæ L. Anto
nio mille nummum refert expensum. Et per Milone: in quibus per insanas istas instructiones
facile mille hominum uersabat. Qualia exempla plura repeterem: nisi Varronis præcep
tio satis esset: quæ in libris de analogia inquit. Cum primum est ad mille quartum: assumit singulare neutrum
quod dicitur hoc mille denarium a quo multitudinis fit milia denarium. Et paulopost: Ut sic utrumque
sine casibus uocis dicemus: ut hoc mille huius mille: ita hoc decies huius decies. Hæc hæcenus. Illud
quoque propter hoc addamus: mille hominum dici: milia uero homines non dici. Cuius rei causa est: quæ proprie dici
mus mille homines: ut centum homines: milia hominum aut centenaria: uel turba hominum: hoc

substantiuum est: illud uero adiectiuum. Itaque non licet dicere milia hoies: quia duo substantiua non cohaerent sine copula. Neque in his ullus certus inesset sensus. Mille hominum dicere: quia mille substantiua: ut multum hominum pro multi hoies: ita mille hominum pro mille homines: idem erit quod multum hominum: si milia singulare haberet: quia non habet nisi pro miliario: quod constat ex mille passibus: uel pro feminis genere. Vel more Varronis: quia dicimus hoc mille: uel quia ut maxime reor: nec adiectiuum plane: nec substantiuum est: sicut hic & haec & hoc: iste: ista: istud: & non nulla alia pronomia. Nam caetera adiectiua non patiuntur sibi ita adherere adiectiua: ut pronomia. Dicimus enim hic robustus messor: ista robusta mulier. Nec dicimus antiquus robustus messor: antiqua robusta mulier. At nomina numero sunt his pronominibus similia: ut centum aureae paterae: mille armatae naues. Ergo latine dicitur mille ex hominibus: sicut dicitur isti ex illis: quae locutio idem est quod mille hominum. Caetera nomina numeralia siue substantiua: siue adiectiua sunt: inter se iungi recusant: quia nec duo substantiua: nec duo adiectiua sola esse possunt: ut duo centum: tria mille: cum praesertim sint sua propria nomina: ut ducenta: trecenta. Et supra mille & milia: quod plane substantiuum est. Ideoque dicimus mille hominum duo milia hominum: non duo mille: tria milia: quattuor milia hoies: & deinceps. Nec ut dixi: tria aut quattuor mille: sed bis mille: ter mille: ut bis centum: ter centum: non duo centum: tria centum: aut ut aliqui docti loquuntur: ducentum: tercentum. Vir. Tercentum niuei tudent dumeta iuueni. Et alibi. Hic iam tercentum totos regnabit annos. Repimus tamen apud ecclesiasticos saepe hoc modo dici: quale est. Debebat decem milia talenta: & xii. milia signati: quod defendi non potest: nisi resoluas sic: signati duodecim milia talenta decem milia: quasi dicat numero duodecim milia: & numero decem milia: ut subite ligata entia decem milia. Signati entes. xii. milia: nisi interponas substantiuum sic. Signati erant duodecim milia quod in altero exemplo fieri nequit: quo certe modo ipse non loqueretur: sed potius duodecim milia signati: aut duodecim milia signatorum: & decem milia talentorum: & duodecim milia dracmarum argenti. Cuius erroris: si error est: causa ut opinio mea fert: hinc fluxit: quod saepe legimus decem milia pondus argenti: quasi illud pondus sit nominatiui aut accusatiui casus: & non genitiui. Saepe decem milia quingenti pedites: non peditem. Ita cum numerus posterior defuerit: putat recte dici posse decem milia pedites: quod falsum est. Nam cum dicimus decem milia quingenti pedites: sic intelligimus decem milia peditem & quingenti. Quo saepe modo loquuntur: nec aliter loqui possumus. Atque ut nunc ad hoc quingenti subintelligimus pedites: ita ad illum milia subintelligitur peditem. Quale est in superioribus exemplis decem milia & ducenti signati: uel duodecim milia signatorum & ducenti: & ita in caeteris. Rarius autem reperitur mille pro milia. Nam illud quocumque te angariauerit mille passus: uade cum illo alia duo: subintelligitur milia passuum. Alioquin dixisset alios duos: non alia: uel potius bis mille.

De numeralibus.

T quonia de numeris incepimus de ipsis aliqua dicere persequamur. Et primum hoc admonemus in quo plerique fallunt: treceni scribendum esse non triceni cum significat trecentarium numerum: quod syncopatum est: sicut caetera. Dicimus ducenti pro ducenteni: triceni pro treceni: quadringeni: quingeni: sexcenti: septingeni: octingeni: nongeni: uel nonigenti: pro quadringenti: quingenti: sexcenteni: septingenti. octingenti: nongenti. uel noningenti. Centeni autem & mille non syncopant: quia non sunt plerumque dictiones: sicut superiores. Triceni autem caret syncopa: sed immutauit g in c: sicut uiceni pro uigenti: & triceni pro trigeni. Est enim simillimae uocis c & g: quae admodum d & t: pro quod dicimus quadringenti pro quatracenti: in quo nomie & t in d: & c in g mutatum est. Atque quoniam dixi quosdam falli similitudine uocum: recensemus haec ipsa infra centum: ut supra centum fecimus. Dicimus igitur singuli: bini: terni: quaterni: quini: seni: septeni: octeni: noueni: deni: undeni: duodeni: ternideni: quaternideni: quindeni: senideni: uel deniquateni: deniquini: deniseni: deni septeni: deniocteni: deninoueni: uiceni: uiceni singuli: uicenibini: uiceni terni: uel ut postea ostendemus singuli & uiceni: bini & uiceni: terni & uiceni: & ita deinceps: tum treceni: quadrageni: quinquageni: sexageni: septuageni: octogeni & non octuageni. Octoginta enim dicimus non octuaginta nanageni non nouageni. deinde centeni. Ideoque autem haec nomina in plurali protuli: quia in prosa scibentes fere plurali utuntur: in carmine frequentes et singulari. Ei singularem quod est horum hominum numerum non prosa oratione scribendum ait Priscianus esse: sed poetarum. Ut Virgi. Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis. Verum tamen non tantum poetarum uideo esse: sed nonnunquam etiam aliorum: ut Pli. lib. xvii. Traduces gallica cultra binis utrinque lateribus: si pars quadragenis distent spacio quaternis uiceno inter se obuii miscentur. Et in. xxy. Altera maior foliis late modo inclusa quoque: quia septeni est. Et in. xxvi. Prodigiosa sunt quae circa hoc tradit Theophrastus auctor: alioqui grauis septuageno coitu durare libidinem tactu herbae: cuius nomen speciemque non posuit: septuageno: id est septuaginta coitibus pro singulas noctes: Nam ita haec nomina exponuntur: ut creabantur olim bini consules: id est pro singulos annos. Utuntur ergo oratores legitima significatione horum uominum: binius enim siue bini significat singulis duo: ternus siue terni singulis tres: quaternus siue quaterni singulis quattuor. At poetarum non ita. Septenus enim gurgis non est singulis septeni: sed tantum septeni uni flumini Niso. Nec in singulari modo significatione haec abutuntur: uerum etiam in plurali: ut idem. Per duodena regit mundi sol aure

TERTIVS

as astra, duodena astra pro duodecim astra. Ad hæc septeno Priscianus exponit septenario: quod mihi non placet: cum inauditum sit flumen aliquod habere septenarium alueum: & fontem edere septenarium riuum. Siquidem hæc nomina numerum aliarum rerum quæ non nominantur: indicant non multiplicationem sui ipsorum: ut lapis centenarius: non quod sit centuplus lapis: sed centum librarum: homo centenarius: non quod sit centum geminus: sed quod habeat centum annos: grex centenarius: non quod sint centum greges: sed grex centum capitum. Rursum non dicimus centenariam librâ sed centuplam non centenarium annum: sed centuplum annorum. tamen dicimus centenarium: septenarium: duodenarium numerum. Siquis est numerus: omnia complectitur: est centenarius siue decenarius: siue alius quouis numerus cæterarum rerum: librarum: annorum similiuq;. Ideo recte dicimus centenarium numerum annorum ingressus est: non autem centenarium annum: & millenarium numerum pondo portat: non autem millenaria pondo. Potuisset igitur Priscianus commodius exponere septeno gurgite: pro septenarii numeri gurgite: Qua expositione uti solemus in illis numerabilibus: quæ ultimum numeri eius significant: decimus: undecimus: centesimus: millesimus. i. qui ultimus est ex decem: ex undecim: ex centum: ex mille. Aliquando sic. Hoc aurum attulit centesimum: illud sexagesimum: tuum uero trigesimum fructum. i. centenarii numeri: sexagenarii: tricenarii: uel centuplum: sexagintuplum: tricentuplum. Pli. xviii. li. Admiscetur huic far: ut mitiget amaritudinẽ eius: & tamen sic quoq; ingratißimum est neutri nascitur qualicunq; solo cum centesimo grano: ipsumq; pro letamine est. Non ultimum granum e centenario numero intellexit: sed grana centenarii numeri: siue granum centuplum siue centenum: eo modo quo antea dixit uice no. Hac etiam rone appellata quadragesima: quod quadragesima dies contineat: quo uocabulo eloquentissimi christianorũ utuntur quidam et quinquagesima: sexagesima: & septuagesima. Atq; ut ad rem redeam: utimur superioribus illis nominibus crebrius in plurali numero: singuli: bini: terni. Trium igitur cum habeat singularem numerum: apparet non esse naturæ istorũ: quinimmo nõ memini comperisse me illud in plurali: licet & singulare prarum sit: ut trinum nundinum. Promulgari, n. debebat antiquitus rogatio apud romanos trino nundino: ut opinor. s. nundino: quod aut tribus in locis uno die: aut tribus diebus uno in loco celebrabatur: ut trimus trium annorũ: ita trimus trium diez aut trium locorũ. Priscianus ait triundinum p triundinaz: Ciceronis exemplo p Cornelio primo. Ex promulgatione triundinum dis ad ferendum potestasq; uenisset. Quod si ita esset: a tris compositum esset: non a trium: ut ait Priscianus. sicut trinoctium. Sed forsã p appocopam dicimus trinundinum p trium nundinum: aut plane trinum nundinum. Quin. li. ii. Siue nõ trino forte nundino promulgata: siue non idoneo die: siue ue contra intercessionem uel auspicia: aliudue quod legibus obstat: dicitur lata eẽ uel ferri. T. Liui. lib. iiii. Postq; uero comitia decemuiris creandis in trinum nundinum indicta sunt. Idẽ lib. v. nisi editioni menda inest: ait. Antea trina loca cum contentione summa patricios explere solitos: nunc iam octo iuges ad impia obtinenda ire. Donatus tamen hoc nomine utitur & discipulus eius non tamẽ magistro indoctor Hieronymus: cum alibi: tum ad Marcellam & trinã negotiationem: tria postea confessione deleuit. i. triplici. Cæteri quoq; eodem nomine utuntur: unde dicta est trinitas trium personaz una diuinitas. Serui. super illud Virgilianum. Terna arma mouenda ait figura poetica. Nam trina debuit dicere. Arma. n. sunt tantum numeri pluralis. Sed hæc ratio Seruii quod sit efficax: ipse uiderit qui uult hoc nomen aptum esse nominibus numeri pluralis: quod etiam reperimus coniunctum cum nominibus singularem numerum habentibus. Et quid præterea dixisset: si apud Virgili. foret quaterna arma: nunquid legendum esset quatrina? Verum non est trinum de numeo eorum de quibus disputauimus: quorum singularem non frequentari ab oratoribus diximus: sed a poetis & quidem improprie: etiam nonnunq; improprie pluralem: quod aliquando ipsi quoq; oratores faciunt: sed necessitate in his nominibus: quæ singulari carent: ut codicilli: licet Iustinianus utatur: ut liberi & pugillares: ut uuptiæ: ut arma: castra: aut si non carent: suntq; diuersi generis: ut nundinum & nundina: delitium & delitiæ: uel diuersæ significationis: ut hæc ædes: hæc hædes: uel diuersi & generis & significati: ut epulum: & epulæ. Necessarium est autem dicere binos codicillos & ternos & quater-nos: non duos: tres quatuor: ratione dictate. Quid. n. si de diuersis codicillis dicendum mihi sit: quomodo dicam? Duos codicillos scripsit pater unum ad me: alterum ad uxorem. Illud unũ & illud alterum ad quod refertur: ad codicillum: quod non reperitur? Dicendum est ergo unos: quod si unos: ergo & binos dicendum erit. quod & Ciceronis exemplo liquebit. Duplices similitudines esse debent unaz rez: alterum uerborũ. Quod si dixisset duplex similitudo: subiũxisset: una rez: altera uerborũ. Verz quia in plurali locutus est: non putauit alteri numero locũ esse oportere. Dicamus ergo binos codicillos: non duos. Rursum duo testamenta: non bina: de cuius naturæ nominibus quibuidã noiam faciamus mentionem: si tamen illud admonuerimus ex p̄dictis colligi utroq; modo posse dici Relinquo filiis meis testamento singulis: siue cuiq; si multi siue utriq; si duo fuerint: dena prædiaz uel singulis: siue utriq; decem prædiaz: cum ego & fratres mei ex bonis paternis habuerimus singuli siue unusquisq; siue uterq; singula prædiaz: uel singuli: siue unusquisq; sine uterq; unum prædium. Quæ etiam uno loco coniunxit Cicero in paradoxis: Capit ille ex suis prædiis sexceta sestertia: ego

centena ex meis. Non dixit aut sexcenta & ceterum: aut sexcenta & centena: quæ tamen diuersa sunt: intelligamus ab illo sexcenta capi uno anno: non singulis annis. Ego tamen puto scribendum esse sexcenta & non sexcenta. Multa hic & multifaria uitiose dicta repetere liceret: Sed uereor tantos uiros carpere: unde tantummodo dixerim ex.iii.lib.Regum: Septena rætiacula in capitello uno: & septena rætiacula in capitello altero: Cum dicendum esset Septem in uno: & septem in altero: aut septena in singulis: aut septena in utroque. Et si fuissent plura duobus: Septem in unoquoque. Eius conditionis est illud in eodem libro: Quod abscondiderim de prophetis domini ceterum uiros: quinquagenos & quinquagenos in speluncis: hoc modo non recte dicitur: sed eo modo quo paulo ante dictum erat. Tulit ille ceterum prophetas: & abscondit eos quinquagenos in speluncis: id est in singulis speluncis quinquaginta. Quidam iuris studiosi accipiunt dena pro uiginti non intelligentes significari singulis duorum decem: de quorum imperitia quid multum dicendum: quum putent recte dici una quinq; quasi una sit nomē & non aduerbium? Ne illud quidem obticebo: quemadmodum superius ostendi: nomina illa supra centum syncopari: infra uero centum mime. Ita e diuerso aduerbia centum syncopari: ultra non syncopari: ut uities pro uiginties: trities pro triginties: Deinde quadragies: quinquagies: sexagies: septuagies: octogies: non octuagies nonagies. Cætera non syncopatur: quinquies: sexies septies octies nonies decies: ceteries ducetres trecetres quadringenties septingenties: octingenties noningenties millies. Deinde bismillies: termillies: quatermillies quinquies millies decies millies: uities millies: & deinceps cætera. Nunc ad institutum redeamus: ab hoc potissimum nomine incipientes.

Littera in singulari quid significet: & quid in plurali. Cap. ciiii.

Littera in singulari numero significat elementum ipsum: ut a. uel. b. uel manum scribetis: ut ad Atticum Cicero: Nam Alexidis manum amabam: quæ tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ. In plurali uero epistolam: præterquam apud poetas qui pro epistola uersus gratia in singulari semper utuntur: ut Ouidius: Quam legis a rapta Briseide littera uerit: Nam Cicero ad Cælium scribit ad se nullam litteram Bibulū misisse: ita ut ait quasi nullum uerbum misisse: quod ut uehementer extenuaret: non dixit uerbum aut syllabam: sed litteram. Frequentissimum igitur est litteræ pro epistola: Inter quæ duo nomina hæc elegantia differētia est: quæ dicimus unam epistolam: unam litteram: duas tres quattuor quinq; epistolas. Binas uero litteras: ternas quaternas quinas senas septenas octenas nouenas denas. Nunquam aliter quale esset: unam binas ternas epistolas: duas tres quattuor litteras. In hoc tamē conueniunt: ut dicamus dedi singulis uel unicuique uel utrique siue singulas litteras: siue singulas epistolas. Item in maiori numero non conueniunt: ut dedi singulis duas litteras uel binas epistolas: sed binas litteras & duas epistolas: non autem secus de quo iam dixi. In quo obseruandum est de cæteris quoque uocabulis: ut si dicas. Accēpi abs te binas litteras: non subiungas: quarum alteris respondi per proximum tabellarium: alteri nunc respondeo: sed alteris. De epistola uero apertum est: ut accepi duas epistolas: quarum alteri iam respondi: alteri nunc respondeo. Cicero fere ait: accepi litteras: accepi epistolas. Plinius frequenter etiam recepi nisi libri medicos sint.

Ædes in singulari aliter accipitur: aliter in plurali. Cap. cv.

Ædes in plurali accipitur pro domo: nec unquam aliter: ut meas ædes non proscribam. In singulari atque adeo in plurali pro templo: ut Cicerone philipp. libro primo. Ex eo die quo in ædem Telluris conuocati sumus: in quo templo quantum in me fuit: ieci fundamenta pacis. In quo templo. id est in qua æde Telluris. Sed hac in re differt a templo: quæ semper in utroque numero habet adiectionem ut in æde iouis Mercurii Mineruæ. in æde Concordiæ Telluris Honoris Virtutis. in æde sacra. Et in plurali sacras ædes: ædes deorum: ædes nympharum. Nam cum ait Lucretius de Ioue loquens: Ipse suas ædes disturbat: perinde ac si dixisset Iouis ædes. Igitur pro templo dicimus duas tres quattuor deorum ædes: duas sacras ædes. pro domo binas ternas quaternas binas priuatas ædes. Aeditui autem ab ædibus sacris quas tuetur appellati sunt: non a priuatis. Aediles quoque a sacris ædibus dicti sunt: quibus curandis præpositi erant. Aedificare autem magis ad domos hominum spectat quam deorum. Nec domos tantum: uerum etiam naues: ut Cicero: Qui cum maximas ædificasset instruyissetque classes. Neque hoc indignum est admonitione eum cui domus ædificatur dici ædificare: ut idem de consulari uiro inquit. Qui cum ædificasset in palatio plenam dignitatis domum. Similiter in cæteris uerbis: ut Horatius de prædicationibus Diruit: ædificat: mutat quadrata rotundis.

Liberi: pugillares. Cap. cvi.

Liberi pro filiis singularem non agnoscit: cuius natura & a superioribus dissentit. Nam ut dicam lego Titio ternas ædes: unam in foro: alteras in ianiculo: tertias in Subura. ita non dicam ex ternis liberis meis unum: alteros: tertios: sed ex tribus liberis meis: unum in alienam familiam dedi: alterum abdicavi. tertium hæredem institui. Cuius rei causa est. quæ cum dico unum alterum: tertium adiuugi solet filium: & tres liberos quasi tres filios: quod ita non fit in ædes: in litteras: nisi subintelligas domum & epistolam. Sed quod facies in cæteris: in nuptias: in pugillares: absurdum sit dicere unam nuptiam: unum

TERTIVS.

pugillarem. Pugillares autem significat tabellas cæreas: siue ligneas: siue alterius materiae in quibus stilo scribimus. Liberum tamen pro filio: & apud Quin. & apud Paulum Caiumq; reperio.

Hortus.

Cap. cvii.

Hortus quoq; eiusdem naturæ est. Nam in singulari pluraliq; pro hortis holitorii accipiuntur: id est holera producentibus. Est enim holus omnis herba fatiua: qua uescimur: & cuius foliis & caule in edulium utimur. Horti uero in plurali arboribus consiti dicuntur: & amoenitatis uoluptatisq; causa parati. in superiore igitur significatiõe dicimus: unum hortu: duos: tres: hortos. In posteriore binos: ternos hortos: nisi alicuius auctoritas aliud sibi uendicauerit.

Odor.

Cap. cviii.

Odor huic simile est: qua uoce notum est quid in utroq; numero significatur: in plurali uero tantum odora: ut odores ex Arabia sunt. Hoc tamen nomen raro cum numeralibus iungitur: sed cum aliis adiectiuis.

Commeatus.

Cap. cix.

Commeatus autem & siqua sunt similia: non recipiunt talem ambiguitatem: siquidem superiora in uno sensu habent utroq; numerum: in altero tantum pluralem hoc in altero tantum singularem. Est enim commeatus in singulari tantum pro facultate ad tempus a militia: ab alioque ministerio recedenti quam præbet militi imperator: præpositiue inferiori: eundiq; quo uelit ad præscriptum diem reuersuro. Licet Liuius li. xxxiii. ait. Magna pars sine commeatibus delabebatur. In utroq; autem numero pro cibariis ad alimoniam reipublicæ: aut exercitus: aut alicuius multitudinis: interdum etiam priuatim. Cicero pro lege manilia. Jam commeatu & priuato & publico prohibemur.

Nō semp ad dignitatem referri quando qs de se numero plurali loq̄t.

Cap. cx.

In his quæ dixi colligi potest non uegete quod aliqui uolunt: quotiens auctor in numero plurali loquitur: declarari dignitatem quædam: & ut sic dicam magisterium. Quid. n. causæ est cur hæc noia pluraliter non singulariter efferantur? Quid Athenæ potius quæ Athenæ: quæ Roma potius quæ Romæ: Sed ne in re apta dicam pluribus huic opinioni repugnat: cū ipsa rhetorica ars quæ iubet nos uti modo plurali pro singulari: modo singulari pro plurali: tum plura exemplata: adeo ut uno atq; eodem loco de se orator in utroq; numero loquatur. Vir. O Melibœe deus nobis hæc oia fecit. Nanq; erit ille mihi semp deus: illius aram. Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Ille meas errare boues: hic de se loquens. Tityrus: nunc nos: nunc me ait. Home. quoq; xiii. Ἰλιά. ῥομαι ἰπτοι εὐχος ἐν νικλησθησὶ λελεῖσσι οἰς οὐ μὲνος ἄνυ γὰρ κατὰ μὲνο μρι γευκε κς ογ Et in psalut Quin. in agro redempto. Utinam hæc salutem mihi sero fata præstaret ut residuum laborantis animæ in tuo poneremus amplexu. Et. C. in phili. quod exemplum in alio etiam usum uolo asserere. plixius. Ait igitur. Itaq; ego ille: q; semp auctor pacis sui: cuiq; pars præsertim civilis: q; omnibus bonis: mihi tamen in primis fuit optabilis. Omne. n. curriculum industriæ nostræ in foro: in curia: in amicorū piculis: ppulsandis elaboratum est. Hinc honores amplissimos: hinc mediocres opes: hinc dignitatem siquam habemus: consecuti sumus. Ego ita pacis: ut ita dicam: alumnus: q; q̄tuscūq; sum: nihil. n. mihi arrego: sine pace civili non fuisset: piculose dico: quæ admodum accepturi. P. C. sitis horreo: sed pro mea perpetua cupiditate uestræ dignitatis retinendæ & augendæ: quæso oroq; P. C. ut primò si erit uel acerbum dictu: uel incredibile: a. M. C. esse dictu existimetis sine offensione quod dixerò: nec id prius quæ quale sit explicauerò: repudietis. Ego ille dicam sapius pacis semp laudator: semp auctor: pacem cum. M. Antonio esse uolo. Hæc in eo quoq; sinem retulisti: ut ostenderem oratores: cum ineptæ orationi aliquid indignius inseruerunt: redire iteq; ad id quod inceperant: aliquando et frequentius memoriæ indicium reficiendæ gratia: uel eodem uerbo: repetito: ut in pximo exemplo: uel quæ idem efficiat: ut apud eundem & in eodem ope. Collegam tuū aiunt in hac sua fortuna: quæ bona ipsi uidetur: mihi ne grauius quippiam dicam: auog; & auunculi sui consulatam si mirare: fortunator uideretur: sed eum iracundum audio factum: aiunt & audio idem efficiunt.

Questus aliud: aliud quæstus.

Cap. cxii.

Questus in plurali pro quærela a quæror. unde fit cōqueror: cuius datiuus & ablatiuus est quæstibus: ut portibus. Quæstus cuius in utroq; numero plurali datiuus & ablatiuus est quæstibus: unde fit cōqro: deriuat pro syncopâ a supino quæsitū: significatq; lucæ numariū. Nā lucæ uocamus et nō numariū: uelut amicitia: gloria: scientia: cæterorūq; huiusmodi. Quæstus quoq; nonnunq; pro actione ipsa atq; artificio lucranda pecuniæ: ut apud Cic. Nā de artificijs & quæstibus: quæ liberales habedi sunt: quæ sordidi. Et Quin. Nā ut primū lingua eē coepit in quæstu: institutūq; eloquentiæ bonis male uti: quæstu dixit: quæsi acquisitiõe.

Scala: pondo.

Cap. cxiii.

Scala quibusdā in singulari usurpat. Salu. Cū aliis quibusdā ostēdi plurale tantū hēre: cū dixit in iugur. Deinde ubi unæ atq; alteræ scalæ cōminutæ sūt quæ supstiterat: afflicti sunt. Nō dixit una atq; altera. Pōdo at caret singulari numero teste Foca. Dicimus at duo pōdo: tria pōdo: nō bīa pōdo aut terna pōdo. Quis. i. priò: Quid quæ quædā singula pculdubio uitiosa sūt iūcta sine reprehensione dicunt. Nā & dua: & tre: & pōdo diuersorū genorū sūt barbarissimi. At duo pōdo & trepōdo

LIBER

usq; ad nostram ætatem ab oibus dictum est: & recte dici Messala confirmat. Forſan huius rei causa est q; sicut ſupius de libris diximus: ita hic ſigs ita loquatur. Relinquo liberis meis duo pondo auri altez; ſignatum: altez; rude: intelligitur libram. Idem est. n. duæ: tres: quattuor libræ: quod duo: tria quattuor pondo. Quidam exiſtimant aliud eſſe: cum legant apud Liuium lib. xxii. Argenti pōdo bina: & ſex in militum libras præſtaret: cum legendum ſit ſelibras. Quidam etiã ſingularem huic nomini dant & huiusſipſius auctoris ſi editio uerax eſt: nonnulla exempla ſunt: quale eſt etiã Columellæ. Scyllæ aridæ pondo libram & quadrantem adici oportere: ſed nunc p pondere uidetur accipi. Huius cōditionis eſt ludus & ludi. Sed hoc in altez; libz; referuamus: Nūc aliqd etiam de numeris.

De numeris.

Cap. cxiii.



Lato uno & octogesimo anno ſcribēs mortuus eſt: Iſocrates quarto & octogesimo anno eum librum: qui penathenæicus inſcribitur: ſcripſiſſe dicitur: uixitq; quinquennium poſtea. Cuius magiſter Leontinns Gorgias centum & ſeptem annos compleuit. Hæc Cic. ius ex uerbis datur intelligi ante centum præponi numez; minorem. poſt centum uero poſtponi Quod Quin. quoq; confirmat: cum ait Artium autem ſcriptores antiquiſſimi Gorax & Thiſias ſiculi: quos inſecutus eſt uir eiſdem inſulæ Gorgias Leontinus: Empedoclis ut traditur diſcipulus. Is beneficio longiſſimæ ætatis. Nam cētum & nouem uixit annos: cum multis ſimul floruit. Et paulo poſt: Nam & Iſocratis præſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudioꝝ genere. Eoꝝ tam ſeniore. Octauum. n. & nonageſimum compleuit annum: pomeridianis ſcholis Ariſtotes præcipere artem oratoriam cœpit. Hoc tamen uidetur fieri intercedēte copula. Nam ea ſublata ut quiſq; numerus maximus eſt: ita primo loco præponitur duntaxat citra centum ut maior. xxv. annis non autem maior qnq; xx. annis: etiam in illis quæ ſupra tractaui numeralibus: uiceni ſinguli: uiceni terni: aut ſinguli & uiceni: bini & uiceni: terni & uiceni. Supra centum naturalem ordinem ſequimur: ut ſuperiora exempla docent: centum & .vii. compleui annos: cētū & .ix. uixit annos. Pli. li. vii. natu. hi. Centum & .xx. annos Parmæ tres edidit. Bruxulli unus. Fauentiæ una mulier centum. xxv. Parmæ duo: centum triginta Placentiæ unus. Fauentiæ una mulier centum. xxy. Bononiæ. L. Terenti. Marati filius: Armini uero Maponias ſex & quinquaginta. Tercula centum. xxxvii. citra Placentiã in collibus oppidum eſt Velleratum in quo. ccxx. annos ſex detulere. Quattuor uero centenõs uicenos. Vnus centum quinquaginta. M. Mutius Marci filius Galeria ſœlix. An ne pluribus moremur in re conſeſſa. In regione Italiæ octaua centum annõz; cenſi ſunt homines quattuor & quinquaginta Centenū denuõ homines quattuordecim. Cētum uicenum quinquaginta homines quattuor: centum tricenum homines quattuor: centum tricenum quinquaginta aut ſeptenum totidem: centum quadragenum homines tres. Idem tamen Pli. Paulopoſt ait: ut tamen in ſeptenum & quinquageſimum atq; centeſimum uitæ duraret annum. Ex quo apparet ſine copula maximum quenz; numez; præcedere: cum copula non nihil uarie præſertim retrorſum eundo. Adhuc quæ diximus & quæ recitauimus exempla intra numerum millenarium ſunt: ſed in ipſo quoq; maximum quenz; numerum ſemper præponimus. Vt natali domini ſaluatoris anni ſunt mille quadringēti triginta octo: uel mille & quadringēti ac triginta octo. Illud tamen non tantum in milibus eandem eſſe naturam: atque innumerabilibus citra centum: ut milites noſtri ſunt ſex & uiginti milia: non autem uiginti & ſex milia. Vel milites noſtri ſunt. xxvi. milia: ſiue militum nobis ſunt. xx. milia: ſiue milites noſtri ſunt uicem mille: ſiue nobis ſingulis ſunt decies: ſiue dena milia militum: ſiue nobis ſingulis ſunt decem milia militum. Omnia autem quæ locuti ſumus: ultra uiceſimum numerum intelligi uolo. Nam decem & ſeptem: decem & octo: decem & nouem: normam illam quam dixi: non tenent. His inferiora ne ipſa quidem ſeruant ſuam legem. Illa. n. coniuñtionem interpoſitam habent hæc non habent. Verū tamen nec habere poſſunt cum ſint compoſita: nec plura: ſed ſingula nomina undecim: duodecim: tredecim: quattuordecim: quindecim: ſedecim: ſicut illa quoq; compoſita atq; unica ſunt nomina: undeuiginti: duodeuiginti: undetriginta: duodetriginta: undecentum: duodecentum: hoc eſt uno aut duobus demptis: de uiginti: de triginta: de centum: ut Ab incarnatione ſaluatoris ſunt anni mille quadringēti: duo de quadringenta. Et per denominatiua: ut Ab incarnatione agitur annus milleſimus quadringēteſimus: dno de quadrageſimus. Plinius lib. xxxv. natu. hi. Duo enim de uigeſima olympiade interiit Candaules. Licet pleriq; exemplaria habeant duodeuiginti olympiada. Idem proximo lib. Atq; adeo duodequadragenum pedum lucullei marmoris in atrio Scauri collocati: duodequadragenum pro duodequadragenorum. Titus Liui. lib. primo: duodequadrageſimo ferme anno



est: quo regnare cœperat Tarquinius Domus. Cap. cxiiii.
 Omus duos genitiuos hēt: unū ſecūde: altez; qrtæ: domi & domus. ſed prior ſeruat locū ubi q; manet: poſterior corpus ipm atq; ædificiū qd ex pietibus cōſtat & teçto: ut domi maneo: nō domus: & ptē domus demolitus ſū. Supiora domus aſcēdi: nō domi. Nā illud domus meæ impiū teneo: nō p loco accipit: ſed p familia quæ cōtinet ædificio figurate cōtinet p cōtento: q; etiam licet dicere domi meæ qſi in domo mea. Quod at idē ſit in domo & domi notū ē. Vnū tamen aſſerā exēplū. Quin. lib. v. In domo furtū factū habeo: q domi fuit. Darius tantū quar-

TER TIVS.

æ est. Accusatiuus indifferens. Ablatiuus secundæ. In accusatiuo & ablatiuo: uel cū præpositiōe: uel sine præpositione loquimur: ut reuertor domū uel ad domū: ex eo domo uel e domo: & sū in domo uel domi: hoc grammaticū est: illud uero latinitatis & elegantia: hunc genitiuum secundæ nō coniungimus: nisi cum tribus siue quæque pronomibus: meæ: tuæ: suæ: nostræ: uestræ: & uno nomine alienæ: ut Ego uiuo domi meæ: nō uiuo domi tuæ: erā domi suæ: nostræ: non uestræ: domi habitare uolo. Cic. in libris ad Herē. Qui cū ista ætate & forma alienæ domi uolo dicere. Quidā uolūt illud domi aduerbialcere. Sed quomodo cōiungeretur cum adiectiuis? Quod siquid hæc quæque pronomina adiectiua supprimant: tamen subintelliguntur: ut domi ero. i. meæ domi erimus. i. nostræ: domi eris erisue. i. tuæ aut uestræ: domi erat aut erunt. i. suæ: sicut in altero sensu: & in plaribus nominibus pte domus locauit: altera pte ipse habito. i. ptem domus meæ. Et pater mihi iussit: mater te uocat: frater nos expectat: hoc est pater meus uel noster: mater tua uel nostra: frater noster. Quando at hic genitiuus secundæ regit altere genitiuum siue pronomem: siue nomen: certum est ut ego eram domi illius domi huius: domi Cæsaris: domi pompeii: domi autē publicæ: domi priuata: domi honestæ: domi infamis: domi paternæ: domi maternæ habito: & similia nō licere dicere iam tradimus.

De quisquis & quicquid: quicquid & quodcunque. Cap. cxv.

Quisquis & quicquid p eodem accipi solent: ut Quisquis es huc uenias. Quicquid & quodcunque nō accipiunt p eodem: cum altere sit substantiuum: ut quicquid festiuū: quicquid molle: quicquid tenere: quicquid iucunditatis: quicquid gaudii: quicquid pecuniæ. Altere adiectiuum: quodcunque cælum: quodcunque scutum: quodcunque iaculum. Eius differentia causa est quod uoces hæ in masculino conuenientes in neutro postea discordant. Erat. n. quicquid & uox significatio similior: si reperiretur eo modo quo dicimus quicquid & quicquid. Quodcunque. siue unum quicquid componitur a quod: sed ut nō repitur quidemque: ita nec quodquid. Illud namque componitur ex quæ quod: hoc at ex quis & qui: caretque genere fœminino: quinetiā masculino in accusatiuo casu: tatumque habet nominatiuum quicquid: quicquid accusatiuum quicquid: ablatiuo quoquo: tum in masculino: tum in neutro: nōnunquam in fœminino quaqua: ut apud Suetonium de uita Titi. Galba mox tenente remp. missus ad gratulandum: qua iret: conuertit hoies: quasi adoptiōis gratia accerseret. In accusatiuo quoque in alio genere quæ neutro: sed apud oratores. Plautus in captiuiduo. Nā meus balista pignus ē: cubitus catapultæ: humerus aries: tū genu ac quæque iecero ad terrā dabo: dentilegos oēs mortales faciā: quæque offendero. Quæque. i. quæqueque: Sergius autem donatū commentans ait: Vtraque parte declinatur hoc pronomem quicquid: cuiuscuius: cuius: quæqueque: quisquis: quoquo: quicquid: quibusque: quibusque: quosque: quicquid: a quibusque: Noli putare hoc casu declinatōis eē: ut apud Cic. remansit cuique. Hæc Sergius. Igitur cum sit compositum quicquid ex quid: quodcunque: ex quod: debuit illud eē substantiuum: ut quid & aliquid: hoc adiectiuum: ut quod & aliquod. Dicimus enim quid feci: nō autem quod feci: aliquid feci: nō aliquod feci. Item quod malum feci: nō autem quid malum feci: sed quod mali: & scio quid faciam: nō autem scio quod faciam. Video quid facis: sapius quæ uideo quod facis: Ita & cætera ab his composita: quiddā: quoddam. Nam quiddā adhæret adiectiuo: quoddam substantiuo: ut mirabile quiddam: obscenum quiddam: quiddam maius. Et quoddam templum: quoddam nemus quoddam antrum: oppidum quoddam: in quo nulli fere errant. Hic autē multi p quicquid ponentes quodcunque: ut optimū quicquid: honestissimum quicquid: saluberrimum quicquid: ubi non liceret poni quodcunque. Ex his liquet exemplis optimum quodcunque: prædium: honestissimū quodcunque: consilium: ex iumentis quæ cepi: decimum quodcunque: sit tuū. Nam substantiuum natura est coniungi cū adiectiuo: adiectiuum uero cū substantiuo: quasi connubio quoddam. Ideo ubicunque est substantiuum: desiderat adiectiuum: quasi cōiugem impatiens alterius substantiuum. Rursus adiectiuum: sine substantiuo tanquam sine uiro eē nō potest cum altero adiectiuo nihil cōsortii habēs. Eoque factū est: ut hi quos dixi: errarent: quæ quodcunque uidetur sine substantiuo eē quod: ut Reliqui mihi pater multa prædia: quodcunque optimum quodcunque mihi sublatum est. Sed omnibus liquet subintelligi substantiuum sic: optimum quodcunque prædiū. Quicquid at idem eē quod unumquodcunque: ante significauit Quin. Nec causas cur quicquid eorum accidat: psequi pposito opinari necessarium est. Hoc quoque addamus: quid solere usurpari p in quo: ut apud eundem: Quid tibi tatum mali feci: quid offendi? Et alibi: Siquid offendi. Cic. in Lælio. Quid. n. indigens Africanus mei? Eodem modo nihil: ut nihil te offendi. De differentia at inter quiddā & aliquis siue quispiam: siue quisque illud certum hominē: hoc unumquodlibet significat: in libris dialectice disputauimus. Hic tantum admonendum est quosdā his posterioribus eo modo uti: quo ego nō uterer p illo superiore. Ut Hieronymus qui libere de hebraicis quæstionibus exorditur: Qui in illis principiis librore debeā secuti ri opis argumentū pponere: cogor prius respondere maledictis Terētii quæpiā sustinens: qui comediarum plogos in defensionem sui dabat: ego dixisse quiddā potius quæ quippiam. De certo. n. crimine loquitur: nō de incerto. Idem est enim quippiam quod aliquid. Sed de hoc in libris his quos dixi latius. Sed forte Hieronymus scriptum reliquerat quiddam: & librarii in quippiam mutauerunt.

Magna auctoritate es uir uel magnæ auctoritatis. Cap. cxvi.

LIBER



Agrā auctoritate es uir: uel magnæ auctoritatis. utroq; enim mō dicitur: sed raro sine adiectiuo duntaxat in gō: nā in abltō nunq; ut apd Ci. in Salu. Nunq; quos ptulit Scipiones & metellos ante fuerit aut opōnis aut gloriæ. Cæterq; in eadē rōne non ē utendum gō & abltō: nisi uelimus illud Pli. ex li. vii. na. histo. seq; Choromandoq; gentē uocat tauroni: siluestre sine uoce stridoris horredī: hirtis corpibus: oculis glaucis: dētibus caninis

Poterat dici stridore horredō: q̄q; qd̄ ad elegātiā p̄inet ego p lege accipio quicquid magis auctoribus placuit: quoq; in primis ē Pli. p̄fertim cum Ci. ad Lentulū ita scribit: Lentulum nostrum eximia spe summæ uirtutis adolescentem: cum cæteris artibus: q̄bus studuisti semp ipse: tum in p̄mis imitatione tui fac erudias. Licet illud eximia spe possit uideri sepatum ab illo summæ uirtutis: qd̄ regit ab illo adolescentē: ut si dicas: Habeo summa spe filiū: adolescentem optimæ indolis: Quod si ita non ē: licebit in utraq; ofone uti gō & abltō: tamen ut ego sentio: parce. Nā illud ab hoc loco sepatum ē: quod idem dixit Scipio Africanus id ætatis atq; his rebus gestis. Illud enim id ætatis: uel idem est quod ea ætate: sicut dicimus. x. annis uixi: & more græ. x. ānos: Quā honestiorem locutionem Seruius putat: Vel aduerbialiter ponitur: uel subintelligitur habens uel agēs: uel natus id ætatis: In quo p̄tinus admoniti simus oratores summope synechdochen refugisse: q̄le foret gentē stridore horredā hirtā corpibus: oculis glaucā: historici nō refugerunt. Salu. At ex pte. C. Antōius pedibus æger in p̄lio adeē negbat. Ci. Quintilianusq; dixisset pedibus ægris. Nec dixisset doleo caput doleo ilia aut ilibus. eēt. n. Synechdoche: sed dolet mihi caput: & ilia tibi dolet. In hoc uerbo & illud notandū ē qd̄ de re extra nos posita: sicut de corpe nostro loq̄mur: ut illud qd̄ facis dolet mihi: utinā doleat tibi: ut apd Terē. Dolet dictū adolescenti pudenti & libero. Et iteq; Si istuc itidē doleat tibi: ut mihi dolet: Et in eadē comœdia: Fac illi qd̄ itidē doleat: qd̄ nunq; per synechdochē dicitur possumus. Nā ego doleo istud qd̄ fecisti: Qui sermo ut superior apud auctores ē frequens: ut Salu. Quasi dolens eius casum: non ē synechdoche. Hæc. n. figura tantū ad animi & corpis qualitatem p̄inet nihil ad extrēa respiciens: qualia fuerunt: doleo caput: doleo ilia: & hic pulcher faciem: ornatus animum. Ideoq; illa synechdoche nō erunt. potens diuitiis: grauis pietate: p̄reditus dignitate.

In marmore incisæ sunt litteræ: non in marmor.

Cap. cxvii.



In marmore incisæ sunt litteræ: in gemma: in lapide: in ligno: non autem in marmor: in gemmā: in lapidem: in lignum. E diuerso in æs: non in ære: ita enim apud oēs autores q̄tum inueni: semper scriptum est. Liuius lib. iii. Priusq; urbem ingrederetur: leges decem uirales quibus duodecim tabulis est nomen: in æs incisas: in publico proposuerunt. Sed quid exempla ponimus paucorum: quod omnes facere affirmamus.

Relatiuum frequenter non respondere antecedenti.

Cap. cxviii.



Relatiuum frequenter nō respōdet antecedenti neq; i genere: neq; in nūero: utiq; cū flectitur eius sententia ab antecedente ad sequens substantiuū de masculino in neutrum: ut Salu. Est locus in carcere quod Tullianū appellatur: Quod aliter dixit Vale. Maxius lib. ii. Antea senatus assiduā stationem eo loci pagebat q̄ hodie coenaculum appellatur. Et Pli. i coi tu uero lunæ qd̄ iterlunium uocat: cum appere desierit. Mutato etiā numero: ut Ci. Quibus tamē gradibus Romulus in cælū ascendit: his neq; isti appellat bona. De masculino quoq; in fœmininū: ut idem: Omnes tenues atq; humiles: quæ maxima in oppido multitudo est: sibi p̄sidiū paratum putant. Et Vergilius: Nec prem posuere suis: quæ maxima turba est. Manente quoq; genere uidef fieri quædā mutatio: ut Quint. Vbi uero uniuersas familias fames extinxit: quæ ps maxia est: inanes domus sitim ducunt. E diuerso de fœminino in masculinū non mutato numero. Salu. Et fines habet ab occidente fretum nostri maris & oceani: ab ortu solis decliuē latitudinē quem locū catabathmō incolæ appellant. Mutato etiā numero: ut Quint. Resistā his q̄ omiſsa rez: q̄ nerui sunt in causis diligentia quadā inani circa uoces studio senescūt. Et alibi: Et supplicatiōes q̄ maximus honor nictoribus bello ducibus datur: in toga meruit. De neutro in aliud genus: Salu. ipse ex flumine: quam pximam oppido esse aquā supra diximus: iumenta emeret: Mutato etiā numero: ut Liuius: Anxur fuit quæ nunc Terracinæ sunt: urbs prona in paludem. Aliquando sine ullo certo accidenti: ut Quinti. Ego quæ fœlicissima uel lassitudo uel fatietas est: uirtute consenui.

Quæ dictio deberet respondere sequenti substantiuo eā respōdere antecedenti.

Cap. cxix.



Diuersum huic genus ē: cū dictio respōdet antecedenti: cū deberet respōdere sequenti substantiuo: ut apd Virg. At puer Ascanius cui nunc cognomē iulo. Liuius lib. xxv. Scipio cui affricō fuit cognomē q̄ modus p̄ dtūm licet frequentior sit: tamē nōnunq; & noiatiuo q̄ est magis generale: utimur: ut Cice. Argentarius Sextus Clodius cui nomē est Formio. Et Quinti. Notum ē Quid Glicōi acciderit cui Spirideon fuit cognomē. Neq; p̄ relatiuū mō: sed et̄ citra relatiuū ut Teren. Ecyra ē huic nomē fabulæ. & p̄ hoc noiatiuū. p̄ dtūm: ut Liuius libro primo: Faustulo fuisse nomē ferunt. Et Solinus de mirabilibus. Lapis iste in aqs molis est: huius duratur exemptus: nunq; duo simul reperiuntur. Inde unionis nomen datur.

Haec & de datiuo est: & accusatiuo quoq; sua natura: ut antecedens sequat casum relatiui relicto suo: ut apud Vir. Urbem quam statuo uestra est. Oratores at postponunt antecedens quale foret quam urbem statuo uestra est: ut apud Oui. Cecidere manu quas legerat herbas: & quale est Quin. Timeo ne quos porrexerim cibos: uenena fiat. In quo e habita ratio uenustatis: ut relatiuum & antecedens sint i eodem casu. Sed sapius atcedete postposito. Quag apud Cic. nonnulli illud in Salu. sic legut. Nunqd eos quos ptulit Scipioes & Metellos ante fuerunt opiniois aut gloriae. Quidam legut: nunqd hi quos ptulit. Tale. n. i euangelio: Sermonem que audistis: no est meus: quod in graeco hoc est in fonte e sermo: no sermonem. Vnde interpres noster transferes maluit latine q gramatice loq. Nec ignoro qualia imperiti in hoc euangelii loco disputare soleat: pfecto nequaq; sic disputaturi: si graeca linguam mediocriter: latinam pfecte tenerent. In tali sermois genere uel ide nomen repetemus: uel accusatiuum in debitum casum resoluemus. Nam utruq; fieri: exemplis comperimus. Sigdem frequenter ita locuti sunt auctores: quas res tibi tum terra tum mari nup comisi: haec tres sint cum fratre comunes: uel haec sint cu fratre comunes: uel ex his aliqua comunicabis cu fratre: & item p caeteros casus: ut quare regem non indiges: eas uel eas res donabis mihi: uel haec mea erunt: uel haec res mihi auxilio esse possunt. Et ita multis modis p casus uariare oratiois licebit. Cice. p Ligario: Sed hoc non concedo: ut qbus rebus gloriemini in uobis: easde in aliis reprehendatis. Et paulopost: Quotus. n. istud qsq; fecisset: ut a qbus pibus in dissensione ciuili no eet receptus essetq; etiam cu credulitate eiectus: ad eas ipsas rediret. Idem tamen in rhetoricis inusitatus Sulpitio: cui pauloante omnia sedebant: tum breui spacio non modo uiuere: sed etiam sepeliri prohibuerunt. Illud magis poeticum: quale apud Horati. y. carminum. Quis non malarum: quas amor curas het: haec inter obliuiscit. Et itez in satyra: Qui sit Meccenas: ut nemo quam sibi sortem: Seu ratio dederit: seu fors obicerit illa Contentus uiuat: laudet diuersa sequentes.

Homo prudens: ne dicam sapientem.

Cap. cxxi.

Homo prudens ne dicam sapientem: melius q ne dicam sapiens. Cice. p Deiotaro Crudelis Castor: ne dicam sceleratum & impium: & hoc substantiuo praecedente: secus at sequente: q le esset: Crudelis ne dicam sceleratus & impius Castor: & prudens: ne dicam sapiens homo. Nam si ponamus in accusatiuo: p q absurdum foret sic: Crudelis ne dicam sceleratum & impium Castorem: & prudens ne dicam sapientem hominem. In priore. n. modo subintelligit eum sic: Crudelis Castor ne dicam eum sceleratum & impium. In aliis casibus no e haec neq; diuersitas: neq; causa: ut idem. An sperasset hoc uiuo Milone: ne dicam consule Milone. Illud eiusde in libris ad Herennium: Neq; dissimile his neq; usq; adeo simile est: Obsuit plurimum eo tempore reipu. consulum siue stultitiam: siue malitiam dicere oportet: siue potius utruq;. Nam ubi erit suppositum: Certe deest. Illud nanq; uerbum qd interiectum est de nominatiuo: mutauit in accusatiuum. Sed sicut in Euripo aut siciliae freto isfalo uento uela aquae impetus retroire cogit: ita orationem lege gramatica euntem: auctoritas ipsa cofuetudoq; inhihet ac repellit. Vege ut grammaticoz expectationi satisfaciam: sic erit construendum: aut stultitia consulum: aut malitia: aut potius utruq; obsuit plurimum eo tpe reip. siue illud factum consulum dicere oportet stultitia: siue malitiam: siue potius utruq;. Vel sic. Obsuit plurimum reip. eo tpe consulum factum: siue illud malitiam: siue stultitiam eoz: siue utruq; dicere oportet.

Audiui te ut caeteros affuisse in praelio: & audiui te ut caeteri: & caetera.

Cap. cxxii.

Audiui te ut caeteros affuisse in praelio: & audiui te affuisse in praelio ut caeteri: hic subintelligit affuerunt: tibi intelligi non pot statim sequente infinitiuo & omnia ad suum regimen trahete. Itaq; sic exponitur. Audiui te affuisse in praelio: ut audiui caeteros affuisse: altere uero ut dixi hoc modo: Audiui te affuisse in praelio: ut caeteri affuerunt: quod nequaquam concedatur sic dicere: Audiui te ut caeteri affuisse in praelio. Hoc enim declarat: audiui ut caeteri audierunt. Alterum fortasse sic: Audiui te affuisse in praelio: ut caeteros.

Spero tibi esse bonus amicus.

Cap. cxxiii.

Spero tibi esse bonus amicus: credo tibi fuisse fidelis pprie dici. Per accusatiuum uero non nisi altere accusatiuum addas: q antecedit infinitiuum. Nam hic sequitur hoc modo. Spero me tibi esse bonum amicum: credo me tibi fuisse fidelis. Quaedam uerba cum nominatiuo iungi recusant imo pleraq;. Na ut recte dico: Incipe mihi esse familiaris: & noli esse illi intimus. Ita inusitate dicam: Incipe esse mihi familiaris: illi ne libeat tibi esse intimus: Hoc tamen loquendi genus nonnumquam repimus: ut apud Lucanum in. x. Tutuq; putauit: la bonus esse focer. Alius dixisset ia focere esse bonum. Et apud Ouidium de ponto. Et qs in extremo positus iacet orbe tuoz: Me tamen excepto q precor esse tuus. Dicere potuisset: sed non tam uenuste quem praecor esse tuum. Terentius in andria Quae sese inhonesto optauit parare hic diuitias: potius q in patria paup uiuere. Apertius apud eundem Ouidium libro primo sine titulo: Speretq; in molli mobilis esse thoro. Et ille uersus uulgatus: Sperne repugnando tibi tu contrarius esse. Quod si dixisset noli repugnando: uersusq; pateret: nullum de constructione dubium eet. Talis tamen modus loquendi e graeco fluxit: ubi usitatissimus est.



Defende me domine: adiuua me optime uir: tace homo impite: mutato uocatio in noia
 riuum nō recte dicitur. Itē defende me tu deus meus: adiuua me tu uir optimus: tace tu
 hō impitus: hic p noiatuū etiā recte loqmur. Subintelligitur. n. ens hoc mō: tu ens do-
 minus meus: Qua rōne defendi posset illud in psal. Domine deus noster: nisi sumptū es-
 set e græco. Idē fit in uocatio alicuius nois: Verg. Nate meæ uires: mea magna potētia
 solus. Idē fit in noibus ppriis: qd fit in hoc pronōie & in uocatiuis casibus sic. Aue cæsar sūmus im-
 perator: Neq; id tantūmodo in impatiuo: uerū etiā & quidē facilius in aliis modis: ut Quo tendis
 Aenea extremus oīum troianoz: uel extreme uiuis & regnas Helenæ dono deum: & regnas medi-
 dius sæuissimoz: hostium: melius q̄ medie. Male per solum ppriū nomen aut iunctū cum pnoie
 ut Quid facis tu Seruius: aut p nomen appellatiuū sine pronōie: ut Quid facis dominus meus: nisi
 tali modo: ut Quid sedes inter seruos dominus: hic subintelligitur ens: ibi subintelligi non potest.
 Quare illud Plinianum in lib. vii. de natu. histo. nisi menda librarii ē: non placet mihi. Salue primus
 oīum parens patriæ appellate: Vbi non modo appellate a primus in casu discordat: quod etiā imp-
 tis ad rephensionē patet: sed ne appellatus quidē si diceretur: plane latinum foret: cum fuerit dicen-
 dū prime: siue sic: sed ita scriptū ab auctore fuisse: suspicari liber. Nam & illo mō dicere licuisset: Sal-
 ue. M. Tulli primus oīum parēs patriæ appellatus: quod ita scriptū fuisse coniectatum nō est ex cer-
 tis uerbis: qbus pauloante auctor utitur. Siue salue tu primus oīum parens ipsius patriæ appellatus
 Siue salue tu prime omnium parens patriæ appellate. Est enim illud parens uocatiuus.

Quod uerbum debet sequi ultimum suppositum.

Cap. cxxv.



Uerbum debet seq̄ ultimū suppositū in psona: genere & nūero: ut Ego illū de suo regno:
 ille me de nostra republicare percunctatus ē: duo supposita sunt: ego & ille: quorū utriq;
 uerbū accōmodatur: sed sequēti palā: antecedēti per subintellectionem: ut sit: ut ego illū
 de suo regno pcunctatus sum: ille me de nostra republica percunctatus ē. Conuertere ordi-
 nem psonaz: simul psonam uerbi mutaueris: sic. Ille me de nostra repu. ego illum de suo regno pcū-
 ctatus sum. Muta ergo genus sic: Ego illā de suo regno: illa me de nostra republi. pcunctata ē. Muta
 nūeros sic: Ego illos illa sue de suo regno: illi illæue de nostra rep. pcūctati pcūctatæue sūt. Et item
 econtrario. In hanc tamen formulā non cadit quotiens per compationem aut similitudinem loqui
 mur: q̄le est: melius ego istud q̄ uos fecissem: hoc ille tam prudenter ut ego fecissem: non autē ut ego
 fecissem. Hic enim subintelligitur sic: Hoc ille sic prudēter ut ego feci: & ipse fecissem: Melius ego q̄
 dem istud q̄ uos fecistis fecissem. Verbum. n. principale debet esse: subintelligi at̄ quod non ē p-
 cipale.

Quod adiectiuo cum pcedit: substatiua obsequi debent.

Cap. cxxvi.



Diectiuo cum pcedit: debent obseq̄ substatiua. Aliter uitiosum ē: ut hoc mō: Nulla uir-
 go ē dicenda uel corrupto animo uel corpe: dic pro animo mente: sic nulla uirgo dicēda
 ē uel corrupta mēte uel corpe: aut uel corrupto corpe uel mēte: nō erit latinū: quod cō-
 tra fit aut pcedēte substatiuo: aut reiecto in fine adiectiuo: sic: Nulla uirgo ē dicēda uel
 mēte corrupta: uel corpe: aut uel corpe corrupto: uel mēte. Itē uel mēte uel corpe corrupto: aut uel
 corpe uel mēte corrupta. Similiter in plnrali uariabo exempla ad euitandū fastidiū. Nēo diues est:
 uel ualitudie infirma uel sensibus: aut uel sensibus infirmis: uel ualitudine. Itē nēo scēlix ē uel cōscia:
 uel membr̄is affectis: aut uel mēbris: uel cōscia affecta. Cice. tamen in philippicis inqt: Optima sunt
 & mente & uiribus. Nescio an culpa librorum sit qui ita scripserunt: pro eo quod ē & mēte opti-
 ma sunt & uiribus: uel optima & uiribus: uel optimæ sunt & mente & uiribus.

Non recte dici corrupto uel corpore uel mente.

Cap. cxxvii.



His quæ tradidimus: palā est nequaquā recte dici corrupto uel corpe uel mente. Debet
 enī adiectiuū illud ad utrunq; substantiuum applicari in genere & in numero. Neq; de
 uel tātūmō itelligo: sed de cæteris quoq; cōiunctiōibus p̄: ut mō ex Cicerōe attuli exē-
 plum p nec: per siue: p cætera huiusmodi. Neq; hoc solū: ubi adest substatiuū cū adiecti-
 uo: sed et̄ sine eo: quale hoc est: Tu nec faceres: nec ego pmitterē: non ē hic sermo latinus. Dicēdum
 nanq; nec tu faceres: nec ego permitterem: aut sic. Tu nec faceres: nec a me facere permitteres. Tota
 enī oratio depēdet a p̄ma dictiōe. Itē potes cognoscere p̄tim ex aliōz sermone: partim te edocebit:
 ipse tabellarius: non ē latinum: sed sic: Partim potes cognoscere & cætera: aut sic. Potes cognoscere:
 p̄tim ex aliorum sermone: p̄tim ex tabellario. Item: Tum ex superioribus litteris te oīa intellexisse: tū
 ex his intelligere potes: dicendum erat tum ex his intelligere posse. Item paratus sis uel pugnare: si
 qui te laceant: uel si qui non sunt: ne recuses facere pacem: dicendum erat: aut sine illo ne recuses:
 aut sic: uel pugnare paratus sis & cætera. Ex his quæ dixi uideor rephendere legem duodeci tabula-
 rū. Liberi pntes in ægestate aut alant: aut uinciantur: quasi dicendum fuerit. Liberi aut pntes i æge-
 state alāt: aut uinciātur. Sed non ē uetustas illa reuocanda ad hanc regulā: quæ constat ex usu eorū:
 q̄ more illoz uetusto non sunt locuti: tamen si haud dubie opinor primū aut a quibusdā adiectum
 legiq; ita in uetustissimo quodam codice declamationum Senecæ. Liberi parētes alāt: aut uiciātur.

TER TIVS

Huius etiam loci illud est: ne hoc modo uerba commisceamus diuersam naturam habentia: quale est. Ille mihi nec nocuit unquam: nec adiuuit: Ego nec offendi eum nec profui: dicendum erat: ille mihi nec nocuit unquam nec profuit: aut sic. Ille nec nocuit mihi unquam nec me adiuuit. Ego offendi eum nec adiuui: aut ego nec offendi: nec eidem profui.

Tres negationes aliquando non plus efficere quam duae & caetera. *Cap. cxxviii.*

A Res aliquando negationes non plus efficiunt quam duae: collocatiōe ipsa dictionum efficiētes: ut Nunquam mihi nec obfuiti nec profuisti. Tres hic sunt negatiōes. Muta primam negationem in medium aut in postremum: iam euanescet: cum ibi locum non inueniat sic. Mihi nec obfuiti: nec profuisti unquam: aut sic. Mihi nec obfuiti nec profuisti unquam. Nescis nec in pace nec in bello uiuere: Nec in pace nec in bello scis uiuere. Ibi tres negatiōes sunt: hic duae: cum eadem sit sententia. Vereor: timeo metuo: & si qua sunt talia idem efficiunt: uel cum negatiōe uel sine ea: ut uereor: ne ueniat: & uereor ut ueniat: timeo ne moriatur: & timeo ut moriatur more Ciceronis: ut ne put non. Meruo ut ne pereat. Et Terenti. Apprime in uita utile: ut nequid nimis: pro nequid nimis. Ex quo miror Seruium ita scripsisse primo georgico. Vnde male quidam hunc locum scribunt. Pater adest: caue ne tristem sentiat. Si enim hoc est dicit: uide ut te triste sentiat. Nam & ne caue prohibetis est: ne nunquam pro nequaquam. Et ipsum nequaquam & nusquam & nusquam simplicem negationem indicat. Ideoque uno uerbo contraria sunt: ut nequaquam ueniam: nec ubi uero duplicem: ideoque duplex uerbum postulat. Vno nec ubi mihi obuius fias. i. ne alicubi: ut sic ubi pro si alicubi: sic uide pro alicubi. Caetera quae de natura negationum disputari solent: libros dialecticam nostram contulimus. Quae ideo praeterimus: quia fere non sunt ignota oratoribus: Dialecticorum uero nemini cognita. Illud tamen aduerbium huc illuc transferamus. Vir malus nulla laesit in iuria ab amicitia recedit. Vir enim bonus nulla laesit in iuria ab amicitia recedit: uel recedat. Nescio tamen an liceret dicere recedat: Hoc loco eadem uerba dant malo uiro & bono sed tamen malus recedere ab amicitia intelligit: bonus non recedere: & ille non laesit in iuria: hic laesit. Et haud scior an hoc sit satis ad haec distinguenda dixisse: quia alibi rem significamus: alibi admonemus: Huc addamus unum: in quo non pauci falli solent: quia ubi debeat geminari negatio: ubi non debeat: ut hoc exemplo. Non modo stella: sed ne luna quidem ad solem seruat splendorem suum: recte dicitur. Item hoc modo recte: non modo nulla stella: sed ne luna quidem & caetera. At quotiens dictionibus adest quaedam contrarietas: non possis tollere alteram negationem: ut hoc modo: Non modo stella non apparet: sed et luna ad solem obscurat. Sine negatione geminata non recte loquaris. Item non modo non absoluo hunc: sed ne leui quidem poena cum eo transigendum puto. Quidam tamen nuper scripsit non modo absoluedum hunc: sed nec etiam grauius puniedum puto: cum dicitur debuisset non modo non absoluedum Sunt enim diuersa absoluedum & puniedum. Item non tantum non constanter: sed etiam trepidum & confuse locutus est. Item non tantum incostanter: sed fortiter & prope inuaciter locutus est. Male hoc secundum dixisti dempta negatione. Erat enim dicendum: non tantum non incostanter. In quod uitium incidit Boetius li. iii. i. Ci. topica dicitur: Si non confuse solum: uerum etiam distributum & in suarum partium proprietate noscatur. Dicendum erat non solum non confuse: diuersum est eorum uitium: quia ad illud non modo applicat: sed etiam cum deberet applicare: sed saltem: aut sed certe: aut sed uel: quale est Laetantii libro primo: Quis enim metis emotae non modo futura praedicere: sed etiam cohaerentia loqui possit: Dicendum erat: sed uel cohaerentia: aut sed saltem cohaerentia: aut sed certe cohaerentia possit loqui nisi forte culpa librarii est. Ego uero in utroque non auctorem: sed tale genus orationis reprehendo.

Veni ad me: uenito: uenias: uenies: ne uenias & caetera. *Cap. cxxix.*

Veni ad me: uenito ad me: uenias ad me: uenies ad me. Scribe ad me: scribito: scribas: scribes idifferenter pene hic quattuor utimur: horum tamen uno in negatione ne uenias: & altero quo in affirmatione non utimur in hunc modum ne ueneris. Nam ipsum ueneris duobus modis accipitur: uno subiunctiue: ut si ueneris: uel cum ueneris. Altero sine subiunctiue ne: ideo illud non est uerbum principale: hoc est: ut si me inueneris: rem optimam feceris. Dimitte me: & diuitem feceris. Aufer huic magistratum: & eum iugulaueris. Eamus in portum: iam naves uenerunt. Cice. Atque nobis gratissimum: ut et pro Scipione polliceam feceris si quo & caetera. Sciendum tamen est: quia haec omnia uerba futuri sunt temporis: ueluti ita commutemus. Si abstulero huic filiam: eum iugulauero: non autem iugulauerim. Ego hoc uidero: tu uideris: uos uideritis: quasi hoc ego uidebo uel uideam: tu uidebis uel uideas. Ne ueneris: futuri item est temporis: non ueneris praeteriti. Illud uetat: hoc negat: quod secundum commune est cum prima persona & tertia: ut neque uero crediderim. Neque uero fuerit in ea optione: qua caeteri & sine negatione improbe dixerit: dixerit aliquis. Non ueni: non fac: non iugula: apud oratores fere nunquam: sed apud poetas: ut Vergilius: Ne saui magna sacerdos. Et Terentius. Ne nega. Liuius li. ii. Craetino die oriente sole in acie redite: erit copia pugnandi ne timete: & Quintus. Tu illam defende ama: ne relinque. Hic nos Quintus admonet ne pro illo ne feceris dicamus: quia alterum negandi est: alterum uetandi. Ideoque ne cum prima persona singularis numeri nunquam coniunctum inuenimus ob eam causam: propter quam impatiuum caret prima persona in singulari: quia neco sibi soli aut impatiuum uetat. Vnde frequenter legimus ne timeamus: ne timeas: ne timeatis: ne timeant. nunquam autem ne timeam: nisi ne prout non: sed non timeamus

LIBER

non ausim: non sperem: non timuerim: non sperauerim: non crediderim. i. timere: audere: sperare: credere non possum aut non debeo: ita in aliis personis: ut idem **Quin.** Non expectes ut statim gratias agat: qui sanatur inuitus. i. expectare non debes: non enim eo modo hoc dixit: quo dicere solemus cum uetamus ne me expectes amplius. Hic enim negatio est: non uetatio: ita non expectaueris: & ne expectaueris: quorum alterum praeteriti temporis est: negatque alterum futuri & uetat.

Cap. cxxx.

Hoc quod adhuc de negatione subiiciam: ad solam elegantiam dicendi pertinet: quod quale sit: subiectis exemplis per se apparebit. **Quin.** Non est difficile ut maritum uxor occidat: si non est difficilius: ut filius patrem. Idem. Atque eo causam dimittimus: ut non sit absoluteus adolescens nisi etiam laudandus. Idem. Quare non petit ut miseretur nisi & innocens fuerit: non petit ut afflictum alleuetis: nisi & probauerit se se infeliciorum: & patrem amisit: quod & oculos. **Seruius Sul.** Atque amittere liberos malum est: malum nisi hoc peius est ferre & peti. **Salusti.** Parcite diuinitati **Lentuli** si ipse pudicitiae: si famae suae si diis aut hominibus unquam ullis peccit. Ignoscite **Cethaegi** adolescenti: anisi iteque patriae bellum fecit. **Titus Liui.** li. xxxi. Nam quod ad ea attinet: quae nobis obicit: nisi gloria digna sint fateor ea defendi non posse. **Quid.** Nec tamen haec series in causa potest achillem: si mihi cum magno non est communis **Achille:** Huic simile est: quale apud eundem: **Mentior** obsecrare: nisi cum uox fecerit orbem: **Nup** oneratas summo mea uulnera caelo **Videritis** stellas. Et **Qui.** **Mentior** nisi cum peregrinatio mea nos diduceret: maluit esse cum matre. Et iteque: **Assidere.** n. cibos ministrare: manum porrigere quilibet poterat. **Mentior** nisi factum est. Idem uerbum apud **Ambrosium** eodem modo positum: tum in libris officiorum: tum in **exameron:** tum in aliis reperies: & a apud **Cyprianum** ad **Donatum:** **Mentior** nisi alios qui talis est increpat: turpes turpis infamat.

Cap. cxxxi.

Vter utrum accusat.

Vter utrum accusat latine dicitur: ut **Cic.** p. **Milone** Vter utri insidias fecerit: uterque utrique uix ausim dicere: neuter neutri oio non dixerim. **Terent.** in **phor.** inquit: Quia uterque utrique est cordi. In. x. quoque commentario regis a **Caesare** gestae: siue ab **Hircio:** siue ab **Ooppio** incertus auctor est: edito sic legi: Interim dissensionem orta inter **Achillem** & **Arifimonem:** cum uterque utrique insidiaretur: & summam ipse obtinere uellet. **Cic.** at & **Quin.** quantum inueni: sic nunquam locuti sunt quorum prior sic ait: Quorum uterque suo studio delectatus: contempsit altereque posterior sic **Cu.** n. uterque alteri obiicit: palam est utrumque fecisse. Atque sic dicendum esse: pro illud frequentissimum probatur: alter alteri obiicit: alter altereque contemnit: alter altereque accusat. **Alter.** n. altereque: non ambo ambos accusant. Idem dico de neuter: ut idem **Quin.** Ita fiet: ut cum aequali cura linguam utranque trahi coepimus neutra alteri officiat. Quare peccauit tum amicus meus: si amicos licet palam reprehendere: quod mihi nup ad se scribenti uter utri bellum intulisset: respondit neuter neutri: aut potius uterque utrique tum **Pris.** q. lib. ii. ait. **Fiscina** uero a **fisco:** an **fiscus** a **fiscina:** an neuter a neutro dubium est: debuerat dicere: an neutrum ab altero. Nam quod a se deriuetur: superuacuum est dicere. Sed dicendum tantum ab altero: non autem a neutro: quasi nec ab altero: nec a se. Nec illud quidem sileamus: Ut dicimus uter utri: ita quis cui: ut **Vir.** Quae quibus anteferam. Et **Cic.** Quid cui praeposendum sit. **Quint.** Quid quo loco sit collocandum. Idem ut dubium sit: quid quo referri oporteat.

Cap. cxxxii.

Vocauit te prius: uocauit te prior.

Vocauit te prius non est idem quod prior. Illud significat tempus: quasi prius quam nunc uti tunc: hoc uero personam. i. ego duorum prior: & hoc quando duo ad unum referuntur. Si quidem ego & hic te uocauimus: sed ego prior: hic autem posterior: ita fit cum unus ad duos referretur. Vocauit te priorem: melius quam prius: illum autem posteriorem: melius quam posterius. Per passuum quod iam hoc nequeat dicere. Vocatus es a me prior: si duo estis: uocatus es a me prior: si duo sumus. Eadem ratio est superlatiuorum primus & postremus: & si qua sunt alia. Vocauit te primus uel postremus si multi sumus: uocauit te primum uel postremum si multi estis. Nonnunquam ex neutra parte sunt duo: sed utriusque singuli: & tamen per hoc idem comparatiuum loquimur: ut uocauit te prior: percussit te posterior: supple quam tu me. Nonnunquam hinc unus est: illic plures: ut uocauit uos prior: supple quam uos me: uocauimus te priores: supple quam tu nos: idem de superlatiuo: ubi multa membra sunt: ut primi nos uenimus: uos postiores: ille ultimus: primus ego intraui uallum: tu serior: illi tardissimi.

Cap. cxxxiii.

Tenetur ne sacrilegii: an furti: an utroque.

Siquis furetur rem sacram de prophano: tenetur ne sacrilegii an furti: an utroque: non autem utriusque: quod sustulerit rem suam de sacro: furti ne tenetur: an sacrilegii: an neutro: non autem an neutrius. Accusare hunc potes: uel furti: uel sacrilegii: uel de utroque: uel de ambobus: non autem utriusque: aut amborum. Condenare non licet de utroque: sed de altero: uel de utroque: non autem sed alterius: uel furti: uel sacrilegii. Cur ita sit: ut demus uarios casus eidem uerbo: praefertim sub coniunctionibus quae eosdem coniungere casus: debent. Nempe quod nota peccatorum cum huiusmodi uerbis idem ualent in genitiuo: quod in ablatiua praepositione habente: uel non habente: non idem in caeteris. Nempe hoc in his modo nominibus quae certum peccatum significant: & speciale: sed in is etiam quae generalis

TERTIVS

& incertum: ut Cic. An non intelligis primū quos homines & quales uiros mortuos summi criminis arguas: Et itez Sceleris atq; nefarii patricidii condemnauius. Per hæc uerba licebit tanti & q̄ti cū substantiuis adiunguntur: p̄ genitiuum uti: ut quantæ pecuniæ cōdemnasti: tantæ summæ dānaui quantæ postulasti. Liui. li. xlvii. Sed nequaq̄ tantum relictum est: quantæ sumæ damnatus fuerat.

Impleo & refertio ablatiuum postulant.

Cap. cxxxiiii

Contrarium p̄pe huic est quod subiiciam impleo: & refertio: & similia uerba ablatiuum sine præpositione postulant: ut impleui nauem frumento: & referti apothecā uino: & tamē aliq̄do addimus illam præpositionem de: sic. Impleui nauem de omni genere frumēti: & referti apothecam de uaria natura uinoꝝ. Vix ausim dicere impleui omni genere frumenti: & referti uaria natura uinoꝝ: hoc quod dicimus exemplo cōprobādum est. Cic. de oratore. Quod si tantā uim reḡ maximæ arte sua rhetorici amplecterent: quærebat cur de p̄emiis & de huiusmodi nugis sic. n. appellabat: referti essent eoz̄ libri. Hic nequaq̄ licuisset sine præpositiōe loq̄. Non. n. libri illi referti sunt p̄emiis & epilogis: sed præceptis p̄emiōꝝ & epilogōꝝ. sicut in superioribus. Non ē uauis impleta omni genere frumenti sed frumento ois generis: neq; apotheca referta omni natura uinoꝝ: sed uino omnis naturæ. Quia de refertio & impleo feci mentionem: dicam hoc amplius de refertus & de plenus. Exemplum quod modo attuli: ostendit refertus postulare ablatiuum: sicut impletus: sicut uacuatus: sicut uacuuus. Idem tamē Cic. ait p̄ lege manilia: Referto prædonum mari. Et p̄ Plantio: Audieram refertam eē Græciam sceleratissimōꝝ hominum ac nefariōꝝ. Sed nunc transit in nomē: tamē si cætera huiusmodi nomina ablatiuum semp̄ habent: ut uacuuus incolis: nō incolaz̄ frequens populis: nō populōꝝ: præterq̄ plenus: cui Ci. semp̄ genitiuum dedit. De cæteris auctoꝝ ribus non possum in uniuersum p̄nunciare: cum multi eēt suæ ætatis ablatiuū dederint. Varro li. i. reḡ rusticaz̄: Nihil sua itereē: utq; his piscibus stagnum habeat plenum: an ramis. Et Salu. in iugur. Quæ q̄q̄ grauia & flagitio plena uidebantur: tamen q̄a mortis metu multabantur: sicut regi libuerat: pax conuenit. Suoz̄ arbitrio scriptores utuntur. Posteriores uero homines: ut hoc nomē nouissimus p̄ ultimo: ita eēt plenus uino dixerunt: non solum plenus uini. Quare q̄ solo genitiuo contentus erit. Cic. imitabitur. Qui utroq; casu utet: cæteros: Seu in utendo habebit & uenustatis rationē & lucis. Quod uel ex pximo exemplo ostenditur Aue gratia plena. Ego ad euitandam amphibologiam dixissem. Aue gratiæ plena: quemadmodum in alio factum est: ubi nō erat ambiguitas: plenu gratiæ & ueritatis: licet diuersa uerba hic sint atq; illic: i altero ē κ̄χ̄ᾱ: i ᾱ ο̄ μ̄ η̄ η̄ π̄ λ̄ η̄ ρ̄ ε̄ ρ̄ ᾱ ῑ ο̄ ρ̄ κ̄ ᾱ ῑ ᾱ ῑ ε̄ ῑ ᾱ σ̄. Liui. ut nomini plenus dat etiam ablatiuum: ita uerbo impleo dat etiam genitiuum ut in. v. Ipse multitudine quoq; quæ ferme semp̄ regenti est similis: religionis iustæ impleuit.

Potior & genitiuum: & ablatiuum habere potest.

Cap. cxxxv.

Potior hos eosdem habere potest: sed cum cæteris frequentius ablatiuum: cum hoc noie res fere semp̄ genitiuum: ut Lacedæmonii reḡ diu potiti sunt. i. reḡ impium diu tenuerunt. In aliis nominibus magis significatio exponitur p̄ obtinuerunt: q̄ p̄ tenuerūt: ut potitus sum uictoria: sum potitus amica. i. pugnādo uel laborando obtinui uictoriam uel amicam. in p̄ senti tpe plerunq; p̄ fruor. Cic. Quod si his uoluptatibus bona ætas fruitur libentius: primum paruulis fruitur rebus: ut diximus: deinde his q̄bus senectus eēt si non abunde potitur non omnino caret. Pro eodem posuit fruitur ac potitur. Potitur p̄ potitus ē: præsertim more historico legimus: potior a potis descendit. Ideoq; illi in significatione similitū est. Nam sum compos mētis: compos animi: compos rationis: compos sanitatis: q̄ hæc habeo. At compos uoti: compos uictoriæ: compos optati: q̄ hæc opa mea atq; labore obtinui: obtineoq;. Illud tamen sciendum est apud Ouidium in. xii. sic legendum. Tuq; tuis armis nos te poteremur achille: non potiremur ante penultima breui nō lō ga: a tertia. s. non a quarta coniugatione.

Traicio.

Cap. cxxxvi.

Traicio exercitum: id est transporto exercitum trans mare aut trans flumen. Traicio mare uel flumen: id est transeo. Aliquando utrunq; coniuictum: ut Liui. Traiecit copias Hiberum: & Plautus. Traieci exercitum Isaram.

Do tibi litteras: do ad te litteras.

Cap. cxxxvii.

Do tibi litteras tanq̄ tabellario: do ad te litteras. s. ad te p̄ferēdas. Aliq̄do hæc duo coniunguntur: ut Cice. Dedi illi ad te litteras. Et Salu. Vulturno litteras ad Catilinam dat. Ergo q̄ mittit litteras: dat: cui litteræ dantur: si p̄fert reddere dicitur: sicut ille ad quē dantur: accipere.

Eo in uillam: eo ad uillam.

Cap. cxxxviii.

Eo in uillam: & eo ad uillam. p̄ficior in campum: & ad campum: consero me in agrū & ad agrum: & item in similibus præterq̄ in hoc ultimo uerbo: quotiens refertur ad p̄sonā Dicimus. n. contuli me ad Catonem: & contuli me ad patrem: non autem in Catonem & in patrem: ad distinguendam ueram significationem. Nam cum dico contuli in p̄sonam non addere alteram p̄sonā uelut me: sed rem uelut beneficium: eritq; significatio donatiōis: ut multa contuli in Catonem. i. multa donauit Catoni. Nemo in patrem potest tāta beneficia conferre: quæ ea contulit pater in filium.

Refero tibi: refero ad te.

Cap. cxxxix.

Ettulit mihi & rettulit ad me ita differunt: id est narravit: hoc uero in consultationem tulit: ut Quinti. Relaturus uobis iudices ordine malorum meorum euentum quem nemo tam crudelis: nemo tam saeuus audiet: ut me non pascat. Sed hoc nemini ignotum est. Idem: Vultis scire iudices nihil in patientia charitatis fecisse patrem: non rettulit ad matrem: non propter quos consuluit non amicos. Cic. in Ca. Refer inquit ad senatum. id est in consultationem senatus. Virg. iii. aenei. Delectos populi ad proceres primumque patrem Monstra deum refero. Et ne dubitares de sensu sermonis huius: more suo aperit subiungens. Et quae sit sententia posco. Pauloque post. Surge age: & haec laetus longeuo dicta parenti Haud dubitanda refer. Sunt. n. deorum uerba non consilium ab Anchisa petentium sed illud quod agendum sit docentium. Ideoque addit illud haud dubitanda. Porro utraque haec sententiae in uerbo uersatur: aliquid est in facto: sed diuersa est significatio: ut Quinti. Ad patrem arma non rettuli. id est reportauit. Et Cic. Si ad unum omnia referenda sunt: dignissimum esse pompeium: hoc est si in unum omnia conferenda sunt: de te intelligitur: non de oratione. Quid illud quale est eiusdem pro Deiotaro: Qui rumores ad se referrent. Et quale est Caesaris. Ut quae diceret Ariouistus: cognoscerent: & ad se referrent. Hic de uerbis agitur: & tamen non significatur ferri in consultationem sed potius narrari & renunciari mandata ab altero data. Praeterea hic solet adhiberi accusatiuus uel nominatiuus. Ibi crebro in praesertim ablatiuus cum praepositione de: ut de omnibus his referam ad senatum. Omnia autem haec referam ad senatum: rarius dicitur: tamen significat idem quod est in senatorum consilium feram.

Interdico tibi aqua & igni.

Cap. cxl.

Interdico tibi aqua & igni: non autem interdico tibi aquam & ignem: neque interdico te aqua & igni. Quo autem modo mutabitur in passiuum haec oratio: Sunt tres modi: quantum colligere possumus: mutandi actiuum in passiuum. Unus ubi adest solus accusatiuus: ab eo in nominatiuum mutato incipiendi: ut dedi tibi equum: equus a me tibi datus est. Alter ubi sunt duo accusatiui: alter in nominatiuum conuertendi: alter relinquendi: ut docui te musicam: tu a me doctus es musicam: non autem musica docta est a me te. Tertius utque libet horum accusatiuorum mutandi in neutrum alterque uel relinquendo: uel in ablatiuum cum a uel ab transferendo: sic. Ego rogaui te ueniam: tu rogatus a me es uenia: uel uenia abs te rogata est mihi: licet per hoc secundum tu magis uidearis rogasse pro me quam ego te. Quem horum modorum huic uerbo tribuimus: Nullum: & tamen tres istis similes: unus hic est. Tibi interdictum est aqua & igni: quod est frequentissimum. Alter hic: Aqua & ignis tibi interdictus est. Ut Liui. li. viii. Interdictumque populo antiati mare. Quod si esset mari prioris modi foret exemplum. Tertius hic: Tu interdictus es aqua & igni sed tamen hic modus est ceteris rarior. Metellus numidicus. Illi uero omni iure atque honestate interdicti sunt: ego neque aqua: neque igni careo.

Pluit. Cap. cxli.

Pluit caret supino habens appositum ablatiuum: ut Li. Nunciatum est in Albano laquidibus pluuisse: licet nunc dicamus Deus pluit carnem: pluit manna: pluit escam. Ningit uero suppositum & appositum respuit.

Decet: iuuat: conducit.

Cap. cxlii.

Ecet: iuuat: conducit pro utile est: & si qua sunt alia: nec personalia sunt plane: nec impersonalia cum habent numeros. Haec uestes decet nos: isti cibi iuuant te: studia secreta maxime conducunt.

d

Explicit expliciunt nunquam quae sciam legi.

Ausculto te ausculto tibi. Cap. cxliii.

Ausculto te: audiote: ausculto tibi: obtempo tibi: sum audiens te: quae te audio: sum audiens tibi: quae tibi obedio: ut lex. xii. tabularum apud Quinti. Filium minus dicto audientem liceat abdicare. Cic. in philippicis. Et audiens esset huic ordini. Et pro Deiotaro. Aut quae dicto audientes in tanta re non fuissent. Cum uerbo repisset apud scriptores praesertim orationis tale loquendi genus non memini: sed apud Plautum in comedia: quae scribitur captiuo duo memini: cum dicto haud audiebat: facto non laedat licet. Hinc est quare unum obedio ex compositis ab audio postulat datiuum.

Dono tibi munus: dono te munere.

Cap. cxliiii.

Dono tibi munus notum est quod significat: dono te munere praeruntque praemii gratia sed interdum admirationis: interdum beniuolentiae: interdum misericordiae. Cic. pro Archia: Scylla cum gallos & hispanos ciuitate donasset: uidelicet in praemium. Quae exempla sunt plurima: ut militariis donis: corona uallari: immunitate donatus sum. Idem pro eodem. Itaque si ciuis Romae Archias legibus non esset: ut ab aliquo impatore ciuitate donaretur: proficere non potuit. Certe impator non remunerationis causa Archiam ciuitate donasset: sed admiratione ingenii & beniuolentia. Virg. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Nimirum non praemii gratia. Nam tres praemia primi Accipient. Beniuolentiae ergo: non meriti illoque gratia: cum postremi nihil omnino mereantur. Quale est Vale. Maximi li. ii. Rex. Antiochus bello: quod cum romans gerebat: filium Scipionis a militibus suis interceptum: honoratissime excepit: regiisque muneribus donatum: ultro & celeriter patri remisit. Vtrique amicitiae gratia. Et Amphytrion apud Plautum: Verge ita aiatu fui: itaque nunc sum: ut ea te patera donem. Et paulo post: Alcmena inquit pateram profecto seras: qua hodie meus uir donauit me: in quorum utroque sola in donando beniuolentia declarat. Idem Plautus in aulularia. Dii immortales quibus & quibus me donatis gaudiis. Quinti. in gladiatore: Quod me facere conuenit: quod pro maria latrociniis infestis petitus sum solus: quae lucem libertate: denique quae quod pati debeo non ignarus: ut primo natalis horae tempore:

TERTIVS

sed uidens sentiensq; acciperim; nec solum donatus his bonis; sed summis piculis liberatus sum. Verba hæc hois exaggerantis beneficia amici; ut se maxime illi ostendat obstrictum. Sola ergo fuit ratio beniuolentiæ. Idem in pariete palmato: Quem blande ille se posuit miserum suum: q̄ diligenter uxoris gaudens exclusit oculos; q̄ multo cæcū pudore donauit. Hic habita est misericordiæ ratio. Sueto. in uita Augusti: Et ne enumerem quot & quos diuersarum partiū uenia; & incolumitate donatos. Cornelius nepos de uita Attici: Auxit hoc officiū quoq; liberalitate. Nam uniuersos frumento donauit: Profecto clamentia nō remunerationis gratia.

Incumbo. Cap. cxlv.

Incumbo studiis; & incūbo remis. Vir. Validis incūbite remis. Incūbo in studia & ad studia; sed nō incūbo in remos & ad remos. Ci. Pergite ad remos adolefcetes; & i hæc studia in q̄bus estis; incūbite; Et alibi: Quare incūbamus o n̄r Tite ad illa p̄clara studia; & eo uide discere nō oportuit; aliquādo reuertāur. Neq; hoc in bonū tātūmō accipit; sed et i malū; ut idē. M. Catōi incūbeti ad eius p̄niciē. Sed illud; incūbite remis; nō ē p̄ trāslationē dictū; ut hoc; nā ut cū remiges incūbūt remis; uel cū nos opi faciūdo incūbimus toto pectore; significat diligētia & conatus; ita cū acutius qd̄ mēte agimus; incūbere dicitur; quēadmodū ecōtrario supini dicunt q̄ negligēter agunt.

Timeo te; timeo tibi; cōmendo; cædo. Cap. cxlvi.

Timeo te tanq̄ iimicū; timeo tibi tanq̄ aīco; illic tanq̄ offēsurus sis; hic tanq̄ defendēs. Cōmēdo te regi. i. cōmitto; cōmēdo te apud regē; id ē laudo. Cedo tibi; unde & cōcedo tibi p̄ nō repugno tibi; facitq; p̄teritū cessi; cædo te p̄ flagello te; cuius p̄teritū ē cecidi p̄ flagellauit; & supinū cæfū; Vnde cæsus uel q̄ flagellatus; uel q̄ ap̄tutus est; siue occisus; raro p̄ occido hoc uerbū accipit. Ci. in philip. Cædit greges armētōz. Dimitto te discedēs. i. relinquo dimitto te discedētē. i. abire p̄mitto; uel dimitto te. i. mitto; inde dimissi legati dicunt. Incessit mihi cupiditas. i. subiit; Incessit me ille. i. me offēsurus; me petit & accusat. Inest huic loco; & inest i hoc loco Primū apud Quin. cæterosq; frequētius. Ait enī; Vex hoc melius faceret natura ip̄a duce; sed naturis ipsis ars inerit. Secundū ap̄d Ci. ut ibi; illud hōestū qd̄ sæpe diximus; si i alio cernimus; tamē nos mouet atq; illi i quo id inesse uidet aīcos facit. Cōparo hāc rē illi; & cū illa cōfero isti & cū isto. Ego sū similis tibi & tui; hoc ē cōe oībus & oīum; uel cōe mihi tecū; & cū cæteris; Ego sum p̄iceps laborum tuoz; & tibi sum in laboribus p̄iceps Quin. Et in pl̄erisq; ruris opibus marito p̄iceps. Curtius: Quod fuisset illis in piculis p̄iceps. Accedit huic rei; & ad hanc rē; uel accedit huc; uel eo; uel eodē Quin. Atq; ut accedat dolori meo tumultus quæ hoc facit uxor mea ē; Cice. Vt ad illā optimā p̄clarāq; p̄dā dānatio Sexti Roscii uelut cumulus accedat; Impēdo curā uel opam; uel laborē; & similia huic rei; & in hanc rē; qd̄ in Quintilianū sæpe repias. Partior laborē multis negociis & in multa negocia; ut apud eundē. Adicio huic rei & ad hāc rē. Respōdeo tibi; & ad te; Cælo te hāc rē; & cælo te de hac re. Tu es natus ad laudē & laudi; Cice. p̄ Sextio; Nā qd̄ ageret uir ad dignitatē & gloriā natus; Et in eodē; Qui se patriæ; q̄ ciuibus suis; q̄ laudi; qui gloriæ; nō q̄ somno; & cōis uiri & delectationi natos arbitrant; Aggregabo te illis uulgo dicimus; Idē; Aggregare te soleo i numero; nostrum; Idē pro Archia; Ascribi se in eā ciuitatē uoluit; & pro eodē; Cū fuerit in aliis quoq; ciuitatibus ascriptus; Idē in philip. Tu uero ascribe me in talē numerum; Idē pro Rabirio; Siq; hunc rephendēdum putat; ascribat ad iudiciū suum nō mō meā; sed huius etiā ipsius qui cōmisit inīam. Itē cōtra Rullū; illum sibi collegam ascriberes; Tibi hoc ascribendum est; id est tibi tribuendū & imputandum.

Cœpit eum pœnitere.

Cap. cxlvii.

Cœpit eū pœnitere; posset te pigere; Desinet me tædere sapius dicitur q̄ cœpit ille pœnitere; posset pigere; desina tædere; Quiu. in milite mariano; Neq; si sit cupidissimus; uitæ pœnitere eum sui facti pōt; Ci. de petendo cōsulatu; Si hic eius liber ē cuius auctoritatis ne minem posset pœnitere. Idem in Verrē; lāiam Dolobella me neq; tui; neq; tuoz; libero rum; quos tu miseros in aegestate atq; in solitudine reliquisti; miserere potest; Simile est illud Terentii; Ita me dii bene amabunt; ut me tuaz; misertū est Menedeme fortūaz; me p̄ a me misertū dixit.

Quod in oratione uerba nonnunq̄ desint.

Cap. cxlviii.

Esunt nonnunq̄ in oratiōe uerba; sed nō sine gratia; ut Horatius; Quo mihi fortūa; si non p̄mittitis uti; id ē aliqd̄ uultis eē mihi bōa fortunæ; Hic modus incipit p̄ quo; alius incipit p̄ unde; ut idē; Vnde mihi lapidē; quorsū ē opus; unde sagittas supple putas uel dicas mihi eē; luue. Vnde tibi fōtē; libertatēq; p̄ntis Cū facias peiora senex; Ci. ad Fab. Martis uero signū quo mihi pacis auctori; Qui. Quo p̄ fidē diuitias cæco; Et alibi; Quo nūc tātū frumētū; quo classē cōmeatu grauē; Idē; Vnde hunc illi aīum; Et alibi; Vnde tātū uig; cæco; ut i uno statū ictu mors tota pagratur; Idē tamen ait alio loco; Vnde misere tunc; unde sōnus; supple erat uel ē; Est tertius modus; ut apud eundē; Seq̄tur quæstio an utilis rhetoricæ; Nā qd̄ uehemēter in eā iuehi solēt; & qd̄ sit idignissimū; in accusationē orōnis utunt orādī uiribus; Eloquentiā enī eē q̄ pœnis eripiat scelestos; cuius fraude dānent interī bōi; cōsilia ducant in peius; supple dicunt enī eloquentiā. Ci. Habēdas eē q̄ laxissimas amicitia; habēas; caput enī eē ad bene uiuendū securitatē; supple dicunt enī caput; Qui modus loquēdi ap̄d græcos ē frequētissimus; Idē uerbū aliq̄do redūdat; ut de oratore Cicerō; Titū

LIBER

illum q̄ studiose pila luderet. Et idem: Signa sacra noctu frangere p̄ta: et gregalesq̄ cū in campū nō uenisset req̄rerent. excusauit Vesp̄a. Teren. q̄ eum brachium fregisse diceret. Satis erat dicere q̄ brachium fregisset. Et nō longe illic: Cui cum q̄dam familiaris quæreretur. q̄ diceret uxorem suā suspē disse se sic: amabo te inq̄: da mihi ex ista arbore quos seram surculos. Sat erat sine illo dicere. Sed illud dixerunt libenter apponit Cice. Quartus cum supplet ut respondeo: ut idē frequēter Quod ar scribis de illo negocio: ego nescio: qd̄ consilii capiam: uel ego iam antea tenueram: supple respōdeo: raroq̄ uel nunq̄ hoc uerbum p̄fertur. Aliq̄do subintelligitur simile uerbum: ut apud Quint. Sed si cōfessionem culpæ meæ exigitis: ego fui pater durus & patrimonii: q̄ iam melius ab his administra ri poterat tenax custos. Supple cōfiteor: quod est q̄ntus modus: ut apud Cic. in obsequio. Quoniā Te rentiano uerbo libenter utimur: assentatio absit: ueritas retineatur. Subintellige ita loq̄mur: quoniā Terentiano uerbo libenter utimur. Et alibi: Satiari delectationē non possū: ut meæ senectutis req̄ oblectationemq̄ noscatis: subintellige hoc dico: ut noscatis. Sextus modus: ut apud Pli. iuniorē Stude: an piscaris: an uenaris: an simul oīa: supple facis. Quint. Nihil aliud q̄ renuet. i. nil aliud faciet: q̄ renuet. Et itez: Et acceptis litteris meis iuuenis filius nihil aliud q̄ cum matre fleuisset. i. nihil aliud fecisset: q̄ cū matre fleuisset. Marti. Nil aliud bulbis q̄ satur esse potes. i. nil aliud facere. Cui confine est illud: ubi p̄bato aliquo aduerbio qualitatis: subaudit̄ p̄ conditione materiæ aut dixi: aut feci. Bene Ennius: præclare Anaxagoras: fortiter Scipio: & prudēter Fabius: supple dixit aut fecit: p̄t ex his quæ aut iam diximus: aut dicturi sumus: colligitur. Et p̄ compatiuū: Dii melius: supple fecerūt: aut faciāt: aut certe uelint. Nec de deis solum. ueq̄ etiam de hominibus: ut apud Quin. Tu melius uxor quæ factuz̄ retinebas: supple fecisti. Interdum etiam p̄ nomen: nam illud melius aduerbiū est: ut Dii meliora. Luca. ipse uerbum apposuit: Dii meliora uelint. Nec p̄cul ab huius natura abest: quādo utimur hoc nomine res siue in nominatiuo: siue in accusatiuo: forte etiam in aliis casibus: ut Restat mihi exponenda uita quam hic egit in magistratu: res digna auditu in primis uel reliquum est: ut exponam uitam huius qua fuit in magistratu: rem dignam auditu in primis.

Cur de futuro non p̄ uerbum futuri t̄pis auctores interdum loquantur. Cap. cxlix.

Annibal apud Titum Liui. alloquens milites: inq̄. Si tales animos in prælio habebitis: quales hic ostēditis: uicimus. Quin. Si tales milites omnes habemus: mari uicimus. Cur de futuro non p̄ uerbum futuri t̄pis locutus est: Nempe ad asseuerandam rem: ut non futura: sed iā esse uideat: multoq̄ plus ponderis habet: ut dicamus uicimus: q̄ uicemus. Idem Quin. Dimitte tantum: & euocasti. i. euocaueris. Cice. Vnum ostende in tabulis: aut tuis: aut patris tui emptum: & uicisti p̄ uiceris. Idem p̄ Sextio: Restitisses: Repugnasses: mortem pugna oppetisses: p̄ eo q̄ est resistere: repugnare: mortē pugna oppetere debuisses. Oui. iiii. meta. Præmia quæ eripies: quæ si tibi magna uidentur: Ex illis scopulis ubi erant affixa petisses. i. petere debuisses. Terē. in andria: Prædiceres: p̄ eo quod prædicere debebas. Et alibi: Fortasse aliquanto iniq̄or erat p̄ eius libidinem pateretur: p̄ pati debebat. Item Cic. iii. offi. Male ēt Curio cum causam transpadanorū æquam esse dicebat: semp̄ addebat uincat utilitas: potius diceret non esse æquam: q̄a non est utilis reip. i. dicere debebat. Huic simile quale apud Oui. de remedio: Gnosia fecisses inopem sapienter amasset. i. si fecisses inopem. Hora. Decies centena dedisses. Huic p̄co paucis centeno quinq̄ diebus. Nil erat in loculis. i. si dedisses. Illud magis poeticum: ut Vir. Tu quoq̄ magnā p̄tem ope in tanto sineret dolor Icare haberes. i. si sineret. Iuue. Græculus esuriens in cælum iusseris ibit: id est si iusseris. Adhuc diuersum huic est: quale est apud Cic. Conchiliatis. Gn. Pompeii peristromatis seruorū in cellis stratos lectos uideres. i. uiddisses. Quin. semp̄ uiddisses: ut ibi uiddisses non quemadmodum tennes umbræ corpus accipere cogitationibus solent. Apud hunc sæpe est hic modus loquendi. Si p̄seuerassem: duos excæcaueram pro excecasssem. Quale est illud Horatianum. ii. carminū: quo metri causa Prisdici putat. Metuentis illa p̄sus crebro sustulerat: nisi dextra leuasset. Apud illum q̄dam pene cōtrariū: ut ibi dictatoris nomē quod sæpe iustum fecisset: p̄fuerat. Nam de imp̄fecto subiunctiui q̄ solet poni p̄ imp̄fecto indicatiui: in pximo libro iam dixi: cum hoc exemplū fuerat: non q̄a amicus non esset. Cice. de rep. lib. vii. Et q̄ de uita fessus essem: & ad multam noctem uigilassem: professus eram: & uigilaueram.

Oportet legere libros: non oportuit factum. Cap. cl.

Oportet legere libros: expedit euoluere auctores utile ē cognoscere plurima: opepreciū ē habere quos imitemur: necesse est adhibere usum: conducibile est descendere in certamē: & agitare cū aliis controuersias. Vel p̄ passiuū: oportet legi libros: euolui auctores: cognosci plurima: haberi quos imitētur: adhiberi usum: agitari cū aliis cōtrouersias. Hūc posteriorē modū magis ars grammatica p̄bat: illum magis auctoritas. Secus in præterito. Nanq̄ non ita legimus sæpe fecisse hoc oportuit. Cic. in Verrem: Tamen id factum non oportuit. Et i eodē: Apollinis signū ablatum certe nō oportuit. Et alibi. Totā rem illi integrā seruata oportuit. Non dissimile sane est illud p̄ altez̄ uerbum: de uolo loquor: ut idem liberis consultum uolumus etiam si posthumi futuri sunt. Idem percurrat tamen breui: ut non minus hominem ipsum q̄uis communem defensum uelitis. Quin. An incidisse in sordidum nomen: nō eo contēptum hoīs quem destructum uolebat auxisse.

TERTIVS.

Propositiones: rationesq; interdum misceri.

Cap. cli.

Am ubi uinci necesse ē: expedit cedere: siue plura sunt de qbus quæritur facilius erit in cæteris fides: siue unum: minor pœna solet irrigari uerecūdiæ. Miscuit hoc loco Quin. ppo-
sitiones rationesq; cum sit usitatissimū sic dicere: siue plura sunt de qbus quæritur. siue unū
n. plura: facilius erit in cæteris fides. Sin unum: minor pœna solet irrogari uerecūdiæ. Atq; itez: Fir-
mis at iudicis iāq; extra piculum positus: suaferim & antiquos legere: ex qbus si assumant solida ac
uirilis ingenii uis: deterio rudis sæculi squallore: tum hic noster cultus clarus enitescet: & nouos qui
bus & ipsis multa uirtus adest. Alius dixisset: suaferim & antiquos legere & nouos: antiquos quidē:
& cætera: nouos uero: & cætera. Cic. in Antonium: O te miserum siue illa tibi nota nō sunt: nihil. n.
boni nosti: siue sunt: qui apud tales uiros tam imprudenter loquere.

Non dicendum esse uidetur tibi q bene faciam: sed uideor tibi bene facere.

Cap. clii.

Non uidetur tibi q bene faciam: & mihi non uidetur q bene loquaris: sicut uobis uidetur
q male facimus: ita nobis uidetur q male facitis: uidetur tibi q ille bene scribat: & mihi
uidetur q bene isti arent. Rusticanus hic sermo est: & agrestis. Eruditi. n. sic loquunt. Nō
uideor tibi bene facere: & tu non uideris mihi bene loqui. Sicut uobis uidemur male fa-
cere: ita nobis uos uidemini. Illud uidetur tibi bene scribere: & isti mihi uidentur bene arare.

Hic mihi gloriatur.

Cap. cliii.

Hic mihi gloriatur se oēs sine repulsa honores obtinuisse. Et alibi idē Cic. narras Bruto rem
in qua ille affuerat: inq; Ecce tibi Pomponius noster: illud mihi & tibi non magis ad me
uel ad te: q ad cæteros priet: sed est oratio sumpta de medio: qua uulgo utimur. Tu mihi
semp dormis: ille mihi assidue sedet. Cū sup cœna essemus: ecce tibi hostiū crepuit. Hic sermo neq;
ad me: neq; ad te: neq; ad quenq; refert. Ideoq; differens est ab illo significato: quale ē apud Virgiliū.
Neu mihi tū mollis libeat iacuisse p herbas: Neue tibi ad solem uergant uineta cadentem. Hic præ-
cipitur ad uniuersos sub prima & secunda psona: ibi non picipit: nec ad aliquem sermo est.

Qualiter sit accipiendum superioribus diebus ueni in cumanum & cætera.

Cap. cliiii.

Superioribus diebus ueni in Cumanum: & itez q his paucis diebus pontifex factus est. Et
in futuro paucis diebus erā domesticos tabellarios missurus. Et itez triduo: aut ad sum-
mum quatruiduo pituz. Hæc Ci. Et Salu. Legati triduo nauim conscendere: nō ē accipiē-
dum p superiores dies & p paucos dies: p triduum & quatruiduum sed intra p superiores dies:
intra paucos dies: intra triduum & quatruidū. Nam illud q aliq dicunt tps cōtinuatū & solidum si-
gnificari p accusatiuum: secus p ablatiuum: plane falsum est. Cic. n. atq; Vir. sæpius accusatiuo: & q-
dam indifferenter utuntur: posteriores uero pleriq; ablatiuo. Aliquādo in huiusmodi genere sermo
nis omittimus post: sic. Intra decem dies q uēit: cōfecit omne negocium. In paucis diebus q Rhodū
appulit: uxorem duxit. i. postq uēit: postq appulit: quæ exempla apud historicos sunt plurima.

Quid ē aīal nisi corpus cum aīa concretū recte dici: qd est aīal q corpus nō recte.

Cap. clv.

Quid est aīal: nisi corpus cum anima concretum: recte & latine: qd est animal q corpus cū
anima concretum: non recte. Adde aliud: uel aliter: uel secus: & utroq; modo licebit dice-
re. Quid est aliud animal: q corpus: uel nisi corpus cum anima concretum. Cic. Quid est
aliud gigātum more bellare cum diis: nisi naturæ repugnare? Idem facit comparatiuum
ut quid est melius q gaudere: uel nisi gaudere: ut Quin. Nihil est facilius: nisi totam causam oīo non
agere. Præter q eandem aut ppe parem uim obtinet quam nisi: cuius exempla ut facilia prætermi-
timus: unum illud admonentes: ubi est præter: ibi locum habere præterq ad hunc modum: ut nulli
us rei sum auarus præter laudem uel præterq laudis. Nulli places præterq mihi: uel præter me.

Transferre.

Cap. clvi.

Vem morem sp̄tiatæ trāstulerunt in foeminas. Et alibi idem Cic. Quod nisi in amicitia
transferat. Quæ in alios transferatur: non solent remanere penes eos: a qbus transferunt.
Mos autem ut unlt Cice. ita transfertur: ut penes priorem quoq; remaneat. Et in li. i. offi.
Quod ab Ennio positum in una re: transferri in multas potest. Et in eodem. Mediocritas ad omnē
usum cultumq; uitæ transferenda est. Lucanus in: x. Nondum translatos romana in sæcula luxus.

Committo qualiter accipiatur.

Cap. clvii.

Non cōmittas ut cum oīa tibi a nobis suppeditata fuerint: ut tibi defuisse uideare. Et itez
Non cōmittas ut dicendum sit non putaram. Hæc Cice. Quin. quoq; Non cōmittam ut
illa dudia faciā defensionis sollicitudine. Et alibi Nihil tibi minus cōmittēdum: q ut ulci-
scaris hoc flagitium: in eo præsertim: q apud malignos poterit uideri te pmittente fecisse. Cic. tamē
quodam loco non p ut: sed p quamobrem locutus est: dicens. Nihil tibi esse committendum consi-
derare debes: quamobrē eorum quos laudas: te non simillimum non præbeas. Idem pollet quamob-
rem quod ut: & licebit illud tollere: & hoc subiicere. Ex quibus exemplis datur intelligi hoc uerbū
sequēte ut uel simili dictiōe: semper accipi in malam ptem: nec recte dicas fac committas ut omnes
te laudent: aut sic. Non commisisti unq; ut lauderis: propterea semper habet secum negationem.



Oriundus quod non hēt uim picipii: credo alii dixerunt. Cuius utendi hic modus ē. Ego sum ortus Romæ: oriundus a Placentia. Titus Li. Nati Carthagine; sed oriundi a Syraculis. i. a Syraculis originem trahentes: unde fuerunt pentes: uel sine præpositione: ut idem. Alba oriundum sacerdotium. In psonis fere cum præpositione. Idem lōge is princeps latini noīs erat. si famæ credimus ab Vlyse deaq; Circe oriundus. Idem. Quid hoc si polit nobilitatē istam uestram quam pleriq; oriundi ex albanis & sabinis: non genere nec sanguine: sed p cooptationem in patres. Nonnunq; p indeclinabilia: ut inde ego sum oriundus: unde tu. Liui. tamen si recte scribitur: ait lib. viii. Palæpolis fuit haud pcul idem: ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus idemq; populus habitabat: cuius erant oriundi.

Memini.

Cap. clx.



Memini p recordor: tum gr̄m: tum accusatiuum postulat: ut Teren. Faciā ut meiq; & huius diei ac loci semp memineris. Cic. Oīa quæ curant: senes meminerunt uadimonia constituta: q; sibi cui ipsi debeant. Quid iurisperiti: qd pontifices: qd augures: qd philosophi senes q; multa meminerunt. Idem uerboz; p eo quod est mētionem facio recusat accusatiuum: postulatq; gr̄m uel ablatiuum cum præpositione de: ut Quin. Neq; oīo huius rei meminit poeta ipse. Et itez; de qbus multi meminerunt. Hinc uidetur deriuari mentio quasi a meno præfenti & geminato præterito memini: unde supinum mentum: ex quo mētio: & mens quæ omnium recordatur: & mentum: q; in mentione faciendā: hoc est in loquendo: p̄cipue mento utimur. Nullū enim animal mouet ptem oris superioris: nisi cocodrillus: sed inferiorem sicut & nos mentum. Hinc etiam mentior: q; contra mentem loquor. Forte & hinc uenit menta: sed nolo eius ethymologiam aliquam afferre: ne cui forte uidear argutulus.

Alter: alius.

Cap. clx

Alter de duobus dici: alius de multis notum est omnibus: licet non oēs recte utant. Macro. de saturnaliis. Cum igit; afferuerimus quattuor in corpe fieri digestiones: quæz; altera pendet ex altera: dicendum erat quæz; alia pendet ex alia. Idē in alio ope de naturalibus: illæ uero isolubiles causæ sunt: q; mutuis inuicē nexibus uinciunt: & alterz; altera facit. ac uicissim de se nascunt: nunq; naturalis societatis āplexibus sepat. Nā Oui. de nouē picæz; trāsformatiōe loquēs: Quāq; excusare metri necessitas: pōt: tamē q; singulæ singulas ac certæ certas ituerent: itellexit cū inq;: Alteraq; alterius rigido cōcrescere rostro Ora uidet. Sue. de uita Caii. Nec cessauit ex eo alterz; alteri criminari: atq; inter se oēs cōmittere. Nescio an sic accipiendū sit unū uni: & rursus hūc illi. Pli. quoq; li. xi. inq; de formicis: Quā ex diuerso cōuehūt altera alterius ignara. Quare dicamus aliq̄do sic loq; eē pmissū. E diuerso nonnunq; de duobus dicimus alius & alius: nec dice aliter possumus: ut dubitat; uter excellat Salu. an Li. & alius aliū pponit: nō at alter alterz;. Ratio postulabat: ut diceremus alius alterz;. Nā alius ad plurimos referē: q; de duobus iudicat. alter ad unū de duobus: de qbus iudicat. Sed q; uidebat. inueniunt sic loq; maluerūt mutare alterz; in aliū. Afferamus exēplū. Sal. in cati. de Cæsare & Catone loquēs inq;. Genus: ætas: eloquētia ppe paria fuere: magnitudo quoq; animi & gloria: sed alia alii: uel ē ea rō quā dixi: uel hæc q; idē est alia alii: q; diuersa diuerso: ut alia ē facies mea: alia est facies tua. i. diuersa. Proprie igit; alter referē ad unū de duobus: ut Hānibal in trāsitu Apēnini amisit alterz; oculū: siue ad unā duaz; prium: quod supius ēt significauī. Vbi hoc Ciceronis exēplo usus sum. Duplices similitudines eē debent: unæ rez; alteræ uerboz; & quale est Vir. exēplū: Aurea mala decē mili: cras altera mittā. Aliquando accipit alter p secundo ex duobus pluribus: ut unus: alter: tertius: quartus: unæ: alteræ: tertiæ: quartæ litteræ. Et hic est alter annus belli punici: Ego altero mense repudiaui uxorem. i. secundus annus ab origine belli: & secundo mense a ductiōe uxoris. Aliq̄do p ipsis duobus: ut unus aut alter. i. unus aut duo: unus & alter. i. unus & duo: q; etiam in aduerbiis respōdet semel aut itez;. i. semel bis. Item semel & itez;. Ci. in Bruto semel aut itez; Philippus. Dubitari pōt tamen cum dicitur itez; consul an secunda uice: an bis cōsul intelligatur: quæ dubitatio & in cæteris non erit. Tertium. n. consul & quartum cōsul sic differt ab illo ter consul & quater consul. quod in altero significatur & tertia & quarta uice: in altera tribus & quattuor uicibus. Aliqui tamen dubitarent an in hanc significationem uice & uices repiatur.

Qualiter sit dicendum ubi sit suus aut sui.

Cap. clxi.



Hyrundines uere ineunte redeunt in suum pristinū unaquæq; nidum imigrantes. Muta illud unaquæq; sic: in suū pristinum nidū unaquæq; imigrates: aut sic: unaquæq; in pristinum nidū imigrantes: iam non erit latinum. Item offendi parētes suo utrūq; morbo affectos: trāsfer illud utrūq;: ut mō ostendi: iā non erit elegans. Nā si ita mutemus ille pluralis numerus imigrates & affectos: referē ad illam singularem unaquæq; & utrūq;: quod fieri nō pōt. At illo mō superiore secus: referē. n. numerus pluralis ad pluralē: sic Hyrūdines uere ineunte redeunt imigrantes in nidos pristinos: unaquæq; i suū: supple imigras. Offēdi pentes morbis affectos: utrūq; suo: supple affectū morbo. Vir. Dāt sonitū spumosi ānes: & in æquora currūt: Quisq; suū populatus iter. Et paulo post: p se q; uiri sūma nitunt; opū ui. In priore exēplo: si uersus pateret: nō decuisset dicere: q; suū iter populatus: sed populari. Nec in posteriore: Pro se q; uiri sūma nitit; opū ui. Secus autē so-

TERTIVS.

let fieri: ubi abest suus aut se: ut **Quit.** Commendo tibi senem: quem fecimus uterq; medicū. Nec re
 te dicas: comendo tibi senem: que nos filii alleuare debemus uterq; mendicū facientes: uel sic: que
 nos uterq; captiui medicū facimus. Nisi more poetico: ut apud Oui. Vtraq; formosæ me iudice sūt
 uenerandæ & apud Hora. Legati magnis si de rebus uterq; qd apd oratores nō repit: sicut ne illudq;
 dem: licet Aulus Gelius utatur: ut apud Teren. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli: quod qd
 dam exponunt pro eo quod est pleriq; omnium: qdam pro eo quod est omnes.

Vt latine tale quid dicatur: homo illitteratus est: cui tamē paucos anteponas: ut idē elegāter.
 Cap. clxii.

Homo illitteratus est: cui tamen paucos in re: gerundæ scientia anteponas: latinum ē ho
 mo illitteratus est: sed cui paucos anteponas: et elegans est. Item in negatione homo qdem
 illitteratus: quem tamen non postponas multis: latinum ut dixi: elegans et sic: homo qdē
 illitteratus: sed que non multis postponas. Ideo dixi elegans: qd subintelligitur talis: quod
 in alio non fit: ut sit homo illitteratus: sed talis: que & cætera: uel sed his p talis. Ideoq; & hoc elegā
 ter dicit: homo illitteratus: non tamen quem multis postponas. i. tamen is: quem multis postponas
 Aliquando non subintelligitur talis: neq; is: ut hic ager est meus: sed cuius usu careo.

Quod me maxime iuuat. Cap. clxiii.

Video te amatorem studio: quod me maxime iuuat: uel quæ res me maxime iuuat: uel id
 qd me maxime iuuat: uel uideo te qd me maxime iuuat: uel quæ res me maxime iuuat:
 uel id quod me maxime iuuat: amatorem studio: quæ exempla sibi quisq; conquirat.
 Aliquis: quidam. Cap. clxiiii.

Vlqs: qsq; qspiam: ullus idem significant: differuntq; a quidam: ut in alio ope: quod de dia
 lectica prope diem edemus: ostenderetur. Vllus tamen quodammodo claudicat: nec fere
 citra negationem: qua citra baculum ingredi potest: nisi interrogatiue: ut uocat me ullus
 aut substantiue: ut si nullus me uocat: nunq; plane affirmatiue: sicut illa superiora.

Me occupato nullum tempus seponere poteram non latine dici: sed aliter. Cap. clxy.

E occupato in administratione magistratus nullum tps seponere ad studendum poterā
 Vel me occupato in administratiōe magistratus nullū tps mihi reliquū erat: rarissime la
 tini sic locuti sunt: græci frequenter. Sed hoc mō potius occupatus in administratiōe ma
 gistratus nullū tps seponere ad studia poteram: uel occupato i administratiōe magistratus
 nullū mihi tps ad studia reliquū erat. Dixi rarissime: non tamē nunq;. Nam qdam sic locuti sunt: ut
 Hora. de arte poetica. Se puero censor castigatoq; minoꝝ. Quintus Tul. ad Tironem. Non potes ef
 fugere huius culpæ pœnam te patrono. Marcus est adhibedus p te patronus. Simile qdam sapit: q
 le est apud. M. Tullium. Cū & p meipsum egissem: & p Drusum saepe teutassem. Illud. n. p significare
 solet medium quendam aliūq; intercessorem. Nunc uero qs queat medius esse inter se & alium: &
 tamen sic uulgo loquimur: per meipsum rogauit: per te ipsum obtinuisti.

Quod dicatur auxilium do: seroq; non autem opem do.

Vxilium do seroq; dicimus: opem do nō dicimus: sed sero: unde opitulor q; Tullianum uer
 bum esse Seneca auctor est: quo tamen & Salustius utitur: & Plautus: & alii nōnulli.

Audiui a: ex: de patre meo. Cap. clxvi.

Vdiui a a patre meo: & audiui ex patre meo: & audiui de patre meo: idem significare inue
 niet: q; bonos libros euoluet. Cic. tamen præcipue sic locutus est. Similiter apud eundem
 quasiui te ab hostio: ex hostio: de hostio: uocaui te a uia: ex uia: de uia. Sed hoc ultimum
 apud eundem in alium quoq; sensum accipitur: ut philip. Cumq; de uia languerem: & mi
 himet displicerem. Et de repub. Et qd de uia fessus essem: & quod ad multam noctem uigilassem: &
 de academicis. In cumano nup cum mecum Atticus noster esset: nunciatum est nobis a. M. Varrōe
 uenissim eum Roma pridie uespi: & nisi de uia fessus esset: continuo ad nos uenturū fuisse: quasi de
 labore uia. Hic. n. uia significat iter: hoc est actionem ambulandi: illic locum quo ambulamus.

Solus & unus regunt genitiuū & ablatiuū cū pæpositione. Cap. clxvii.

Inter oia adiectiua quæ nō sunt suplatiua: duo fere hæc solus & unus more suplatiuoꝝ
 regunt genitiuū: ut solus oīum non remittit sibi: ut incredibilior sit in picidio cæcus fuit
 cū uideret hæc Qui. Et Pli. Accipēser unus oīum: squāuis ad os uersis cōtra aqs natando
 mea. Similiter ablatiuū cū præpositiōe. Nā ut dicimus ex oībus maximus: & inter oēs maximus: ita
 unus & solus ex oībus uel inter oēs. Vex: unus p solus accipio: ideoq; fere cū illo adiectiua oīs tan
 tūmodo coniungunt. Nam unus ex fortibus: unus ex populo alterius significatiōis ē. Cū substatiuo
 quoq; cōiungit: ut idē Pli. Caluitium uni tantū animaliuū homini: sed quasi subintelligit omnium.

Animaduerto te: animaduerto in te. Cap. clxviii.

Animaduerto te & animaduerto in te differunt: cū intueor te & intueor in te nō differunt
 Animaduerto in te est punio te: sed cū hac differētia: q; punire ē quoruncūq; siue iure: siue
 iniuria. Animaduertere est eius: q; in alteꝝ habet potestātē ordine ac rite. i. cū animaduert

sione punire: Sed hoc proprie refert ad personas. aduerto pro intueor & psonam & rem dicimus.
Filius: natus: pater: genitor: mater: genitrix: parens. Capi. clxix.



Ratores sapius dicunt filius q̄ natus: pater q̄ genitor: mater q̄ genitrix: parens pro utroq̄ etiam saepe homo potius q̄ uir: quotiens ita accipitur ille: de quo agimus aut loq̄mur: q̄ se ē hoc. Illi deduxerunt bominem i palæstram. Poetae potius econtrario. Historici mediā quandam uiam tenent: ut Salustius: Eos mores atq̄ industriam cognoui.

In primis potens.

Cap. clxx.



N primis potens: si de masculino loquaris: intelligitur iter primos: si de foemina iter primas si de neutro: inter priā. Nam idē pollet in primis & inter prios: uel iter prios uel iter priā. At si fuerit adiectiuū: utiq̄ accipietur in neutro: q̄le ē illud Vir. In primis uenerare deos: nisi sit tale q̄le ap̄ eūdem. In primis regina getū Accipit in teucrosaiū. In primis nō inter prias: aut inter prias accipiēdum ē: sed inter prios. Vna. n. inter mares foeminis aliis: aut inter primos & inter primas.

Hic non ē cum illo compandus. Cap. clxxi.



Ic nō est cum illo compandus: melius de maiore ad minorem dicit: ut Vergi. cū Homero. Hora. cum Pindaro non est compandus q̄ e diuerso: sic Homerus cum Vergilio: Pindarus cum Horatio non est comparandus: e diuerso tamen nonnunq̄ reperitur.

Intercedo.

Capi. clxxii.



Itercedit mihi tecū amicitia: intercedit tibi cum illo affinitas: intercedit mihi mecū necessitudo: hoc ē amicitia: affinitas: necessitudo inter nos ē media quaedam quae nos cōciliat. Tribuni intercesserunt. Cepio intercessit. Cato intercessit: hoc ē in mediū se uerbis: & ui opposuit. Amare inuicem: mutuo: pariter inter se. Cap. clxxiii.



Amanus nos inuicē: amatis uos mutuo: amāt se pariter. Cum uero adhibemus ppositio- nem iter tollimus accusatiuū qui regitur a uerbo: ne turpe foret: si replicaret: sic. Amāus inter nos: nō aut amāus nos inter nos: amatis inter uos: amant inter se: nō at amatis uos inter uos: amāt se inter se. Cicero ad fratres: Pueri ualde inter se amant. Et de aicitia: Neq̄ solū inter se diligent & colent: sed etiā uerebunt. Terē. in adelphis: Video eos saepe: intelligere i loco uereri: inter se amare. Idem in eadem Quasi nō norimus inter nos. Bene habeo: bene habes: id ē bene ualeo: bene uales. In tertia autem psona etiam sine supposito bene habet: id est bene res se habet: In tertia autem persona etiam sine supposito bene habet: id ē bene se res habet: quod exemplū ubiq̄ frequens ē. Cap. clxxiiii.



Facio te certiorē: nō certum. Nam Virg. Anchisen facio certum: ideo dixit: qa syllaba breuis inter lōgas non pōt collocari in nerſu. Proſa aut oratiōe scribētes: ſemp certiorē dixerunt: & ſemp facio: nunq̄ ago. Facio tibi gratum: nunq̄ ago tibi gratum. Facio ludos: facio rē diuinam: facio sacrificium: facio ſolēnitatem: nunq̄ ago: & multa huiusmodi. Itē feci iacturā: feci dānum: feci naufragium. Vix unq̄ paſſus ſum iacturam: dānum: naufragiū. Ci. Magna in repu. facta iactura ē. Idē: Dānū illius immaturo interitu res romāe latināe q̄ litterae fecerunt. Quin. In portu naufragiū fecimus: & in cæteris q̄buſdā feci tamē fugam: q̄ ego fugi altez: non q̄ alter me. Feci timorē: q̄ ego timui altez: non q̄ alter me. Itē feci iter: nō egi iter. Aliquando etiam feci uiam: feci copiam tibi rez mearum: nunq̄ egi: aut dedi: aut praſtiti copiam. Feci ptatem tibi uidē di res meas domesticas: nō autem dedi. Feci lucrum: non autē acquiſiui lucrum. Honore dicto uirnam fecit: ſtercus fecit: nō autem emiſit. Simile huic ē q̄ dicimus fregit nauim: fregit brachium: qua ſi ipſe fregit: & ipſe egerit: & nō potius paſſus ſit. Ter. Is fregit nauim apud Andrum. Cicero: Greſgalesq̄ eū cum nō ueniſſet: in cāpū requirerēt. Excufauit Veſpa Terētium: q̄ eum brachiū fregiſſe diceret: alius dixiſſet: q̄ ei brachium fractum eſſet. Itē etiam accēpi moleſtiam: cladē contumeliā ue. Accēpi uulnus: accēpi iuriā: accēpi dedecus: ignomiuiam ue: Nunq̄ autem paſſus ſum: de quo uerbo commodius alio loco dicam. Accēpi uoluptatem: gaudium: lætitiā. Cap. clxxv.



Sipotuiſſet redimere oculos matris: qua pietare fuit: uicarios ſuos dediſſet: id ē tāta pietate i matrē fuit: Idē Quin. Hoc ſi ſciſſes: pater affirmo: pmitto cuius pietatis es. nēo te antecēſſet. Et alibi: Quae tua pietas ē? Tribns enī modis utimur p relatiuū: totidēq̄ per p nomen is. Primo modo ſic: Ea pietate fuerit: ſecūdo ſic: Eius pietas: ſed hoc rarius. Tertio ſic: Ea pietas tua eſt: ea pro tanta accipitur: Ideoq̄ & ipſo tanta uti licet eo modo quo & pronomine. Hēt at aliqd plus talis oratio: q̄ ſi dicas p tua pietate. Ca. clxxvi.



Veni in opinionem: q̄ talem opinionem habeo: aliquando paſſiue cū opio ſignificat famā: opinio inq̄ qui uae de me habetur ab aliis: non quā ego habeo de aliquo. Sicut exiſtiatio ē opinio atq̄ ſnia: cum accipit actiue: ut exiſtimatio mea: id ē ita exiſtio: Aliquādo paſſiue: ut hō magnae exiſtimatiōis: id ē famae & noiis: q̄ cū magni hoies exiſtimant: ita hō magnae opionis: ut Qui. Quod accidiſſet et Portio Lateōi: q̄ primus clari noiis pfeſſor fuit: Tradit ut cū ei ſumā in ſcholis opionem obtinēti: cā in foro eēt orāda impenſe petierit: uti ſub

TERTIUS.

Sellia in basilicam transferret. Cic. Sermonibus familiarium puenimus et nos in opinionem. Venio in suspicionem semp passiuē: ut idem. Quod si falso, P. Sextio uenisses in suspitione. i. in suspitionē tui non tuam Veni in obliuionem semp etiam passiuē: ut idem. Ut si fuerint excellentes uir: certe iā uenerint in obliuionem: hoc est ceteri de illis obliti sunt: non q̄ ipsi de aliis: aut de se. Similiter uenio in uitupationem. Idem uerrinag. v. Ut pp̄ eum in sermonem hominum atq; in tantam uitupationem ueniret. Offensio et ppe passiuē accipitur. Ideoq; idem non Clodii offensiones dicit: sed offensas: suas uero uensiones: & alibi. In ægro corpe odiosa est omnis offesio. i. molesta omnis passio. Vectiano uero huic simile est: cuius rei causa ē q̄ uector quod deberet significare quod uehit in nauē: equus: uehiculum: significat potius id quod uehitur: q̄ est homo. Cic. Etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a minoribus uictoribus admoneri solent. Quin. Sic in nauem filii mei male pmutatus uector imponor. Non tamen uectorem accipias p̄ naua. hinc est q̄ inuenimus nō nunq̄ dictum nauas & uectores. Sunt. n. uectores: q̄ precio in aliena naui uehuntur: ut idem Quin. Cum in frænatis eqs uector incidet. Nonnunq̄ p̄ eo q̄ uehit: ut Seneca in Hercule infano: Tyrie per undas uector Europa nitet. Idem in Hippolyto. Pro sua uector timidus rapina: cū de eodem tauro: eadēq; Europa loqueret. Nam cætera fere quæ a stupinis ueniunt: tam actiue q̄ passiuē accipi solent: ut accusatio. M. Tullii actiue: accusatio Verris passiuē: donatio mariti actiue: donatio uero bonoq; passiuē. Male iudico: male cogito. Cap. clxxvii.

Maledico: male censeo: male pronuncio: male opinor: male sentio: male existimo: hoc male ad me ipsum refertur: erroremq; meum declarat. Male cogito ad alterē refert: significatq; p̄ncipem: non errorem: ut Cic. Carthaginem diu male cogitantem nō prius uereri desinā: q̄ excisam cognouero. Male cogitantem uidelicet mala in alterē p̄ncipemq; cogitantem: non autem seipsam fallentem. Itē maledico tibi: male opto: male precor tibi: aut male imprecor. His non nihil similia sunt: male de te sentio: male tu de me existimas: male de illo iudicamus: non error hic sentientis: existimantis iudicat̄isq; innuitur: sed uitium de quo iudicamus: existimamus: s̄timus Male quoq; audio. i. infamor crimina mea audies: cuius contrarium est maledico. Salusti. in Cic. Respondeo tibi: ut siquā maledicendo uoluptatem cœpisti: eā male audiendo amittas. Bene quoq; maxima ex parte huic simile est ut de te bene sentio: bene tibi precor: bene de te mereor. Cap. clxxviii.

Loco patris. Loco patris: loco fratris: loco filii te habeo: non ita accipitur: q̄ ubi illi antea erant: ibi tunc nunc apud me sis: sed q̄ in ea charitate qua illi fuerūt: aut sunt: aut essent: aut esse debeāt: ut Crysis Pamphilo apud Teren. loquitur. Si te in germani fratris loco dilexi. Cic. in Verrē in parentum loco quæstoribus suis prætores esse oportere. Illa at̄ sententia in locum potius q̄ in loco requirit tale aliquod uerbum. Quale est apud Quint. Nam quomodo pugnam ineuntibus tot simul metus laborq; dolorq;. Postremo mortis ipsius exciderit: nisi i eoz locum pietas & fortitudo & honesti t̄pis imago successerit. Et alibi: Non pdidit filium q̄s occidit. Explicat a dolore patrem: q̄ sibi uidetur fecisse rem maximam: & in locum iuuenis amissi substituit de uanitate solatium. Ergo ita dicitur ubi aliud erat: aliud successit: quæ diuersa a superiore sentētia est. Loco uoluptatis mihi est loco honoris: loco turpitudinis. i. uoluptuosum: honorificum: turpe. Illud autem in hac pte comperit: ut dicamus non recordari me. An usq; reppi genus illud sermonis: quo ecclesiastici passim utuntur. Ego habeo te in patrem: tu es mihi in filium: accipio te in fratrem. Dicūt. n. ueteres habeo te loco patris. Tu es mihi loco filii. Accipio te loco fratris. Vel habeo te pro patre. Tu es mihi p̄ filio. Accipio te p̄ fratre: & nonnullis aliis modis. Atq; hic uidetur aliqd non utiq; tale esse: sed p̄inde eē: ac si tale foret. Ideoq; expositiones nostræ locum habent: ubi tale aliqd non est: ut dixi: sed p̄ tali habet: ut in illo: Ex illa hora accepit eam discipulus in suam: quod licet dicere: accepit loco matris: uel pro matre: siue p̄ sua. Non autem illa in illo: quod p̄ uero accipi debet. Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium. Licuisset ergo dicere: id est dixissent ueteres. Ego uero illi in patrem: & ipse erit mihi filius: sed more græcoz unde hæc sumpta sunt: nostris ecclesiasticis loq placuit. Idem ueteres q̄ illo modo locuti non sunt: sic tamen loquebantur: Reuertor in patrem: tibi redii in amicum: sed hic uerbum est significans motum. Quin. Et post exitum unici reuertor in patrem. Quintus Curtius tamen lib. v. Igitur rex arci Babyloniz Agaticem in præsidem esse iussit. Cap. clxxix.

Ad dit illud et eqtes non optimos misisse credo. Cæsar nihil ad tuum eq̄tatū. i. nihil ad cōpationem tui eq̄tatis. Idem Cic. Persium nolo legere: hic fuit. n. ut notamus omnium se re nostrorū doctissimus. Lælius Decimum uolo quem cognouimus uiz bonum & nō illiteratum: sed nihil ad Persiū. i. nihil in persiū compatione. Quale est cum subintelligitur p̄tinet: ut hoc qd ad te: hoc nihil ad te: hoc nihil ad te: supple p̄tinet: Vel potius paḡ est: ut sit in comparatiōe Persiū parum doctus: & in comparatiōe tui equitatus sint parum boni equites. Terent. Est ne Thais ut fertur forma sane? Sed nihil ad nostram hanc: non plane nihil: sed paḡ potius: accipiendum est. Memoria teneo: memoriter pronuncio. Cap. clxxx.



Memoria teneo: non memoriter: pronuntio memoriter: non memoria. Cic. Memoria teneo bello marfico cum Quinto Octauio. Idem. Quint. Mutius Augur Scauola multa narra re de. C. Laelio socero suo memoriter & iucunde solebat. Complector tamē memoria & memoriter: repeto memoriter & memoria. Quin. si longior complectenda memoria fuerit fuerit oratio: pderit p ptes ediscere. Cic. Complectebat memoriter: diuidebat acute. Quin. Memoria repeto conuictos a me q reprehenderat: q hoc uerbo usus essem pepigi. Terē. an cognoscit signa: at memoriter. Aliud tamen est illud ablatiuus: q illud aduerbium. Memoria. n. qd significat aq paret. Memoriter uero est quod litteratores nostri impiti dicunt cordetenus: & mentetenus. Apud Plini. tamen ad Romanum lego. Tu facillime iudicabis: qui tā memoriter tenes: ut cum hac confes



te possis recte sic scriptum est: recte sic dici iudicabo.

Facio tibi iniuriam.

Cap. clxxxii.

Accio tibi iniuriam: & facio tibi contumeliam. Afficio te iniuria: & afficio te contumelia. Facio tibi molestiam non ita libenter dixerim: ut afficio te molestia.

Laurenti Vallensis patricii Ro. de linguā latinā elegantia bene merentis lib. iiii. Et priō poemiū.

Cic. n. nonnullos eorum praesertim: qui sibi sanctiores ac religiosiores uidentur: ausuros meum institutum hoc laboremq; reprehendere: ut indignum christiano homie ubi adhorter ceteros ad librorum saecularium lectionem: quorum q studiosior esset Hieronymus: caesum se flagellis ad tribunal dei fuisse confitetur: accusatumq; q ciceronianus esset: & non christianus: quasi non posset fidelis esse & idem tullianus eoq; sponondisse: & id diris exercitationibus libros saeculares postea se non esse lecturum. Hoc crimen non magis ad praesens opus pertinet q ad meipsum: ac ceteros litteratos: quorum studium ac doctrina litterarum saecularium reprehenditur. Respondeamus igitur istorum accusationi: eosq; uicissim & quidem in praerito quoq; accusemus: quorum culpa non ex minima parte latinae litterae iacturam: naufragiumq; fecerunt. Quid ais tu non esse legendos auctore Hieronymo saeculares libros? Qui sunt isti quales libri? Oes te oratores: omnes historici: omnes poetae: omnes philosophi: omnes iuriscōsulti: ceteriq; scriptores: an unus Cice. Si illos dicis: ut debes dicere: cur non ceterarum quoq; litterarum studiosi abs te reprehenduntur: cum quibus me aut damnare debes aut absoluere. Sin ita non sentis: & non solum Ciceronem reum facis: uide ne stultum Hieronymum uideri uelis: qui neminem saecularium promisit se lecturum: cum de Cicerone tantum promittere deberet. At nunquid ille promiserit inq; est intuendum: sed quis accusatus sit. Fuit autem accusatus q Ciceronianus foret. Ita ne Ergo misum faciamus Ciceronem: relinquamus: abiiciamus. Quid de aliis auctoribus senties: qd de tot disciplinis. Certe omnes saeculares sunt: atq; adeo gentiles. i. a non christianis nec de christiana religione conscriptae. Si legendas ais: tibi ipsi repugnabis: qui mihi harum obiciis actionem. Si negas: etiam atq; etiam considera: ne singularum disciplinarum familiae in te impetum faciant: te omnesq; nemine auxilium ferente: discerpant. Minime inquis ita est. Sed cum Hieronymus q Ciceronianus est reprehenditur: id reprehenditur: q studiosus eloquentiae esset. Ideoq; damnati atq; repulsi intelliguntur: qui comparandae eloquentiae gratia lectantur. Iam uideo times inuidiam: sed fero times: & in eodem haesitas luto. Si tantum eloquentes excludis. cur nonnunq; modo in uniuersum mihi uetabas: ut saepe facere soles: legendo saecularium libros. At postea accusationem temperasti: & de eloquentibus duntaxat intelligis. Ita si erraueris: sane do ueniam imperitiae: parco cupiditati ferendi licet la cessitus. Cur tamen ab Hieronymo dissides: qui saeculares: non autem eloquentes se nolle tangere promisit. Cur tu neq; cum iudice illo unum Ciceronem intelligis: neq; cum Hieronymo uniuersos saeculares. Quid sibi uult ista anceps uacillansq; sententia. Quanq; dii boni nihil ne in illis libris nisi eloquentia est: non memoria temporum: gentiumq; historiae: sine quibus nemo non puer est: non multa ad mores pertinentia: non omnium disciplinarum tractatio. Nunquid haec omnia negligam: ne forte dum talia dicere uolo: eloquentiam discam: & uenenum bibam hoc uino dilutum: malimq; aqua & qdē coenosam potare: q hoc timore salerna dulcissima. Porro q sunt isti libri in quibus uenena eloquentiae occultantur: Certe nullos ego scio non eloquentes nisi tuos tuorumq; similitum: quibus nec robur ullum adest: nec splendor: contraq; ceterorum opa p sua unumquodq; portione miram quadam praese ferunt bene dicendi diligentia. Ita aut eloquentes: aut nulli libri legendi erunt. An ex his duobus de quibus Hieronymus meminit: aut ille graecus infacundus fuit: aut noster latinus: nulli duntaxat latinoz in philosophia secundus: quoq; uterq; nescias praestior sit philosophus: an orator. Quod si omnes libri uetere ita sunt eloquentes: ut uel plurimum sapientiae: ita tradentes sapientiam: ut uel plurimum eloquentiae habeant. Quinam isti erunt: quos ob eloquentiam damnandos putemus? Atq; cum eos duos lectitasse Hieronymus fateatur: uide ne non tam de oratoriis Cicero. operibus: q de philosophicis dictum existimare debeas. Certe ego de philosophicis dictum accipio: ubi soli philosophici nominantur: q dlatonicus esset non ideo non obiectum quasi sancte facere Platonem leges sed tantum ciceronianus: q homo latinus magis Ciceronis stilum cupiebat exprimere: stilum inq;

quali ille
senatu. N
dere. Cur
sophos q
hendunt
de ornat
philosophi
minamus:
lo hoc in l
quo multi
sophia f
si ossa & ne
des: decen
ei q cetera
go artem o
cam quam
ufus atq; or
accedit elo
stianis: qle
studium su
sed solus H
omnibus r
neq; ille h
eloquentes
ipse dissim
Nam obici
tilium: & l
ro epistola
fuerit sua:
q credant
omnis doc
rum cedit
tesimam p
tas retineat
phibere ne f
mus. Quid q
legendos ex
tare qd ipse a
teneram illan
buerat scietia
eloquentia mu
ni graeci: q
aliqui plurimi
erunt. Neq; al
in theologia
tera conferun
Et certe soli
repetas: inte
rium res ipsa
dendum non
maius propo
fit ad ipam el
euadere: non
dat: in theolog
est q nolit & e
nolle: aut cert
loq; christianos
tilium: q qual
matica: non rhet

Q VARTVS

quali ille utebatur in quaestionibus philosophiae: non quali in forensibus causis concionibusue aut in senatu. Non enim orator causae civilium Hieronymus: sed scriptor sanctae disputationum studebat eua-
dere. Cur non ergo credamus non minus Platonem nocuisse ei quam Ciceronem: cur non magis philo-
sophos quam oratores? At ornatum ipse dicendi reprehensus est: non scientia. Si ita est: omnes ad unum repre-
henduntur. Quis enim caret ornatu: in quo tu intolerabili calumnia uteris: cum non sit facta mentio
de ornatu in illa accusatioe: sed quod tantum ciceronianus foret? Numquid tantum in Cicerone ornatus & non
philosophia: non caeterae artes: non ut dixi in Platone facundia: non tu caeteris: cur non omnes propter exter-
minamus? Cur non potius Ciceronis philosophia nocuisse putanda Hieronymo est: quam ars dicendi? Non
hoc in loco compationem facere inter philosophiam & eloquentiam: ultra magis obesse possit: de
quo multi dixerunt: ostendentes philosophiam cum religione christiana uix coherere: omnesque haereses ex phi-
losophiae fontibus profuisse. Rhetoricam uero nihil habere: nisi laudabile ut inuenias: ut disponas: qua
si ossa & nervos orationi des: ut ornas: hoc est ut carne colorque inducas. Postremo ut memoriae ma-
des: decenterque pronuncies: id est ut illi spiritum actionemque tribuas. Haec ergo cuique nocere posse creda: nisi
ei quod caetera negligat: & praesertim ueram sapientiam atque uirtutes: ut Hieronymus faciebat. Hanc er-
go artem obfuturam putem: profecto non magis quam pingendi: fingendi: calandi. Et ut de liberalibus di-
cam quam musices artem: & si ex his quae bene canunt pingunt: fingunt: caeterisque ex artibus multum
usus atque ornamenti diuinis accedat rebus: ut prope ad hanc rem natae esse uideantur: profecto multo plus
accedit eloquentibus. Quare non fuit illa accusatio quod ciceronianus esset Hieronymus: sed quod non christi-
anum: quod se falso esse predicauerat: cum litteras sacras despiceret. Non studium huius artis: sed nimium
studium siue huius artis: siue alterius: ita ut locus non relinquatur melioribus reprehensus. Non caeteri
sed solus Hieronymus accusatus est. Alioquin caeteri simili castigatione correpti fuissent. Neque enim una
omnibus medicina conuenit: & alios aliud decet: neque semper & ubique idem aut permittit: aut uetatur:
neque ille hoc aliis uetare ausus: ne faceret. Contraque plurimos laudauit: cum superiorum tum suorum temporum
eloquentes. Vix quod multis agimus: Quid Hieronymo ipso eloquentius: quod magis oratorum: quod licet
ipse dissimulare uelit: bene dicendi sollicitius: studiosius: obseruantius: quod quod ne dissimulabat quidem
Nam obiciendo hoc sibi somnium Rufino: hominem deridet: planeque fatetur se lectitare opera ge-
tilium: & lectitare debere. Idem cum in aliis multis locis: quod quod etiam sine confessione palam est: tum ue-
ro epistola illa ad magnum oratorem. Si nunc & uerere: ne aliena accusatio tibi obsit: cum illi non ob-
fuerit sua: & non audeas facere quod illa rescissa pactione ipse facere non timuit: tamen si non desunt
quod credant cum puerili aetate illa percipisse: semper postea memoria tenuisse. O ridiculos homines: &
omnis doctrinae impitios: quod opinentur eum tantam rebus copiam ac scientiam: qua nulli christiano-
rum cedit: aut cito potuisse dicere: aut tam non potuisse dediscere. Cum & rarissimi repiant: quod cen-
tesimam partem scientiae illius assequi possint: & non minore labore: ut antiquus dictum est: haec facul-
tas retineatur quam paratur: & tamen quantum interest inter furari & furtum non reddere. Quid prodest aliis
phibere ne furentur: si tu furto tuo palam potiris? Si non debemus dicere eloquentia: nec uti si didici-
mus. Quid quod libros gentilium saepe in testimonium assumit: Quod si non licet legere: minus profecto
legendos exhibere: & si nos dehortaretur a lectione gentilium: quod non facit: magis intuentum pu-
taré quod ipse ageret: quam quod agendum aliis diceret. Verum tamen semper ipse idem & dixit: & fecit. Nam postquam
teneram illam aetatem saluberrimo sacrae scripturae alimento patuit: at in ea quam despectam ha-
buerat scientia: sibi uires fecit. Iamque extra piculum positus: ad lectionem gentilium rediit: siue ut illic
eloquentiam mutuaret: siue ut illos bene dicta probans: male dicta reprehenderet: quod caeteri omnes lati-
ni graeci que fecerunt. Iulius: Ambrosius: Augustinus: Lactantius: Blasius: Gregorius: Chrysostomus:
aliique plurimi: qui in omni aetate preciosas illas diuini eloqui gemmas auro argentoque eloquentiae uesti-
erunt. Neque alteram pro alteram scientiam reliquerunt. At mea quidem sententia: si quis ad scribendum
in theologia accedat: primum refert an aliam aliquam facultatem afferat: an non afferat: nihil enim fere cae-
tera conferunt. Atque ignarus eloquentiae est hunc indignum profus: quod de theologia loquat: existimo
Et certe soli eloquentes: quales hi quos enumeravi columna ecclesiae sunt etiam: ut ab apostolis usque
repetas: inter quos mihi Paulus nulla re alia eminere quam eloquentia uidetur. Vides igitur ut in contra-
rium res ipsa recedit non modo non reprehendum est studere eloquentiae: uix etiam repehen-
dendum non studere. Et ego sic ago tanquam eloquentiae contra calumias patrocinium partem quod est
maius propositum meo. Non enim de hac: sed de elegantia linguae latinae scribimus: ex qua tamen gradus
fit ad ipsam eloquentiam. Vix si quis eloquens non sit: ita demum non erit castigandus: si talis non potuit
euadere: non si hunc laborem effugit. Qui uero eleganter loqui nescit: & cogitationes suas litteris ma-
dat: in theologia praesertim impudentissimus est: & si id consulo facere se ait insanissimus quam nemo
est qui nolit & eleganter: & facunde dicere. Quod cum ipsis non contingit: uideri uolunt: ut sunt pueri
nolle: aut certe non debere sic dicere. Ideoque aiunt gentiles hoc modo locutos esse non decere eodem modo
loqui christianos: quasi illi quos nominauimus: more istorum locuti sint: & non more Ciceronis: caeterorumque ge-
tilium: qui qualiter loquantur: nec cognitum isti nec expertum habent: non lingua gentilium: non grae-
matica: non rhetorica: non dialectica: caeteraque artes danandae sunt. Si quidem apostoli lingua graeca scri-

preferunt: sed dogmata: sed religiones: sed falsa opiniones de actione uirtutum: p quas in caelum scadi
 mus. Cetera at scientia atq; artes in medio sunt posita: qbus & bene uti possis: & male. Quapp com
 nemur obsecro eo puenire aut saltem pxime: quo luminaria illa nostrae religionis puenerit. Vides
 q mirabili ornamento uestes Aaron distinguant: q arca foederis: q templum Salomonis: Per hoc mi
 hi signi ficari eloquentia uidet: quae ut ait nobilis tragicus: regina rege est & pfecta sapientia. Itaq; alii
 ornent domos priuatas: hi sunt q student iuri ciuili: canonico: medicinae: philosophiae: nihil ad rem
 diuinam cōferentes. Nos ornemus domum dei ut in eam ingredienti: non ex situ ad contemptum:
 sed ex maiestate loci ad religionem cōitemur. Non possum me continere: quo minus quod sentio
 dicam. Veteres illi theologi uidentur mihi uelut apes quaedam longinqua et pascua uolitates dul
 cissima mella carasq; miro artificio condidisse. Recentes uero formicis simillimi: quae e pximo sub
 lata furto grana in latibulis suis abscondunt: ut ego q ad me attinet: nō modo malim apes q formica
 esse: sed et sub rege apum militare: q formicay exercitum ducere. Quae pbatum iri bonae metis iu
 uenibus. Nam senes desperandi sunt: confidimus. Nunc ad inceptum redeo: q ea q sequunt: nō ni
 hil a superioribus differant. Tractabimus. n. de uerboꝝ significatione: neq; de omnibus uocabulis: sed
 quasi gustum quendam & eoꝝ maxime: quae ab aliis tractata non sunt: nam de omnibus dicere pro
 pe infinitum est. Cap. clxxxii.

De libertino & liberto.

Libertinus & libertus sola elegantiae gratia habent differentia: quam nec gramatici: nec iu
 rispiti: qd maxime pudendum est: sciunt: quam ne eoꝝ qdem aliquem q his tpiibus meri
 ta bene scribendi laude celebrantur: inueni scientem: quod nolim uidere contumeliose
 dictum: sed necessario potius atq; honeste. Vereor. n. ne p facilitatem: qua semp cadide q
 cunq; semp studio inuestigasse cum amicis communicau. Amici ipsi: si modo tales amici dicēdi sūt
 laudem mihi praeripiant. Quod crimen lōge a me semp absuit: & ex oibus: quae hoc in ope praeripi
 mus: piteor nihil oīo ex aliquo huius aetatis uel audiuisse: uel legisse. Itaq; sic mea mihi ab aliis glo
 riam praeripi moleste fero: ut illoꝝ a me praeripi nefas puto. Nemo at litteratoꝝ erit: quoꝝ paucissi
 mi mihi familiares nō sunt: q se hoc antea ignorasse: & a me uel uerbo: uel scriptis didicisse neget. Igi
 tur libertinus relatiuum est ingenui: libertus relatiuum est patroni: licet unum idemq; sit & liberti
 nus & libertus. Per libertinum significamus conditionem hominis: sicut p ingenuum. Per libertū
 significamus priuatum quēdam respectum: sicut p patronū. Ideoq; libertinus adiectiuū est sicut in
 genus: eoꝝ non fit a libertina libertinabus: ut a liberta libertabus: sed libertus substantiuū: sicut pa
 tronus. Illudq; solēus diffinire: hoc nō solēus: ut iure ciuili. Libertini sunt q iusta seruitute māumif
 si sunt: quēadmodum econtrario ingenui sunt: q libera matre nati: nec postea serui facti sunt: Signi
 ficatur. n. ut dixi: conditio hominis p ingenuum & libertinum: ut libertinus homo: libertina mulier
 libertae cōditionis: non at libertus homo: libertina mulier: libertinae conditionis. Hae. n. significant
 priuatum quēdam respectum ad patronum patronaue relata. i. ad eum eamue: q antea dominus
 aut quae domina huius fuit: cum seruus ancillae eēt: ut libertus Caesaris: libertus Messalinā: liber
 berta Claudii: liberta Agrippinae. Non at libertinus Caesaris: aut libertina. Ideoq; interrogamus hic
 ingenuus est: an libertinus non at an libertus: & cum responsum est libertinus: interrogamus cuius
 libertus: non cuius libertinu? Respondet q ē libertus meus: aut tuus: aut illius: aut Catonis: aut nul
 lius: atq; libertus sine patrono patronaue non est. Libertinus pōt esse: quanuis necesse ē eum aliqdo
 habuisse. Quo factum ē: ut dicamus colliberti collibertay: quēadmodum cōserui: cōseruay: q hī
 plures sub ūbra unius patroni sunt: sicut illi sub impio unius domini: non at collibertini coingenui
 Ad nullam. n. alteram priuatam psonam plures hoꝝ referri possunt: nec alii ab aliis distinguunt. Col
 liberti a collibertis diuisi sūt: ut mei a tuis: & cōserui a cōseruis: quēadmodum conciuēs mei a conc
 iuibus tuis: q alterius ciuitatis es: condiscipuli mei a tuis: commilitones mei a tuis q sub alio uel pra
 ceptore: uel duce es. Libertinus uero atq; ingenuus hoc nō contingit: q nō magis nexus mihi sit cū
 ingenuis mea urbis: & tibi cum libertis tuae: q cum aliis qbusuis. Ideoq; non dicuntur coingenui
 & collibertini: & libertus collibertusq; eē aliqdo quis definit. Libertinus esse non definit. Deniq; li
 cet poteramus altero hoꝝ nominum esse contenti: tamen distinguere ueteribus placuit priuatū re
 spectum a publico: & ideo libertinitas dicimus: nō libertitas. Ex seruo tamē non q ad priuatū domi
 num refertur fit seruitus: sed q ad publicum. Dicimus. n. non modo seruus tuus: seruus meus: sed et
 respectu domini: ut hic seruus & homo seruus: q in libero non fit. Ceteray cogitati mihi unde factū
 est: ut in tanta exemploy copia elegantiam hanc accuratissime custodientium: cum tot hominū mi
 lia nunq annotauerunt: id uidet causae fuisse: q frequenter inuenirent sine mentione patroni liber
 tum nominari: quo falli sopitae negligentiae fuit. Si. n. nunq repiebant liberto non apponi patronū:
 tamen repiebant libertino nunq apponi: q semp adhæret liberto patronus uel nominati: uel sub
 intelligendo: ut in multis fit: quale ē. Vendidi patrimonium: suppleē meum: collocaſti filiam: supple
 tur tuam: plubicauit opus suppleē suum. Ita hoc loco: quale est apud Quintilianum: Licet nihilomi
 nus amicum grauem uigē: aut fidelem libertum lateri filii sui adiungere: uidelicet suum. Cicero pro
 Sextio: cum ait. Quintum fratrem auxilio seruoy libertorumq; ereptum a ferro. clodianoy nō ge

nus seru
 ra e iure
 ignorat
 maticus
 pania: q
 Adicia: q
 quandiu
 Inter ac



quoq; &
 ro admin
 uerbum u
 qua. Et h
 prima sig
 sionem ac
 commen
 deorum
 obuante
 tus q. iii.
 pe legitu
 esset: qu
 ut sudor
 missio in
 nis pfe
 latius sig
 cero in
 fructuo
 ereptas
 in us: pro
 uenerunt



agat: qd lo
 seruo non
 quem uel
 dam & ho
 suum insti



possumus
 uires: non



mēdas: ut n
 domio uel
 quali rebell

Q VARTVS

nus seruale libertinumq; nec cuiuscūq; seruos libertosq; significat: sed suos ipsius. Quid attinet plu-
ra e iure ciuili exēpla repetere: cum ēt distincti sint tituli de libertis & libertinis? Quā differentiā q
ignorat: oēs autē legulei ignorant: plurima & capitalia in ipso iure ciuili peccata cōmittit. Serui. grā-
maticis: si codex fidelis ē: p libertino posuit libertū in octauo aeneidos. Feronia mater nympha Cā-
paniā: quam ēt supradiximus: hęc ēt libertog; dea est: in cuius templo raso capite pileū accipiebāt.
Adiciam quod ait Suetonius in uita Claudiū in ipsum Claudiū ignarus tēpibus Apii & deinceps ali-
quandiu: libertinos dictos non ipsos qui manumitterentur: sed ingenuos ex his procreatos.

Inter accessum & accessionē: actū & actionē: gestū & gestionē: qd interfit. Cap. clxxxiii.

Accessus & accessio differunt: Siqdem accessus est aditio atq; appropinquatio. Accessio at-
q; adiectio atq; incrementum: quæ differentia rara ē in cōsimilibus noibus. Satus. n. & satio
idem sunt: cultus & cultio: motus & motio: actus & actio: nisi q; dicimus actionē causare
non actuum: actum comœdiarū: non actionem: cursus & cursio: abusus & abusio. Gestus
quoq; & gestio non parē differunt. Nā gestus est actio quædam & quasi pñciatio corporis: gestio ue-
ro administratio & actio: q; quis parē in usu est. Hęc at duo de qbus dicere instituerā: ideo differunt: q;
uerbum unde descendunt: dupliciter & regit: & significat: ut accede ad ignē hunc. i. ad atq; appropi-
qua. Et hoc calamitatis meis pondus accessit: uel ad calamitates meas. i. adiunctum est & increuit: a
prima significatione nascitur accessus: cuius contrarium est recessus. A secunda accessio: ut Ci. Acces-
sionem adiunxit ædibus. i. adiectio nem & incrementum. Præter usum tamen supiorū Macrobius i
commentariis naturalibus dixit. Aut. n. accessio: aut in leuam dexteræ reflexio: aut sursum q;: aut
deorsum mouetur: aut in orbem rotatur. Et itez. Has solis portas physici uocauerunt: q; in utrāq;
obuiante solstitio ulterius solis inhibetur accessio. Accessus ipse dixissim: potius Ciceronem imita-
tus q. iii. de ora. li. ita ait. Vt luna accessu & recessu suo solis lumē accipiat. Nam q; febris accessio sæ-
pe legitur: ego p incremento accipio: non p accessu: alioq; aliqdo legeremus accessus febris: si idē
esset: quod nunq; fit. Pli. lib. xxiii. Sed id dandum non nili in accessione senserit: alii in remissione: illi
ut sudorem coerceant: hi q; tutius putant accessionem remissionemq; pro contrariis posuit: & si re-
missio imminutionē significat: pfecto accessio incrementum. Quia dixi nomina in us & in o a supi-
niis pfecto fere eiusdem significationis esse: hoc exceptionis addo: q; ea quæ positionem habent i o
latius significare solent: nec actionem modo: sed rem etiam ac corpus: ut aratio: possessio: sessio. Ci-
cero in philippicis. Hęc quondam arationes campani & leōtini agri po. ro. patrimonio gradifera &
fructuose ferebantur: id est hii agri ad aradum idonei. Idem in eisdem: Quid possessiōes datas. Quid
ereptas pferam? Idem de ora. Tot locis sessiones gymnasiorum: id est tot sedilia. Ea tamen quæ sunt
in us: pro personis accipi solent. Conuentus non est conuentio: sed homines qui in unum locum cō-
uenerunt. Confessus non est confessio: sed homines uno in loco confidentes.

Inter obseruationem & obseruantiam. Cap. clxxxiiii.

Obseruatio & obseruatiā simili quodam modo: ut accessus & accessio differunt. Obseruo-
nanq; duo significat: unum quod custodio aliqd oculis animoq; in modum speculatoris
ne nos silentio tacitoq; prætereat: ut obserua transeūtes: obserua filiū: obserua Dauū qd
agat: qd loquat: quasi custodi & annota: & hinc fit obseruatio quasi annotatio. i. aduersio. Item ob-
seruo non speculantis modo: sed admirantis uenerantisq;: & id tantum in homines nō res: quotiens
quem uel uirtute: uel dignitate suspicimus & colimus: unde fit obseruantia: quæ est ueneratio quæ-
dam & honoris exhibitio. Quare melius obseruationem q; obseruantiam hi q; nominantur fratres:
suum institutum nominarunt.

Inter potum & potionem. Cap. clxxxv.

Potus & potio non differunt nisi ob huiusmodi causam. Potus. n. uini: aquæ: similiūq; dici-
tur: potio uero a medicis dat ægrotanti: quod græce dicitur φαρμακον Nonnunq; tamen
potio p potus. Seneca de tranquillitate: Aliqdo uectatio iterq; & mutata regio uigorem da-
bunt coniunctusq; & liberior potio. Cicero in tusculanis: Quid q; ne mēte qdē recte uti
possimus: multo cibo & potione repleti? Et alibi. Tantū cibi & potionis adhibendum: ut reficiant
uires: non opprimantur.

Inter senes: ueteres & antiquos. Cap. clxxxvi.

Senes uocantur quantum ad priuatam ipsorū uitā: q; usq; ad senilem ætatē uixerunt. Ve-
teres quantum ad publicum tempus: q; alia ætate uixerunt: et si ad senium non puenerit
Vnde qdam iuniores fuerunt seniores ueteribus. Antiq; utriq; dicuntur: sed magis uete-
res q; senes.

Inter defectum & culpam. Cap. clxxxvii.

Defectu medicorū multi pereunt: plures tamen culpa eorū: Is nanq; defectu medici pit cui
medicus præsto non est. Culpa uero medici q; moriturus non erat: nisi præsto medicus si-
bi fuisset: quam maiore ptem esse arbitror. Hęc ideo dixi: q; nonnulli p culpa medicorū
aiunt defectu: & uitia hoium rerūq; uocat defectus: cū dicere debeat uitia: uel culpas ue-
medas: ut mēda libri. Defectio plurimū a defectu differt: cū sit recessio aut mīitum: aut ciuitatis a
domio uel supiore. Est. n. deficere & desistere: a ductu alterius recedere & quasi rebellare: & defectio
quasi rebellio: quæ exēpla passim repiunt. Rumorem & famam idē esse. Cap. clxxxviii.

Rumor & fama idem sunt: quoque altere latinum; altere e graeco est. Cic. in Philip. Improbissimis rumoribus dissipatis: & non longe post hoc triduo uel quadriduo tristis a Mutina fama manarat: & statim post famam istam fascium. dissipauerunt. Significat autem his duobus nominibus sermo quidam in populo sine certo auctore de re aliqua recenti siue bona siue mala. Exemplum rumoris de re bona ponamus. Liui. li. ii. Manat tota urbe rumor. Fabios ad caelum laudibus ferunt. Frequenter tamen fama est per sermone non rei recentis: sed iam inueteratae: & per opinionem quadam: ut fama est Athenas iam plus annorum. xx. milibus fuisse conditas: & per laudem & celeritate hominis: ut fama Camilli: fama Scipionum: Metellorum: Fabiorum: & eorum quoque qui uiuunt: ut fama tua: fama mea: fama illius: per quo non recte dixeris rumor.

Inter mure & parietem & moenia: item intra portam & ianuam.

Cap. clxxxix.

Murus & paries quod differunt: supercacuus erat admodum nisi his temporibus: ut sunt omnia deprauiata: murus per parietem a pluribus usurpatur: quod & apud graecos eodem sono pronuncietur utrumque distinctum tamen: & litteris: & genere. Murus est urbis lapideus ambitus: quod graece dicitur τοειχος. Paries uero domorum graece ο τοιχος. Murus est etiam non urbis: sed urbis similitudo: ut munitionum castrorumque. Moenia pro muris accipi solent: & pro aedificiis ipsius urbis. Porta murorum est munitionumque atque castrorum. Ianua parietis atque domorum.

Inter gesta & acta.

Cap. clxxxx.

Gesta & acta hoc differunt: quod illa sunt in administratione magistratus & in rebus maioribus: & ad rempublicam uel ad plurimos spectantibus: ut gesta Alexandri: gesta Pompeii: gesta Caesaris. Acta uero est res priuatae & minoris ac familiarium: ut Cice. An in commentariis & chyrographis ac libellis se uno auctore placet: ac ne placet quidem: sed tantummodo dictis acta Caesaris firma erunt: quae ille in aes incidit: in quo populi iussa perpetuasque leges esse uoluit: per nihil habebunt. Eadem sic existimo nihil tam esse in actis Caesaris: quam leges Caesaris. Quidam illud eiusdem ita legunt in Salustio. Qui si aut de mea uita atque actibus huic conuiciatori respondero: inuidia gloriam consequetur. Reor scribendum esse actis: quod si scribi potest actibus: ut est apud Lucanum. Licet ingentes abruptus actus: minus miror cur actus apostolorum magis quam acta dicamus. Idem tamen sunt actus & actiones.

Natalia: natalis & natales quid significant.

Cap. cxci.

Natalia significat quod natalis: quod est dies natalitius: utrumque conuersum in substantiuum ab adiectiuo: hic & haec natalis & hoc natale: ut natalis horae temporis: apud Quintum in gladiatore. Natales uero magis conditionem sanguinis ac familiae ut generosi natales: obscuro natales ut idem Quintus in eadem declamatione: Cuius interiecto mari non fortunam quaeque nosse: non natales non patrem poterat. Plinius ad Messium: Nonnunquam candidatus aut natales competitoris: aut annos aut etiam mores augebat. Hic pro ignobilitate accipitur: illic pro nobilitate.

Praecepta & praeceptiones per eisdem accipiuntur. Instituta & institutiones differre.

Cap. clxxxii.

Praecepta & praeceptiones indifferenter utimur per disciplina: instituta & institutiones per differentiam. Instituta. n. sunt mores consilio & ratione sumpti. Nam mores bonos & malos dicimus: & in morem. i. similitudinem: ut in morem leonis. In morem stagni placidaeque patulidis inquit Vir. Institutum autem bonus mos: ut faciam meo instituto. licet institutum nonnunquam significet iceptum propositum ab instituto: quod est incipio. Instituta uero: ut institueram dicere: boni mores sunt consilio & ratione sumpti: Quintus. Nam is quod triennium nutricibus dederit: tamen iam tum formari optimis institutis mentem infantium iudicat: Cur autem ad litteras non pertineat aetas quae ad mores iam pertinet: eandem rem appellat instituta & mores: Apud Valerium Maximum titulus est de institutis antiquis: quasi de moribus antiquis. Institutiones sunt praeceptiones quibus instituunt & docent homines: ut libri ab eodem Quinto & Lactantio: multisque aliis auctoribus inscripti de institutione oratoria siue alio nomine atque materia.

Inter aduocatum & patronum.

Cap. cxcii.

Aduocatus & patronus sic differunt: quod illud generalius nomen est quam hoc: ut non tantum significet eum: quod alterius causam agit. Si quidem quicumque adest alteri in causa officii gratia: aduocatus appellatur: et si nihil dicat neque agat: sed quod tantum patris sit defendere: ut Terentius in eunucho: Tu abi: atque ostium obscura intus: dum ego hinc transcurro ad foras. Volo ego hic adesse nobis aduocatus in turba hac. Et Cicero cum in aliis multis libris: tum per Cecinna: quod ad possidendum praedium contulit se cum aduocatis: quoque praesidio ab aduersarii iniuria tutus esset quod & ipse uenit cum aduocatis suis: sed armatis ad arcendum Cecinam a praedio. Patronus autem proprie est: quod agit causam: sed accusati: non accusantis. Quintus. Cum accusatori satis sit plerumque puerum esse id quod obiecerit: patronus neget: defendat: transferat: accusator praemeditata pleraque domo affert. Patronus & inopinatis frequenter occurrit. Accusator dat testem: patronus ex eo refellit. Ex quo colligitur accusatorem nunquam patronum esse. Verum quoniam non omnis lis circa accusationem & defensionem criminum uersatur ut in mutuis: depositis: locato & conducto: similibusque ea re tanquam defensor solet appellari patronus: quippe cum uterque non alterius oppugnanda: sed suae defendendae partis gratia dicat: ut idem nec immerito quidam: quod in dicendo mediocres: hac tamen alterandi praestantia meruerunt

Q VARTVS

nomen patronorum. Patronus etiam dicitur respectu liberti: & nescio an hic ab illo: an ille ab hoc nominatus sit: utrunq; tamen a patre uenit. Vterq; n. simile quiddam patris habet: & ut dominus ma-
numissione serui liberat eum misera conditione ita aduocatus hominem obnoxium: potestate iu-
dicum & periculo litis opera sua liberat: propter quod clientem uocamus ipsum litigatorem: cuius
causam agimus: & eum qui sectator est: & sub tutela alterius: & pene famulus: quales sunt liberti in
patronos: & patrocinari tam uerbo q̄ facto: & imbecilliozem protegere: a quo fit patrocinium.

Inter faciem & uultum.

Cap. cxciiii.



Acies magis ad corpus: uultus ad animum refertur atq; uoluntatem: unde descendit. Na-
uolo supinum habebat uultum: idem dicimus irato & moesto uultu: potius q̄ facie: & co-
ra lata aut longa facie: non uultu: a quo compositum est superficies non sane discrepans
a suo simplici: ut facies maris: facies terrae: quasi superficies: & facies hominis: quasi primum illud qd̄
intuemur in homine. Est tamen aliquando: ubi utroq; uti licet: ut scedata facie & scedato uultu: scif-
sa facie & scisso uultu: conuersa facie & conuerso uultu: quae exempla sunt plurima.

Inter seriem & ordinem.

Cap. cxcv.



Series ab ordine in significatione differt. Nam ordo est digestio & in suo loco cuiusq; rei
collocatio: ueluti in acie sit: ubi pedites: ubi ala equitum: ubi leuiter armati: ubi sagitta-
rii: ubi fundibularii: ubi caeteri ex utilitate rei distribuuntur: & in argumetatione ubi po-
nenda sunt firmissima argumenta: ubi infirmiora: ubi mediocria. Vnde in ciuitatibus & Romae p̄-
sertim ordines sunt. Ordo consularis: praetorius: senatorius: equestris adeo ut ordo quoq; pro ipsis
hominibus accipiatur illius conditionis. Cic. in hoc ordine pro senatu: aut pro equitibus romanis
frequentissime dixit. Idem quodam loco ait: Qui apud omnes ordines esset gratiosus. i. apud omniu
ordinum homines. Series est rege quadam continuata progressio: ut in serie orationis: id est continua-
to contextu. Quinti. Quod non nisi in contextu orationis serieq; contingit. Vir. Ductaq; ab origi-
ne gentis Fortia facta patrum series longissima rerum. Statius: Longa retro series.

Quid sit decus dedecusq;.

Cap. cxcyi.



Decus est illa: ut sic dixerim: honorificentia ex bene gestis rebus. Vnde decora militiae ho-
nores: laudes: honestamenta militi in bello comparata: cuius contrarium est dedecus pro-
pe ignominia quaedam: aut ignominiae genus & infamis turpitudine. Vnde dedecoro: Cice.
inquit de quodam: Magistratu ipsum dedecorabat. i. turpificabat: & contumelia atq; ignominia ip-
sum afficiebat. Transfertur etiam ad animum. Quippe decus pro honesto: dedecus pro inhonesto
accipitur: ut idem. sequetur decus atq; honestatem. Quin. Satis dedecoris atq; flagitii castra coepe-
runt. Decus est quasi pulchritudo quaedam ex decencia rerum personarumq; in locis temporibusq; si-
ue in agendo siue in loquendo. Transfertur quoq; ad uirtutes. Appellamusq; decus non tam ipsum
honestum: q̄ quod hominibus & communi opinioni honestum uidetur: & pulchrum: & probabile
unde uerbum decoro media longa. Nam decoro media breui a decus uenit.

Inter iocum & ludum.

Cap. cxcyii.



Iocus & ludus quid significant: tum ex Cicerone de ora. tum ex Qui. de ridiculis colligi
potest ut sit iocus in uerbo: ludus in facto. Sed utrunq; tamen patitur exceptionem ut lu-
ue. Quotiens uoluit fortuna iocari: uidelicet non de uerbo intellexit: sed de facto. Qui.
Nos ignara iocos tribuit natura puellis: Materia ludunt uberore uiri. Mille fac esse iocos: turpe est
uescire puellam Ludere: ludendo saepe paratur amor. locos pro ludo & ipse posuit. loca quoq; p̄ io-
cos nunq; legimus. Cic. ad Atticum lib. xiiii. Itaq; ioca tua plena facietiarum. E diuerso ludus pro iocus
Hora. praeterea ne sicut qui iocularia ridens: Percurrat q̄q; ridentem dicere uerum. Quid uetat: ut
pueris olim dant crustula blandi Doctores: elementa uelint ut discere prima. Sed tamen amoto quae
ramus seria ludo. Pli. ad Valerium: Cum alii diuinum me ad ab aliis rapinis meis meaq; auaritia oc-
cursum per ludum acceptum distant: hinc ludere pro iocari frequenter inuenitur. Cice. de natura
deorum. Cum uero deos nihil agere: nihil curare confirmat: membrisq; humanis esse praeditos: aut eo-
rum membrorum nullum usum habere ludere uidetur. Pli. Idem ad Fa. Iustum ludere me putas se-
rio peto. Ludere dixit p̄ iocari: & se non ioco agere: sed serio. Quae duo contraria esse: Quin. auctor
est inquit. locum uero accipimus quod est contrarium serio. Idem in eodem loco inquit. Ludere
nunq; uelimus: quod non tam pro eo quod est iocari puto dixisse: q̄ pro eo quod est scurriliter & le-
uiter loqui: uel deludere alterum siue eludere. Nam composita a ludo ad uerbum quoq; orationemq;
pertinent: non modo ad actionem: ut in eodem opere Cice. Sed & uos ab illo illudemini: & ipsi illud
uicissim eluderis. Ludere etiam dicitur uersibus scribere: sed non fere nisi in opusculis: qualia sunt
epigrammata: & haec opuscula dicuntur lusus: & hoc ita sentire summos auctores annotaui. Allude-
re est cum aliud dicimus ad aliud latenter referre sententiam: ut Virg. Actiaq; iliadis celebremus lit-
tora ludis. Dum. n. narrat ludos Aenae: alludit ad Augusti uictoriam: qua contra Antonium in his
locis potitus est. Ludus item differt a lusu siue a lusione. Ludus. n. tum periculum: tum spem sibi p̄-
positam habet. Lusus nihil praeter meram uoluptate. Itaq; q̄ pila: q̄ troco: q̄ tesseris: q̄ etia quocumq;

LIBER

genere taloz delectationis gratia ludunt: lufumq; potius q̄ ludum exercent. Cice. Ex multis iufionibus nobis fenibus talos relinquunt & tefleras: de uoluptate uidelicet fenili locutus est: non de fpe luctri: cuius fpei gratia pleriq; ludunt. Ideoq; ludum talarium dicimus: non lufum: & ludum aleæ: q̄ et lege phibetur. Quidam etiam hunc lufum uocant: ut Suet. lib. iiii. Ac ne ex lufu q̄dem aleæ compediū fpernens. Dicimus etiam ludum fcolam ipfam: ubi & piculum: & fpes est: & certe laboratq; uapulatione: ut Dionyfius tyrannus regno eiectus: factus est ludi magifter. Et Camillus ludi magiftrum difcipulos hoftibus p̄dentem: eifdem pueris in urbem ufq; cædendum præbuit. Est igitur ludus tū aliæ quarundam artium: tum fcola grammaticæ: quam riualet fcientiam dicimus: q̄ in triuiis & compitis docetur. Hoc ideo admonui: q̄ q̄dam impiti triuialem fcientiam appellant grammaticam rhetoricam: dialecticam: quadriuialem alias quatuor liberalium artium. Ludus igitur ut dicebam: ē aliæ quoq; artium: ficut muficæ: ut apud Teren. de fidicina: quæ quottidie difcebat in ludo de grammaticæ fcola: ut mea fert opinio: magis q̄ rhetoricæ itelligit Cice. de ora. cum inq;: Hoc in ludo nō præcipitur. Faciles. n. caufæ ad pueros deferuntur: Et ftatim poft: Hæc est in ludo caufæ fere formula. Nam ut inq; Quin. Rhetores fuas partes omiferunt: & grammatici alienas occupauerunt. Si q̄dem grammatici alienas occupauerunt. Si q̄dem grammatici latini et rhetoricam docent. Quod i dicant ipfius quoq; Cice. uerba: cum pueros: non iuuenes nominat. Ludus armoz: q̄ idem ut lentio gladiatorius dicitur: ubi difcunt gladiatores: apud Quin. Quid me diu piratæ in carcere retentum: q̄ diuitem illis pmiferam patrem: in ludum uendiderūt tanq̄ decepti: Et itez. Et inter dedita noxæ mancipia contentiffimus Tyro gladiator: ut nouiffime pderem calamitatis meæ innocentiam: difcebam quottidie fcelus. Ludos tamen gladiatorios frequentius q̄ ludū dicimus. Quotiens unum pluraue paria gladiatoroz ad fpectaculum pugnaturæ pducuntur: quæ res munus gladiatoroz appellatur q̄a populo tanq̄ munus donatur: & q̄ donat: munerarius: & q̄ familiam gladiatoroz habet: gladiatorozq; domi in difciplina: & ut dixi: in ludo exercet ac poftea uendit: lanifta. Vocantur at ludi gladiatorii: ficut ludi apollinares: ludi circēfes: ludi fæculares. Nā fpectula publica utiq; in honorem deorum ludos antiq; uocabant ut non absurdum fit folemnitate in natali die fanctorum: præfertim cum apparatu illo & pompa ludos uocari. Nam quo alio nomine uocemus illam fpectaculi exhibitionem: qualis fit in multis italiæ ciuitatibus: & ut audio: in multis aliis puinciis. Hæc de ludo & ludis hætenus: De lufu quoq; aliquod afferatur exemplum. Qui. Nec me offenderit lufus in pueris: est & hoc fignum alacritatis. Et itez paulo poft Sunt etiam nonnullis acuendis pueroz ingenijs non inutiles lufus. Libertas in loquendo agendoue: & qd fit licentia. Cap. cxcviii.

Libertas in accipiendo accipitur in bonum: cum q̄s non timide quod feruile est: fed ingenuè & libere: hoc est ut libere hominem decet: loq; tur. Licentia uero in malum: quando hac libertate utitur ufq; ad temeritatem & pccitatem. Vnde Quin. Et quæ in aliis inq; libertas est: in aliis licentia uocatur. In agēdo fimili quoq; modo: ut libere fecit: libere egit i. digna libero homine. Cice. Sæpe de libere dictis ac factis loq; tur: & de licentia Clodioz queritur. Quin. Porro q̄ confeffum defendit: non abfolutionem fccleris petit: fed licentiam. Teren. Deteriores omnes fumus licentia. Est autem huius nominis fignificatio impunita quædam facultas agendi q̄cqd uelis: de facto loquor. Nam de uerbo non dixi: quod dubitationem nō habet. Ideo hoc modo dico: q̄ uidetur uocari poſſe in dubium de facto. Si q̄dem Salu. in iugur. ita ait: Romam legatos ire iubet agendaz rez & quocunq; modo componēdi licentiam illis pmittit quod nescio an in malum accipi debeat: quaſi ut male & cum damno atq; dedecore regis poſſint cōponere: quale est Quiti. An exiſtimas hanc legatis dari peccandi licentiam: ut quæcunq; fcclera in eo officio commiſerint cum his omnibus hac una lege decidant? An etiam in bonum ut folet dicere iuriſconſulti: data eſt mihi licentia eundi redeundi: qualiter etiam pleriq; eccleſiaſticoz ſcriptoz locuti ſunt.

Inter indulgentiam & ueniam Cap. cxcix.
Indulgentiam uulgo nunc accipiunt p uenia: ut indulgentiam tibi deus tribuat: uel deus tibi indulgeat: quod q̄s neget dici non latine. Indulgere. n. eſt concedere: & ut fic dicat obſequēter delicateq; tribuere. Cuius rei admōeri certe debuerāt illo trito uerſu nescio cuius: fed certe inter minutos auctores latiniffimi: & quo mille annis nemo carmen ſcripſit elegantius. Indulgere gulæ noli quæ uentris amica eſt. Nunqd in gula nequaq; miſericordes iuuenimur eſſe anteq; peccauit: an ne committam: ut illa peccet? Quin. Mollis illa educatio: quam indulgentiā uocamus: neruos omnes: & mentis: & corpis frangit. Non ergo indulgentia pro uenia accipienda eſt. Eſt. n. uenia remiſſio culpæ: ut idem peccauit & ueniā peto: & errare hominis eſt: & ignoſcere patris. Melius q̄ e contrario ueniam p indulgentia accipiunt: ut Virg. i. ænei. Orates ueniam & templum clamore petebant. Et Cice. p Archia. Dabitis mihi hanc ueniam. i. indulgebitis concedetisq; mihi hoc: ſi forte peccauero: Nam apud hunc uix unq; indulgentia reperitur. Teren. Da pater ueniam: ſi ne te exorem. Hæc duo pro utroq; poſuit: id eſt da ueniam: & ſine ut hoc etiam ſi improbum ſit: abſq; impetrem: & cum uenia tua dixero: hoc eſt ſiqd erro: tamen cum pace tua: & ut iſti loquuntur: cū licentia tua dixero. Frequenter legimus facio tibi poteſtatem eundi & redeundi: quem in modū mal-

QuVARTVS

lem ego dicere: q̄ do tibi licentiam. Porro dare potestatem plus est q̄ facere potestatem: Est enim dare potestatem: rem alterius arbitrio committere Ex hoc ueniam dare admoneo: ut dicam de pœnitere: quod nonnq̄ pro pudere siue tædere accipitur: ut Liui. lib. i. Nec me eorum sententiæ esse pœnitet. Cice. de senectute: Num igitur si ad centesimum uixisset annum: senectutis suæ cum pœniteret. Vir. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum: quod quidam exponunt p̄ pagæ uideatur.

Inter ambitum & ambitionem.

Cap. cc.

Ambitio in animo est: ambitus in actu. Nam qui præter modum cupit aut honores: aut laudem: ambitione peccat. Qui uero dilargitur pecuniam suam: aut populo muneribus ludisq; blâditur: aut cæteris artibus quæ legitimæ non sunt: ad publicos honores tedit: ambitum committit: cuius similis est quam hodie symoniam uocant a Symone mago: nisi q̄ hanc tantum in rebus sacris uolunt esse. Ambitus ab ambio uenit: siue is qui non suæ uirtuti cōfidit: non recte graditur: sed per circuitum: siue q̄ romani qui honores peterent: singulo circuibant prehensantes rogantesq;: ut se in suffragiis adiuuarent: siue q̄ qui pro adipiscendis honoribus solliciti sunt: eum rogant exordio quoq; longiore & uerborum circuitu utuntur. Hæc omnia quæ ambitus facit: ambitio facere compellit: a qua ambitiosi dicuntur: non ab ambitu: nonnq̄ habitus p̄ effectu ambitionis accipitur apud Quin. Siue pro spe quadam fauoris: & quasi captatiõe misericordiæ: ut si iuuenis innocentissimus iudices uti uellent ambitu tristissimæ calamitatis: poterat allegare uobis amissam cum oculis cogitationum omnium temeritatem. Ad hoc etiam ambitiosus dicitur ut apud eundem li. vi. Non sum ambitiosus in malis: nec lachrymarum augere causas uolo: utinãq; esset ratio minuendi Oui. li. ii. de ponto. Sed tamen hoc factus adiunge prioribus uinum: Pro nostris ut sis ambitiosa malis.

Vicus quid significet.

Cap. cci.

Vicus pars urbis: diuisa est enim urbs in uicos: quasi in membra minora: sicut Subura: Carina: Aesquilæ uici Romæ: ut opinor erant. Nam regiones circa uiginti fuerant: hodieq; tantum tredecim seruant nomina. Vici autem & olim: & nunc ultra mille: extra urbem uero frequentes: uillæ ac frequentes domus instar uici urbani uicibus uocantur: si modo suburbanæ nō sint. Tunc nanq; suburbana dicuntur plurali quidem numero. Nam singulari significat prædium in suburbanis: ut suburbanum meum: & suburbana mea: si plura sunt: quale est in similibus: ut sui in Cumanis: i. Tusculano. i. in fundo meo cumano: & prædio meo tusculano: eramus in Formiano tuo: Pompeiano Varronis. i. in uilla tua & Varronis: Cæteræ ut ad rem redeamus. Hic uicus paganus fere muris caret. Nam si haberet muros castelli nomē acciperet: quo a castrum descēdit: quo significatur locus muris munitus. Et ut Seruius ait urbs. In plurali notum est appellari locū: ubi milites tentoria fixerunt. Quāq; uariis mos est castrametandi. Veteres solebant illa uallo fossaq; circumdare: & aliis pro natura loci munitionibus. Oppidum omnis urbs est præter Romā: quæ peculiari nomine urbs uocari cœpta: fecit ut cæteræ urbes oppida uocaretur. quia iam ipsa oppidū amplius non est. Vnde dicatur urbs: & oppidum cum alii dixerit: tam parum attinet de ethymologia disputare: quæ plærūq; fallax est: & in primis nisi fideli fundamento nitatur friuola. Vicinia autem non tam homines: qui eundem incolunt uicum significat: q̄ qui prope domum tuam habitant. Vicinitas autem non homines: sed propinquitatem proprie quidem uiciorum. Abusue uero etiam cæterarum rerum: nonnq̄ continens pro contento: ut laudandaue potius amanda uicinitas.

Commentaria quid sint.

Cap. ccii.

Commentarii nomen quid significet: tertio declamationum li. Seneca declarat: cum dicit Sine commentario nunquam dixit: nec commentario contentus erat: quo nudæ res ponuntur. Et Cice. in Bruto: Non est oratio: sed capita rerum & orationis commentarium Paulo plenius. Et Quin. Plærūq; at multa agentibus: ut maxime necessariis & utiq; iniuria scribant: cætera quæ domo afferunt cogitatione complectantur: subitis ex tempore occurrunt: quod fecisse. M. Tullium i. suis commentariis apparet. Sed feruntur aliorq; quoq; & inuenti forte: ut eos dicturus qsq; composuerat: & in libros digesti & causæ: quæ sunt actæ a Seruio Sul. cuius tres orationes extant. Sed hi de qbus loquor commentarii: ita sunt exacti: ut ab ipso mihi in memoriā posteritatis uideantur eē compositi: Per hæc Quint. uerba colligitur non modo id quod dicebam: simulq; in plurali hoc nomen esse gen. mas. cū in singulari sit neutri: de quo mox est dicā: ueq; est cōmentarios idem esse quod libros: quod Ci. confirmas. iii. li. de finibus dicit: Tuiple cum tantum librorum habeas: quos hic tandem requiris commentarios quosda inq; aristotelicos. Tum. ii. de oratione. Tres patris Bruti de iure civili libellos tribus legendos dedit: Ex libro primo forte euenit & cætera. At statim post. Vbi sunt hi fundi Brute: quos tibi pater publicus commentariis consignatos reliquit: Quod nisi puberem te iam haberet: quartum librum composuisset: & se in balneis locutum cum filio scriptum reliquisset. Ecce eandem rem tribus uocabulis Cicero declarauit: libellis: libris & cōmentariis. Quare ita sentio oēs commentarios libros esse: sed noui cōtinuo libros cōmentarios. Nāq; ubi res sunt late diffuseq; explicatæ: & nō breuius q̄ poterat tractatæ: libri tantū sūt: nō

commentarii. Vnde Cæsaris cōmentaria: in qbus ad exequēdam historiam aliis uidef subiecisse ma-
teriam: q si fuerint singuli cōmentarii uel cōmētarius: uel liber dicetur. Liuius. xlviii. Quæri iussit
ab eo: quem de his rebus cōmentarium a patre accepisset. Cum respondisset accepisse se nihil prius
nec potius uisum esset: q regis ipsius de singulis respōsa accipe libz poposcerūt. Si plures: primus &
secundus cōmentarius: non primū & secundum cōmentarium: ut Hircius siue Oppius qui accessio-
nem adiecit Cæsaris cōmentariis: ait. Proximus alterue cōmentarius: nunq̄ cōmentariū ita mi-
hi annotasse in magnis auctoribus uideor. Quidam tamen aliter faciunt utiq; in alia significatione
quæ ē ut sentio: expositio & interpretatio auctorum utroq; genere promiscue utentes: ut. A. Ge. Est
adeo pbi grāmatici cōmentarius satis curiosē factus. Et itez. Nonnulli grāmatici qui cōmentaria in
Vergilium cōposuerunt. Et itez quoq; noster Scaurus in primo cōmentariorum: quos in Gorgia
Platonis composuit scriptū reliquit. Boetius. Quod in his cōmentariis diligentius expediuius: q
nobis in eiusdem Ciceronis topica scripti sunt. Et itez. Quo autem mō de his dialecticis locis di-
putetur in his cōmentariis: quos in Aristotelis topica a nobis translata cōscripsimus: expeditum est
Quidam etiā talia huiusmodi opa cōmentum uocauerunt: ut Nigidius: Donatus: Priscianus: aliiq;
nonnulli. Seruius cōmentarium: cōmentarioscq; pro homine accipe uidetur: cum inquit in. vii. ænei
dos dicit quidā cōmentarius: connexa legendum. & in geor. primo. Supfluo mouent quæstionē
commentarii. Cap. cciii.

Coenaculum locus ad cōnandū in loco superiori: Cōnatio locus ad cōnandū: sed in imo
potius. Iuue. Et argentē recipiat cōnatio solem. Verūtamen cōnaculum nō tam p loco
cōnandi: q pro pte domus superiore accipit: quæ frequenter hospitibus ad hitandū locari
solet: q totā domum cōducere nō possunt: & pte inferiore: siue illa taberna: siue officina
fit: non hēt opus: cuius rei proferre exempla: nisi abunde Varro sufficeret: dicēs: Vbi cōnabāt: cō-
naculū uocitabāt. Postq̄ in superiori parte cōnare cōeperunt superioris domus uniuersa cōnacula di-
cta. Postq̄ ubi cōnabāt plura facere cōeperunt. Cap. cciiii.

Epulæ sunt cibi in misterio hoīum & in nostrū usum compati. Epulæ solemniore quædā
epulæ: & ppe publicū cōuiuuium in propatulo numerosi ciuibus exhibitū siue in dedica-
tione templi alicuius: siue in honorem deoz: uel in magnificentia ostentationē: siue in
funere magni alicuius uiri: Cui simile ē quod hoc tpe fit: cū publice palcinus paupes: p-
sertim in mortibus ppinquoq;: quod uel idem ē pene: qd parentare: si Hieronymo credimus: q̄ in
iii. li. i. Hieremiā inqt: Hoc autē & ingentibus ferre cibos & pparare conuiuuium: quod grati π̄ριλυ-
τροα uocant: & a nostris uulgo appellantur parentalia: eo q̄ parentibus iusta celebrentur. Dapes uo-
lunt esse uel deorum: uel nostrorum in sacrificiis deorum. Cap. ccv.

Seges & fruges quid differant inter se.
Eges ē eoz feminum ex quibus conficitur p̄is nondum demessa: nonnunq̄ cōtentum
p continente usurpantes: ipsam humū accipienda ipsa semina subactā segetem uocamus
ut Vir. Illa seges demū uotis responder auari Agricola: bis quæ solē: quæ frigora sentit.
Fruges uero qcqd ex fructu terræ in alimoniam uertimus. Liuius: Eā gentem traditur fa-
ma dulcedine frugum: maxime uini noua tum uoluptate captam. Idem: Non arbore frugifera nō fa-
tis in spem relictis. Plin. Indicem dedit de arboribus frugiferis. Cap. ccvi.

Sementis ē satio: siue ut sic dicā seminatio. Liuius: Capani sementē facere possent. Miror
q̄ quare cū in aliis locis apud Hieronymū plurimus: tum in geneleos principio semētis
p semine positū ē. Messis tū ipsa messio ē: tū seges iā matura. Cice. de ora. Qualē semen-
tem feceris: ita metes. Cap. ccvii.

Malleolus a sarmento sic distat: ut ps a toto. Est enī malleolus: ut placet Columella: i mo-
dū mallei rostra habēs aptus plātationi. Quādo autē arefacta sarmenta sunt: cū malleolis
igni reseruata idifferēter uocant. Nā & Annibalē legimus sarmenta cornibus boū alligaf-
se atq; incendisse ut hostes falleret: & nonnullis ciuibus romanis q̄ domos haberent ple-
nas malleorum: ad capitolii uel urbis incendia fraudi fuit. Cap. ccviii.

Arbor a frutice quomodo differat.
Arbor a frutice ita differt: ut frutex ab herba. Est. n. frutex q̄ ad iustā magnitudinem ar-
boris nō assurgit: & statura similis ē multis herbis: sed nō demoriet neq; arefcit ut herba:
sed perennis ē. Inter frutices & soboles quoq; illa arbor: & plantula. Ab hac fruticari uer-
bū: quasi fruticem renasci ex arbore. M. Tullius ad Atticū: Excissa est. n. arbor: nō euulsa
Itaq; q̄ fruticef: uides. Nā illud quod sæpe legimus fructificari pilum: traslatū est. Cap. ccix.

Acinus iter & baccas hoc itereē puto: q̄ acini iter
fructus miuiores arbor: fructicūe desius nascunt: baccæ uero dispius & rarius. Inter
acinos. n. nūerant uuæ: grana hæderæ grana sâbuci: grana ebuli: grana mali punci. addo
et moz & qcqd huius ē simile: iter baccas uero fructus lauri fructus oliuæ: corni: loti: quæ

fabam syria
Cerasum u
Glans in nu
Vir. Castan
similia: nō
neis ebuli



collisione re
tus: ut ex al
& excandesc
Stridor est a
aliquid ptract
apud. M. Fab



Et circu
legatis Cæ
ferre. Quo
sane genus
non cōme
amantem
pulo ferer
sint: suam



mum e tul
sunt. Alter



neri simili
tur. Nam cō
dicam: fact
Credo in u
etam. At no
bellum: per
ginem eius
in or a sup
auctor & a
auctor ut
q̄ inde uer
nō uideat
ctor ec. Nā
in quo ē ui
lus regē iuf
terponat ra
agere foem
tant: i quo
isse legimus
eius: cum se
ris tutoribu

QuVARTVS

fabam syriacā uocant: myrti: lentisci similiūq;. Supra hæc at poma dicunt duntaxat qbus uescimur. Cerasum uero: uel ut Seruio placet Cerasiū: & prunū & mēspilū: poma nō acini neq; bacca noiant. Glans in numez: istoz non uenit. Siluestris. n. & pastio pecoz est. Castanea in nuces refertur. Vnde Vir. Castaneasq; nuces: sicut pinus: corylus. siue a loco auellana: amigdalus: iuglans: & siqua sunt his familia: nō poma dicunt: sed nuces. Nonnunq; acini & bacca indifferenter ponunt: ut Virg. Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentē. Inter crepitū: strepitū: fremitū: stridorē. Cap. ccxi.

Repitus sonitus est uiolentus ex impulsu resultans. Vnde increpare est cū eruptiōe uocis & inani sonitu rephēdere: cymbala tympanaq; crepitāt: uide fit crepitaculū. Tubæ quoq; & cornua: similiaq; crepāt siue crepitant. Crepitus quoq; speciali uocabulo qd significet: malo me tacente minus notum eē: qd me dicente nimis. Streptus sit ex corpore tactu: ex collisione rege: & multaz uocum in unum confusione: si modo nō sit imodicus. Tūc. n. dicitur fremitus: ut ex alto mari sonus fluctuum & i populo murmur. Vocant etiam fremitus: qd & indignantis & excandescentis: & quasi humanam uocē præ iracundia imitantis. Vox oratioq; fremitus dicitur. Stridor est acrior & quasi sibilans collisio. Streptus tamē pprie pedum ambulantium manuumq; aliqd præstantiū sonus est. Appellatur et fastus & pompa diuitiaz: quasi a strepitu comitatum: ut apud. M. Fabium. Hic cum me euocasset subito crepidū totoq; fortunæ suæ strepitū circūstetisset. Cap. ccxi.

Officium quid sit. Officium est uirtutis actio: quod græci $\alpha\pi\sigma\tau\eta\sigma\iota\sigma$ uocant: uel ut latius explicet: p loco p tpe: p rege dignitate: similibusq;. Inde illud est quod dicit a multis in familia bene instituta oēs in officio. i. omnes agunt quod debet. & missi sunt legatis obuiam ciues officii gratia. Et circūstabant senatores Cæsarem sedentem in aurea sella officii gratia. i. honoris gratia: quæ legatis Cæsariue exhibere debemus. Nihil. n. tam nos decet q merenti uel honorē exhibere: uel opē ferre. Quo factum est: ut officia significant beneficia siue obsega. Vnde illud Cicerōis: Odiosum sane genus hominum est officia exprobrantium: quæ meminisse debet his q in quem collata sunt: non cōmemorare q contulit. Et illud Quint. Duxit me similis ætas: euicerunt officia: cœpit fides amantem: odisse nō potui. Magistratus quoq; officium dicit: siue qa honoris cā factus est: siue opis populo ferendæ: siue qa ius suum cuiq; & qd cuiq; debet reddat. Cætera et artes quæ modo honestæ sint: suam actionem officium uocant: ut officium grāmatici: officium medici: officium architecti. Cap. ccxi.

Inter Histriōem & mimum. Histrio q psonatus in scœna tragœdias agit: comœdiasq; uoce & corpis gestu. Mimus qui uel intra: uel extra scœnam gesticulatiōes quasdam exercet: imitaturq; mores hominum ac naturas præsertim obscœnæ. nam mimoz scriptoz res obscœnas amores tractat Pri mimum e tulco quodam homine tractatum nomen esse Titus Liuius ac Valerius Maximus auctores sunt. Alterum e græco uenit $\mu\iota\mu\eta\sigma\tau\eta\sigma$. Mimi tam homines: q poemata uocantur. Cap. ccxii.

Actor & auctor quomodo differant. Actor & auctor ita differunt: q actor dicitur orator q agit causam: q gestū uultus & corporis agit. Vnde tum ipsa punciatio: tum oratio quæ habetur: tum oratio scripta: actio appellatur. Item comœdiis & tragœdiis. i. histrio qui agit gestus in scœnā: & quod huic generi simillimum est: q agit atellanas: & mimus omnis actor uocari pōt: & ptes comœdiæ actus dicitur. Nam comicus tragicusq; poeta ipse est comœdiæ tragœdiarūq; conditor. Auctor at est: ut sic dicam: factor. Nam factor in usu non est: nisi in qbusdam e græco translatis. Et illud quotidianum. Credo in unum deum patrem omnipotentem factorem cæli & terræ: græca est $\alpha\upsilon\tau\eta\sigma$: hoc ē potetam. At nos poetas cæterosq; opege cōditores auctores uocamus: & ille q fecit aliquod opus: q egit bellum: peregit pacem: auctor est opis: auctor est belli: auctor est pacis: nunq; actor est. Quidam originem eius græco repetunt $\alpha\upsilon\tau\eta\sigma$ sed a latino quoq; facilius formari pōt: nisi q nullum latinum in or a supinis descendens est cōmunis generis: ut auctor. Nā cum est ab augeo: nisi modo unq; repit auctor & auctrix facit: ut Serui oplacet sup Virgiliū scribenti. Idem sup Donati artē ita ait. Quærit auctor utq; p se: an de uerbo oriat. Sed sciendū est q a se nascit. Nā illud qd ē augeo nō nos deducat q inde ueniat. Aliud ē. n. augere: aliud auctorē eē. Ego uero a Seruio nō oio dissentio: cū huius uocis nō uideat mihi origo eē: nec augeo: nec $\alpha\upsilon\tau\eta\sigma$ & inauditum ē significationis illius hic & hæc auctor eē. Nā nunq; aliud: q tū ego. sctio: significat q duo. Vnū qd dixi: & alter qd ē huic simile: hoīem in quo ē uis: pās & dignitas: unde auctoritas dicta ē ut apud Liuiū dicit. Deceuerunt. n. ut cū populus regē iussisset: id sic ratū eēt: si patres auctores fierent: hoc ē auctoritatē ut aiunt: suā: & decretū in terponāt ratū habeāt: atq; ratificent siue cōprobēt. Et alibi. Maiores nostri nullam ne puatā qdē re agere foeminas sine auctore uoluerunt in manu esse pemptū fratq; uirorūq;. Et auctores pupilli uocant: i quoq; admistratiōe infirma ætas resq; eius sunt. Ideoq; filios regū pupillos sub auctoribus suisse legimus. Vnde Paulus iuriconsultus: etiam si nō interrogatus tutor auctor fiat ualet auctoritas eius: cum se pbare dicit id qd agitur: hoc est. n. auctoritatē fieri. Et Pomponius. Et si de pluribus datis tutoribus: unius auctoritas sufficiat: tæcti tutor auctores. quare auctores sententiæ alicuiusq; cō

LIBER

filiū uocantur hi quorū sniam consiliūq; secuti sumus: etiā duces militū auctores uocabant. Vnde auctorare. L. iuius li. xli. Signo suo imp̄sas tabellas misit; & uero pignore uelut auctoratū sibi p̄ditorem ratus ē: id est obligatum & subiectum. Et Valerius maximus lib. iiii. Auctorato sociis officio. Sueto. li. iiii. de legendo uel auctorando milite ac legionum & auxiliorum discretione ex quo fit auctoramentum uel quasi obligatio nexumq; uel quasi stipendiū quoddā uel preciū cuiusdā militiæ ac pugnæ actiōis: ut Quint. Nec difficilem sane sub illo p̄sertim auctoramēto habuisset missio nem: sed noluit gladiator uiuere. Sueto. Munus gladiatorū dedit: rudiarisq; quibusdā reuocatis auctoramento cētēnū miliū. Cicero: Quorū ipsa merces auctoramētum seruitutis ē. Seneca li. vii. epistolarum. Nullū sine auctoramēto malum. Auaritia pecuniam promittit. Luxuria uarias uoluptates: ambitio purpurā & plausum; & ex hoc potentiam; & quicquid potentia pōt mercede te uitia sollicitant. Deniq; auctor nihil habere cōmune cum augeo: neq; con α ξαυ auctio pbat: quæ ē uenditio quædā in publico ac loco celebri; & hinc auctionari publice fere sub hasta uendere: nō ea quæ ad esum spectant: sed quæ ad supellectilem atq; ad alios usus: nec fere nisi quæ penes alium in usu fuerunt. Differt autem auctio uel auctus ab haustu: quia diuersam originem sortita sunt. Auctus enim est incrementum ab augeo descendens: ut & haustus ab haurio.

Pupillus quid differat ab orphano.

Cap. ccxiii.

Pupillus est qui caret quidem matre: sed tantisper dum est in ætate: cui des̄ tutor. Orphanus qui caret patre p̄sidiōq; paterno: & qui summope des̄ derat illius opem: cum sine eo male habeat. Græcum tamen nomen ē non sane a ueteribus usitatum.

Triclinium quid sit.

Cap. ccxv.

Triclinium a tribus toris mensisue applicatum ē. ibi enim comedebāt p̄cipue in cōuiuū accepti: cū res ipsa postularet tres toros mensisue extrui. Qui autē huic ministerio p̄erat: architrclinū uocant. Quintilianus quidem triclinium uocat: quod Cicero cōclauē. Nam de eodē conuiuū loco: ubi Simonides artē memoriæ traditur inuenisse: ille sic ait. Vix eo limen egresso tricliniū illud supra cōuiuas corruit: hic sic hoc interim spatio conclauē illud cōcidisse. Est igitur tricliniū cōclauē discubitoriū. Nā cōclauē generalius ē: q̄ etiā pars quædā in penatibus reotior: in qua uel uiri colloq; uel mulieres confabulari solēt. Aulam autem: quod græcum ē nostri semp transferunt atrium. Nam aulam pro olla Plauto: uetustissimisq; dicendum relinquamus.

De penu.

Cap. ccxvi.

Penu ea omnia cōtineri dicuntur: quæ ad uictū pertinent: sed priuatim si mō domi recondita sunt ac reposita. nā locus ubi ista reponunt: Varrone teste penariū appellamus. Quæ uero ad uictum publicū spectant: sicut alio loco dixi: cōmeatus uocantur: sed ex paucioribus cōstat: ut sumus diligentiores p̄ re priuata: q̄ pro publica. Fere nihil aliud cōtinet cōmeatus q̄ annonam: & quicquid annonæ uicem habere pōt: q̄ ut iterum dixi: etiam priuatorum cōmeatus ē: nec annona tātum fru mentaria Cicerone dicente libro secūdo de diuinatione. Aut si Ep̄i curi de uoluptate liber rosus esset: putarem annonā in macello chariorem fore. nescio tamen an macellum non tantum pro loco ubi caro uenditur accipiatur: sed ubi & annona.

Ceruix: iugulus: & collum quid sint.

Cap. ccxvii.

Ceruix posterior colli ps: unde origo ē oibus neruis. Iugulus anterior: unde uox: halitusq; p̄cedit. Collum omnes ptes in solidum cōplectitur. Et quoniā nerui q̄ corpus ereptū rigidumq; faciunt: i ceruice sunt collocati. Dicimus hominē duræ ceruicis: q̄si indomabile more ferociū boum: uel q̄ ceruice erecta & rigida cōtumaciā quandā & rigore mentis p̄se fert: tanq̄ nemini caput inclinare uelit: tali noīe uocatur q̄si duri capitis: duræq; mētis. Ceruices etiam dicimus p̄ ceruice. imo in singulari nūero neminē aīe Hortēsiū dixisse. Quinti. est auctor. Similiter quoniā in iugulo mortifera statim plaga ē: p̄ceteris mēbris: eademq; ps uulneri obnoxia: ad quam mucro inter arma ipsa facile subit a ueteribus dicebatur: petere iugulum: ferire iugulum pro eo quod est petere mortem: inferre mortem. Quintili. Initurusq; forensiū certaminū pugna iam in schola uictoriā spectet: & iugulum petere: & ferire uitalia: aut tueri sciat. Cice. in uerrinis. Sua cōfessione inducī ac iuguletur necesse est.

Inter sinum & gremium.

Cap. ccxviii.

Sinus ē intra pectoris brachiorumq; cōplexum. Inde sinus uestium: q̄les erāt tunicæ romanorum: & mō quorundā religioforum supra cincturā laxitas: illa uestis quæ cingulū operit. Littora quoq; curua & quasi brachiis mare aplectētia sinus uocamus. Gremium est intra cōplexum foemog; foeminūue: quo in cōplexu mulieres concipiunt. Et p̄ trāslationē gremium terræ appellāus cum semen suscipit: cōceptumq; retinet q̄si uiuentē foetum postea parit uera. Quare cū lactant infantes: ad sinum admouent: pueri uero iā facti a sedentibus matribus utiq; cum illis bladiunt: & ad gremiū excipi solēt: ut Virg. De Cupidine sub imagine pueri Ascanii. Hæret & interdū gremio fouet inscia dido. Quinetiā matres: nutricesue cum sup genua collocāt infantem: aut extremis uestibus repositum: & ad uterq; usq; sublatum gestāt: in gremio magis q̄ in sinu tenere aut gestare dicunt: ut idem de eodem: Et forum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos.

Q. VARTVS

Cap. ccxix.



Socium socio dicitur: comitem comiti raro.

Socius socio dicitur: comes comiti raro dicitur. Namque socius est par: comes uero minor quippe
 qui sequitur & ducem habet: ut Cicero. Non comitem se inquit: sed ducem praebuit. & alibi. Neque
 enim princeps tunc ad salutem esse potuisset: si esse alii comites uoluissent. Ideoque duces in
 bello quotiens milites alloquuntur conciliandae beniuolentiae gratia: non fere appellant comites sed
 socios conuocantes quodammodo ipsorum dignitatem cum illis: ut e diuerso cum eodem comilitones uocant
 comunicantes eorum conditionem atque sortem cum ipsis. Neque enim dux comilito est militum: sed mili-
 tes inter se comilitones: ut audi Virgii. Aeneas comites suos consolans ait. O socii. Et auctor ipse sua
 persona loquens de Achimene: inquit. Comes in foelicis Vlyxis. Et iteque. Vno graditur comitatus Acha-
 re. Neque recte dixeris de Vlyxe & Aenea hunc esse comitem Achatae: illum comitem Achimeneidis.
 Idem tamen ait. Arma deosque parant comites. Et iteque. Sacra suosque tibi commendat Troia penates.
 Hos cape fatore comites. Nunquid dii erant comites graecorum atque Aeneae: an duces? Certe dii penates
 comites erant confessione tum Aeneae: tum ipsorum quoque deorum. Nam primo lib. Aeneas ait: Victosque
 ex hoste penates Classe ueho mecum. Et in tertio dii aiunt: Nos te dardania incensa tuaque arma secu-
 ti. Nos tumidum sub te pmenfi classibus aequor: sub te. i. duce te & te secuti sumus. i. tui comites fui-
 mus. Idem de graecis quoque dicendum est: & de eorum deis. Idem et de Sibilla & Aeneam: quod modo hic:
 modo illa dux erat aut comes: tamen quia sequebatur Aeneae uoluntatem Sibilla: & quasi ministra
 se praebat: comes erat. Quia uero ducebat praemonstrans iter & declarans ea quae ille ignorabat:
 dux eadem dicitur: tam & si aliquando comitem pro socio dicimus: ut Cicero in rhetoricis de illo uiatore: qui cum
 ante lucem surrexisset: comitem suum inquit in clamauit semel & saepius: cum de eodem antea dixisset in
 itinere: quidam proficiscentem ad mercatum quendam & secum aliquantum nummorum ferentem est comi-
 tatus. i. insecutus. Quare peccauit tunc Priscus ad Iulianum scribens Tibi ergo hoc opus deuoueo ois
 eloquentiae praesul: ut quantacumque mihi deus annuerit suscepti laboris gloriam: te comite quasi so-
 le quodam dilucidius crescat. Quid magis absurdum: quam quem dicas tuum solem: eundem appellare
 comitem tuum hoc ipso quod sol est: tum illi pro nomini sacrosancti uiri: qui dicit: Ebrietas est ois libidi-
 nis & intempantiae: supbia est comes odii: diuitiae sunt comites supbiae. Nam potius dicendum erat
 Libido & intempantia comes est ebrietatis. Sequitur. n. libido & intempantia: ebrietas antecedit: odium
 comes supbiae est: supbia comes diuitiarum. Ci. Est gloria comes uirtutis. Gloria. n. sequitur honesta-
 tem: sicut umbra corpus. In eodem opere nup a quodam prodocto uiro. Illud iracundiam laudant comitem
 fortitudinis esse dicunt: emendatum sic erat comitem fortitudinis: ut sciremus uerum esse quod ait.
 Quintus dum librariorum inscitiam sectari uolunt suam confitentur. Idem Ci. alio loco. Cupiditas dicitur
 di pacis est comes: ois socia. Siquidem pacem sequitur dicendi cupiditas. Quid ergo si haec comes est
 illa dux erit: Dicemusque pax est dux cupiditatis dicendi: & ebrietas dux libidinis & intempantiae. Non
 est hic sermo quidem uilitatus: sed potius per alia uerba: quoque tria nunc in mentem ueniunt: magister
 magistratue: mater patresue: materies materiae: ut ebrietas magistra est libidinis & intempantiae. Su-
 pbia est mater odii. Diuitiae sunt materia supbiae: Quibus tribus fere indifferenter uti possumus. In
 personis uero magis conuenit dux: aut in his rebus: quae personae sunt similes: qualis est fortuna: quae
 dea fingitur. Cicero non semel dixit fortunam non ducem: sed comitem fuisse quibusdam impatoribus.
 Est praeterea: ut eo redeam unde egressus sum: alia differentia inter comitem & socium: quod comes est
 qui utrumque sequitur alterius dictum: socius praerunq; negotiis seriisque rebus: & fortunae arbitrio subie-
 ctus: ut Caesar in commentariis: itaque Androstenes praetor Thesaliae: cum se uictoriae Pompeii comi-
 te esse mallet: quam socium Caesaris in rebus aduersis: omnem ex agris multitudinem seruorum ac liberorum
 in oppidum cogit. Verum huiusmodi differentia aptior est inter socium & sodalem. Est enim proprie sode-
 lis in rebus leuioribus ac saepe uoluptuosis. Qui. Quo tandem pateris animo: si delicatus adolescens
 praesertim splendidis opibus: uel ex aetate mores: uel ex fortuna traxissem: & tempestiua conuiuia & pu-
 uigiles iocos: aduocata sodalium turba: solutus atque affluens agerem. M. Tullius. Epulabar modice
 cum sodalibus. Sodalitates. n. me quaestore sunt institutae. Idem alibi. Ego Placium Laterensis & ipsum
 gratiosum dico: & habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos: quos tu sodales uocas: officio-
 sam amicitiam nomine iniquas uitioso. Caius autem sodales inquit: qui eiusdem collegii sunt: quos graeci
 uocant A quo non sane discordat apud. M. Tul. Antonius: qui
 Norbanum quaestorem suum appellat sodalem. Comis est benignus homo & facilis: qui aliis non gra-
 uate inseruit.

Pompa & spectaculum.

Cap. ccxx.



Pompa omnis spectaculum est: sed non e contra. Pompa quidem in prosperis est: & in aduer-
 sis qualis est in triumpho & in funere: quasi quidam solennis apparatus & ostentatio. Ci.
 Sed iam e pompa in ueram aciem descendamus. Virg. Ad delubra iuuat solennis ducere
 pompas. Quin. Quid. n. si respondere iubeas orbitatem cur in exequias totos egerat cen-
 sus: quod sibi uelit ille funebrium longus ordo pompae? Spectaculum uero est nunc illud quod specta-
 tur: ut nocte pluit tota. redeunt spectacula mane. Nunc ipsa spectatio: ut O acerbum spectaculum
 nunc locus unde spectatur: ut sedebat in spectaculis: & de spectaculis excitatus est.

Senecta & senectus: iuuenta & iuuentus:

Capi. ccxxi.



Senecta est senilis ætas: iuuenta autem iuuenilis: & ut quibusdam placet: dea ipsa melioris ætatis & iuuentutis: At senectus idem quod senectæ. Iuuentus uero etiam frequentia iuuenum: non solum ætas. Senium quoque pro senectute accipitur.

Inter continentiam & abstinentiam differentia.

Cap. ccxxii.



Continentia & abstinentia ita differunt: quod abstinentia iustitia est. Continentia uero illa quæ inter uirtutes quarta numeratur quæ eadem dicitur temperantia & modestia. Est enim hæc cum a uoluptatibus nos continemus. Abstinentia cum abstinemus ab alienis: nulli uim afferentes: nihil cuiuspiam eripientes. Cicero: Si in nulla uoluptate continuerit in alia se effuderit: Rursum quoque beneficium est: quod te abstinueris a nefario scelere. Nonnunquam tamen indifferenter: ut apud Valerium Maximum titulus est de abstinentia & continentia: ubi exempla istarum uirtutum promiscua sunt: ut tamen sentio: continentia poteris dare nomen abstinentia potius quam ediuerso. Illud enim specialius uidetur: hoc generalius: Quomodo temperantia putatur sub iustitia esse: uel ab ea non posse separari: illa uero sine hac frequenter est. Quare rite continentia uocatur abstinentia.

Pecus pecudis: & pecus pecoris.

Cap. ccxxxiii.



Pecus pecudis & pecus pecoris prope nihil differunt. Significaturque hoc nomine animal quod sub impio hominum ex pabulo terræ pascitur: ut bos qui tauæ uaccam comprehendit propter suum proprium significatum: equus: ab allusue qui asinaria potius operam exercet asinus: non autem onager nec lalisio. Mulus: qui proprie generatus est ex asino & equa. Nam himulus dicitur qui patre equo matre asina genitus est: quem quidam burdonem nominant. Camelus namque non tantum pascitur sub magistro: uerum etiam in quibusdam locis inter armata & cuius significatio non modo ad matrem foeminaque pertinet: ut passer: ut aquila: sed cum genere foeminino nonnunquam iungi inuenitur: ut camelos foetus: quale est bos: ut apud Vergilium: Ille meas arare boues. Quod ideo minus mirum est: quod lupus etiam apud Varronem & Ennium: & Fabium pictorem in genere foeminino reperitur: siue hic lupus lupaque significat: huic quoque similis est bubalus. Ceterum & ipsi cameli: & cetera quæ enuerunt armenta faciunt: licet quidam tantum uelint esse bouum: quasi ab arando armenta dicta: deinde sublata tertia littera armata. Præterea ouis marem foeminaque significat. Capra cum qua caper siue hircus: porcus: cum quo porca intelligitur: unde fiunt greges: ut grex ouium: grex caprarum: grex porcorum. Ouidius. meta. iiii. Mille greges illi totidemque armenta per herbas pascebant. Virg. iiii. geor. Hæc satis armentis super altera curæ. Lanigeros agitare greges: hirtasque capellas. Idem tamen de ceruis primo æneidos dixit ibi: Hos tota armenta sequuntur. A tergo ut minus mirandum sit: si de bobus gregem dixit: ibi. Aut aliam quam in magno sequitur gregem: tamen ad distinctionem adiunxit magno: sicut Horatius adiecit mugientium in epodis aut in reducta ualle mugientium prospectat errantes: greges: quasi grex sit generalius nomen armentum uero specialius: & illud sine apposito de minutis pecoribus intelligatur cum apposito possit etiam ad maiora transferri: ut Cicero in philippicis. Fudit apothecas: cecidit greges armentorum. Hæc omnia pecudes & pecora dixeris: quorum exempla tot sunt: quotiens hoc uocabulum reperimus. Veruntamen pecus pecoris nonnunquam reperitur pro multitudine pecudum siue pecorum: sed gregalium potius: quam armentalium: ut Virg. Dic mihi Damoceta: cuium pecus: an Meliboei? Infelix o semper ouis pecus. Et alibi: Caprigenumque pecus nullo custode per herbam. Ouidius. meta. li. xiiii. Hoc pecus omne meum est: multarum stabulant in antris. Multa silua tegit: multarum quoque uallibus errant. Nec si forte roges possim tibi dicere quot sunt. Pauper est numerare pecus: de laudibus hæc. Nihil mihi credideris: presens potes ipse uidere. Ut uix circueant distentum cruribus uber. Sunt foetura minor tepidis in ouilibus agni. Sunt quoque presens aliis ætas in ouilibus hædi. Cur dixit multarum: & hæc cum nullum genus antea nominasset: nisi quod intellexit oues & capras: quasi postea nominat. Cicero in Verrem: Nominat iste seruum: quem magnum pecoris esse diceret. Virg. tamen ge. iiii. ait: Pascitur itaque pecus longa deserta sine ullis hospitibus tantum campi iacet: omnia secum Armentarius aser agit. Armentarium pecoris dixit. Nonnunquam pecus pecoris significat ouem: nec solum uulgo ubi hæc animalia pecora dicuntur: uerum etiam apud graues auctores: quoque est Plinius: qui libro octauo inquit. Est in Hispania: & maxime Corsica non dissimile pecori genus musinorum caprino uillo: quod pecoris uelleri proprius: quoque e genere & ouibus natos Prisci umbros uocauerunt: infirmissimi pecoris caput: & non longe post. Suis foetus sacrificio die quinto purus est pecoris die sexto bouum trigesimo. Quintus. Cur in usum nostrorum sæpe pecori lanæ detrahuntur: propter pecudes autem ceterarum quod drupes feræ sunt: licet proprie uideantur feræ dici: quæ feritatem habent: ut leones: ursi: pardii: lupi: uulpes: hæc quæcunque mansuefactæ sunt cicures uocantur: qualis canis qui nec pecus: nec fera est: licet sit natura ipsa non tantum fera: sed ferus: qualis elephas: siue quod usitatius est elephatum ad bella domitus: alioquin fera natura: de quo nomine idem quod camelo fortasse dici potest: quod & communis generis sit: & armatum faciat. Quidam suum domesticum tantum cicurim uocant. Ego potius aprum dixerim: quod ex fera cicuris est factus: nec aprum modo: sed etiam onagram: ceruum: capreolum: dammam: capream: leonem quoque: denique quicquid cicurari potest. Cicurare enim ut Varro ait: est mansuefacere. Quod enim a fero discretum est: id dicitur cicur. Et ideo dictum cicur ingenium obtinere.

Q VARTVS

neo. i. mansuetum: innatum a cicro cicur uidetur. Cicum dicebāt membranā tenuem quæ est in malo punico discrimen. Hæc Varronis uerba confirmat Cice. ubi ait. Nam aliæ sunt feræ: aliæ sunt cicures: aliæ natantes: aliæ uolucres.

Collis: iugum: cliuus: promontorium.

Cap. ccxxiii.



Ollis est ut ita dicā: monticulus: siue p se & a monte sepatus: siue pars montis. Iugū ut ita et dicam: ipsa arduitas montis: & p cliuis ac pna supinitas: cui similis ē in colle. Cliuus tamen mollis magis & clemēs: ut cliuus capitolinus: & cliuus q ducit ad ianiculum: cliuus mōtis Auentini: quos oēs scimus esse in urbe Roma: colles unde qdam uocant eam urbem septicollem. Et antiquus siebant festa quædam septimontalia. Liui. itaq; cū p Cassilinum euadere nō possēt petendumq; montes & iugum Caligulæ supandum. Et alibi. Quātū in altitudinem egrediebantur magis magisq; siluestria & plæraq; inuia loca excipiebant. Vt uero iugis appropinquabāt: q; rax in aliis lucis esset: adeo omnia contenta nebula: ut haud secus q nocturno itinere impedirent. Promontorium mons est in mari pminens: ut Pli. lib. xxvi. Promontoria aperiūtur mari: & rege natura agif in planum. Liui. lib. xxxiii. Aut aperiuntibus classē p montoriis. Idem in. xly. Adiunctaq; infula Euboæ: & excurrente in altum uelut promontorium attica terra sita.

Officina & taberna.

Cap. ccxxv.



fficina est ubi opa fiunt. Taberna ubi opa ipsa cæteraq; merces uendunt. Officina est statuarii: fusoris: flatoris: cælatoris: excussoris: uitrearii: pictoris: futoris: fabri: q multiplex ē lignarius: & hic nō unius generis. Ferrarius nec hic simplex. Lapidarius q & ipe in multas diuidetur species. Taberna uocat lanaria: uinaria: olearia: & mille huiusmodi: unde opifices & tabernarii uocantur. Cice. p Lucio Flacco. Opifices & tabernarios: atq; omnem illā facem ciuitatum qdem negotii concitare: nec negauerim aliqdo unum eundēq; locum officinā & tabernā esse: ut futrina in qua calcei & fiunt & uendunt. Quædā igit artificia qq sola artificia sunt opificum: cætera quæstus & opæ dicunt. Sed quædam huiusmodi habent suum nomen: ut hæc ipsa futrina futoris. & lignarii pprie fabrica aurificis aurificina: cauponis caupona, tamen ea quæ unū uendit: cauponam uocamus. Quidā malunt dicere coponam p loco. argentarii: argentaria: quod nomen qdam p artificio: & argentarium p artifice: q idem est aurifex accipiunt atq; ita est in Hieremia. Titus at Li. Cic. Quin. cæteraq; omnis antiqitas p his accipit: qui uulgo campsores dicuntur. non illos dico minutos: q nummularii & mensarii a nobis: collyuistæ a græcis dicuntur: q idem trapezitæ uocari possent. Nā collyuistæ trapezas habent. Sed Plautus i gurguliõe trapezitā & argentariū p eodē accipit inter auem & uolucem.

Inter auem & uolucem.

Cap. ccxxvi.



Vis est quæ oua parit: pennisq; est prædita: præter unum uespertilionem: qui utroq; caret: quattuorq; pedes habet: & seminius ē. Volucris est quæcunq; uolat: nec auis solum: sed illæ bestiolæ quæ minutiores: ut apes: uespa: culex: musca: tabanus: locusta: cicada. Quin. apes uolucres uocat. Et Plii. non semel hoc significat unde & Cupido uolucer dicitur.

Indoles quid sit.

Cap. ccxxvii.



Indoles est nō solū in pueris & adolescentibus significatio futuræ uirtutis: ut apud Quin. In primis annis laudaret indoles. Cice. Vt. n. adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur. Et Valerius titulum de indole fecit: nō tantum puerorū adolescentiūq; exempla repetens: sed et in uiris: & qdem præsentis uirtutis: ut idem Cic. de offi. In qbus est uirtutis indoles commouentur. Idem p Cælio: Siquis iudices hoc robore animi atq; hac indole uirtutis ac continentia fuit. Liui. de Launina iam matre & post mortem Aeneæ res administrante: inqt. Tanta in ea uirtutis indoles fuit. Lucanus: Indole si dignum latia: si sanguine prisco Robur inest animis: in dote quasi generositate quadam uirtutis atq; animi. Liui. ad malam quoq; partem & ad muta atq; inanimata trāffert loquens de Hannibale. Si cum hac indole uirtutum ac uitioꝝ trienio sub Aldrubale imperatore meruit. Et alibi: Sicut in frugibus pecudibusq; non tantum semina ad seruandam indolem ualent: quantum terræ proprietates cæliq; in quo aluntur generosius in sua qcquid sede gignitur: insitum alienæ terræ in id quod alitur natura uertente se degenerat.

Concio quid sit.

Cap. ccxxviii.

Concio est populi multitudo congregata: uel ex magistratus iussu: uel publici sacerdotis: uel sua interdum auctoritate & sponte proprie ad audiendum oratorem concionantem in bonum publicum: cuius etiam oratio uocatur concio. In priore significato est græce: *ἐκκλησιον*: quam nos pro latina uoce habemus: multiq; ecclesiam nescio quo iure ædes sacras appellant: cum coetum hominum. sicut dixi: significet: non loca.

Aliud leges esse: aliud iura.

Cap. ccxxix.



Eges iuraq; scriptum sæpe inuenimus: ex quo dat intelligi aliud esse leges: aliud iura. Sūt igit: leges aut principis: aut liberi populi: quæ a rege cōdunt: alterius cōsensus nō requirunt: quæ ad populū ferunt: quæq; sine eius iussu fere raræ non sunt: quia rogari. i. interrogari populus de his solet: rogationes et dicunt. Iura at magis generalia sūt: siqdē & ius gentiū est & ius ci

pile. Nam ius naturale dicere quod oīa animalia docuit: ridiculum. Appetitum coeūdi atq; adeo nocendi imbecilliori animali: spoliandi: occidendi: q; ius esse dixerit: ideoq; M. Tullius in libris officiorum: de iure naturali silentium egit: inter solos homines ius esse significans: idq; gentium esse uel ciuile. In rhetoricis tamen ius naturale statuit: sed quod in homines tantummodo cadat: cuius species sex esse uoluit: & religionem: pietatem gratiam: uindicationem: obseruantia: ueritate. Sed hæc hæc nus ius ciuile dicimus tam leges: q; plebiscita: senatusconsulta: decreta principum: responsa prudentiū quod ultimum uelut interpretatio est supior: quod q; pfitentur: iurisperiti nominantur. Qui legem uero fert ad populū: fere orator est: ut pæsidio oratoris indigens: ut appareat quāto præstantior est orator: q; iurisperitus: cū hic sit quasi illius scriba: aut ille pæceptor: hic pedagogus: ille dux hic ducis legatus atq; assecla. Quid dicā de iurisperitis hoc præsertim tpe q; cum maximo ab illis consulis interuallo distent: se litterator: se testimonium assument: legem nominant: cum longe sit aliud legem esse & habere uim legis: quodq; deformius est: unā legem in plures leges partiunt. Verbi cā: ad legem aquiliam: quotiens Scæuola: quotiens Papinianus: aliusue q; loquitur: etiam si bina uerba: & quidem a superioribus dependentia: totiens nouam legem appellat: nō ab aliquo legislatore unam legem: sed ab infinitis interpretibus legum infintas leges esse iudicantes: etiam titulum de uerborum significatione non legem: immo leges appellant: quo quid absurdus.

Aceruus: strues: strages: sarcina quid sint.

Cap. ccxxx.



Ceruus minutag; pprie reg; est congeries: ut frumenti: ut leguminis: ut salis. Interdū etiā aliq̄to maior: ut aceruus scutor: apud Vir. & fere generale ad oīa est: Strues at; pprie lignor;. Strages uero cadauer; interfector; uno in loco: ac pprie iacentiū multitudo siue hūanor;: siue mutor;. Sarcia utensiliū & eor; q; ad cultū: ad ornatū: ad catæg; usū ptinent: ut sic dicam fascis quem q; in itinere faciendo cōportare possit. Siqdē milites cum castra mouere uolūt: sarcinulas colligere dicuntur: & q; in aliam domum imigrant: sarcinas suas componere. Res. n. nostræ domi cistis capsisq; cōpositas et sarcinas uocamus: ut apud Quin. iacet relictæ sine hærede sarcinæ.

Inter ministerium & mysterium.

Cap. ccxxxi.



Ministerium ministri pprie ē opa. Sed p oī oratione quoq; accipit: ut de rege Latino Vir. Mœstusq; refugit Fœda ministeria. Mysterium uero græcū μυστήριον arcana quædam res & pprie diuinis uiris sacerdotibusq; tātūmodo cognitū. Illud prius in numero plura si solet accipi p ministris: sicut seruitia p seruis. Nā seruitiū: aut seruitus ipsa: aut seruitutis actio ē: ut Dauus apud Ter. Ego Paphile hoc tibi p seruitio debeo conari: manibus & pedibus: noctesq; & dies capitis piculum adire: dum plim tibi. Afferamus etiam in aliis exempla. Sal. Interea seruitia repudiabat: quor; in initio ad eum magnæ copię concurrerat: q; opibus cohiurationis fretus: simul alienum suis rationibus existimans uideri cām ciuium cum seruis fugitiuis cōmunicasse. Quin. sæpe p ministris ministeria dixit: ut ibi. Non torsit ministeria cæci: & officia pro officialibus & obsequia exhibentibus. Paulus iurisperitus teste Labeone ait Urbica ministeria dicimus: quæ etiā extra urbem ministrare nobis consueuerunt. Vulpianus deniq; concubinam filios naturales alumnos constituit generali appellatione contineri: & siqua alia sunt huiusmodi ministeria Livi. lib. iii. Frumento nāq; ex Hetruria priuata pecunia per hospitium clientumq; ministeria empto.

Inter scurram & parasitum.

Cap. ccxxxii.



Scurra est q; risum ab audientibus capat: non salua dignitate psonæ. Parasitus qui omnia ad uoluptatem eius loquitur: in cuius contubernio est: omnia assentatur: omnia illius facta simul ac dicta laudat: nihil repugnat: nihil facere recusat uetris gratia: in quo summū bonum constituunt: quorum magna copia in principum domibus est.

Buccam & buccas pro eodem accipi.

Cap. ccxxxiii.



Buccam & buccas p eodem accipimus: oratores frequentius in singulari: unde illud usitata dicā: Quicqd in buccā uenerit. i. in os: sed nō in labra: ut uulgus existimat Quin. pbātem: q; ait: Ore. n. magis q; labris loquendū est. Sed uulgus errat atq; fallit: cū legit buccā & duas buccas: in illis accipiens unum os: in his accipiens duo labra. Vex ego ostendi os ipsū concauitatem esse unde uox pdit: non oram libror;. Et. n. lu. cum ait. Bucca foculum excitat: non de extremitate oris: sed interiori pte dixit quæ inflari solet uentumq; concipere. Et itez de tubicinibus loquens: Notæq; p oppida buccæ. De illa deformi utrinq; inflatione intellexit tubā infantium: nō de labris quæ latent cum tuba canit. Nā Hora. quoq; cum inqt: Ut Iuppiter ambas inflatus buccas: nō de labris locutus ē: quæ inflari nō possunt. Quod Plautus aptius docet in penulo: Nescias utz maiores buccæ: an mammæ fient. Quid at; buccæ significēt: ex Plinio audiamus: simulq; qd malæ sint qd genæ: qd cilium. Eadem hæc. n. eodem loco tractat is: præterq; q; alibi dicit buccæ: finis: & iterum buccæ: immanitas. Ita lib. xi. ait: Sequar at; ipsius ordinem seriemq; libri: q; bus fragilia opimera his oculis duri omnia talia & pisces & insecta nō habent genas: nec integunt oculos: oibus membrana uitri modo translucida obtendit pauloq; post. Sed quadrupedibus in superiore tātū genæ

Q VARTVS

uolucris in inferiore ac paulo post: grauioribus alituū inferiora gena cōnuunt. At quadrupedes quæ oua pariunt: ut testudines: cocodrilli inferiore tantū sine ulla uictatiōe pp præduros oculos extremæ ambitum genæ superioris antiq ciliū uocauerunt: unde supcilia hoc uulnere aliquo obductum non coalescit in paucis humani corpis membris: infra oculos malæ homini tantū: quas prisca genas uocabant. xii. tabulæ interdicto radi eas uetante: pudoris hæc sedes. Ibi maxime ostenditur pudor: intra eas hilaritatē risumq; indicātes buccæ: & altior homini tantū quem noui mores subdola irrisioni dictauerunt: nasus nō aliis aialium nares eminent auibus: serpētibus: piscibus foramina tātum ad olfactus sine naribus & hinc noīa simog: filonum septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium & nariū defuerūt: labra a qbus bochi labeones dicti. Ex his Plinii uerbis appet eam in uultu ptem uocari buccas quæ uento inflari solent: genā membranā illam quasi uestē qua oculus tegit: cōnuuit. i. apit & claudis: hoc est. n. cōnuere. Malam uero iliud inter genā & buccam quasi rotundum in specie mali. Nā utrunq; horū uocabuloꝝ primam longam habet: malus uero mala malū primā breuem: cuius interior pars quæ oris hiatum efficit: ubi molares affixi sunt maxilla dicitur: nomen diminutiuum non re: sed uoce. Malam quoq; genam dici Plini. idem fatef. Ideoq; dens illi intimus & ipsi genæ affixus genuinus dicit: qā maxime latet: ea re factum est iā tritum uetustate puerbium: genuino rodere dente. i. latenter p inuidiam carpe famam alterius: ut ille testat. Nā ueteres tantum membranā illam oculi genam appellarunt: quā uetustatem a posterioribus seruata repimus: nec poetis modo: ut draconis genæ p oculis: continens p cōtento: & Seneca i tragœdia de Oedipo loquens inq. Et pirati sibi genas parentis: et continens p contento. Verū oratoribus quoq; ut Quint. de cæco loquens. Illa perpetua nocte clausæ genæ non cōstodierunt.

Pastio: pastus: pabulum: esca: pasco: pascor: uescor. Cap. ccxxxiii.
 Astio uidet significare cibum. Sed tamen potius ad alimenta pecudum p̄inet: quæ pasci diximus: q̄q̄ suapte natura significabat ipsam actionē pascenti: nunc frequētius cibū. pastus homini cōpetit. Varronis liber de re rustica indicem habet de uillaticis pastionibus uidelicet quæ ad Bruta p̄inent. Ci. tuscu. li. v. Cū oblectatiōe sollertia: q̄ ē unus suauissimus pastus animog. Pabulum & pecudū q̄dem: & tamen aliog quoq; Brutog: q̄ tuncq; ego sentio: magis cibus herbaceus feniceusq; ac palleaceus stramentaceusq; similiūq; q̄ ex seminibus. A pasco. n. & hoc descendit: sicut pastio. Escam antiq accipiebant et quod dabatur auibus piscibusue ad decipiendum nō solum p cibariis humanis aliorūq; animalium. Quomodo. n. pasco neutrum: & pascor deponēs idē significant: Pris. uiderit: q̄ hoc sibi p̄uasit. Est. n. pascor: comedo & uoro: sempq; regit accusatiuum. Illud uero sine accusatiuo: ut pascentes seruabit Tityrus hædos. Proprie pascere bestiaꝝ ē: sicut uesci hominum: nisi q̄ hoc regit ablatiuum: & aliquando potum quoq; complectitur ut Anacharsis apud Ciceronem: Carne: caleo: lacte: uescor: pro quo significato nō recte dicam carnem: caseum: lac pascor. Aliud est ergo pasco & pascor: aliud uescor.

Inter incolam & inqlinum: item inter incolam & accolam. Cap. ccxxxv.
 Ncola q̄ in alterius regione habitat: & in aliena ciuitate atq; repu. Inqlinus q̄ i alieno priuato: pprie tamen in cōducto: siue in urbe: siue ruri. Cic. de offi. Peregrini & incolæ officium est nihil præter suum negocium agere: nec esse in altera repu. curiosum. Idē in Philip. Quæ in uilla ista ante dicebant: quæ litteris mandabant: iura po. ro. monumēta maiog oīs sapientia ratio oīsq; doctrina. At uero te inqlino: non domino personabunt oīa uocibus ebriog: hoc est in quo incola differt ab inqlino. Rursus incola ita differt ab accola: q̄ incola q̄ in loco: accola q̄ ad locum habitat. Ideoq; q̄cunq; iuxta aquas sunt: accolæ dicuntur: nec refert in suo: an in alieno: ut accola Vulturii: accola Padi: accola Rhodani. At q̄ in montibus domos urbesq; positas habent: incolæ dicuntur: qui iuxta montes: accolæ. Nec immerito legēdum illud in psalmo. C. iiii. Et Iacob incola fuit in terra Cham: non autem accola: cum quo uox etiam græca consentit ἀροκῆσεν. li. cet multis aliis in locis apud Hieronymum quoq; hoc uocabulum reperitur sic positum.

Ampus & ager. Cap. ccxxxvi.
 Ampus est planities terræ ampla & grandis: ideoq; spaciōsæ plateæ areæue: campi nomē accepunt. Vnde Romæ cāpus martius. Nā locus huiusmodi angustior uocat area. Ager uero tū circuniectum ipsi urbi territoriū: ut ager cāpanus: ager leōtinus: ager faliscus: tū locus in rure quē colimus: siue arando: siue cōserendo. Nā is q̄ serit frumentis: aruum noīatur. Verū in hoc secundo significato habet pluralem numeꝝ: ut oēs agros ciuium depopulatus est In priore nō habet duntaxat dū loqmur de singularium urbium territoriis. Non. n. dicas recte sic: Antonius dedit militibus suis agros campanos & leontinos: nā hoc pacto nō cōplector nemora: saltus: pasqua desertos mōtes. Sed sic potius dedit militibus suis agros cāpanum & leontinum. i. agꝝ can panū & leontinum: quo q̄dem modo oīa complector: quæ in territorio illo sunt: Ager et flumina: lacus: ceteraq; oīa includit.

Silua & lucus: saltusq; ut differant. Cap. ccxxxvii.
 Ilua & lucus: saltusq; sic differūt: q̄ silua generalius nomen ē: p̄terea solet eē cædua. Lucus nequaq; cæduus ē: q̄n potius manu cōsitus religiosusq; atq; uel alicui deo: uel alicuius hoīs

LIBER

cineribus consecratus. Ideoq; aut circa delubra numinum: aut circa sepulchra uiroꝝ positus est. Sal-
tus vero silua inuia: nec transeuntibus peruia: in quo pasci atq; æstiuare pecudes solent: aut si locus
aerq; patriatur hyemare. Nemora autem uoluptatis causa comparata & plena amoenitatis.

Inter femur & femem ac coxam.

Cap. ccxxxviii.



Femora partem illam exteriorem significant: femina partem interiorem mollioreq; quæ
se contingunt: uel femora partem anteriorem: foemina posteriorem. Liui. lib. xxii. Quos-
dam & iacentes uiuos succisos foeminibus poplitibusq; inuenerunt: a quo conficitur no-
men femoralia siue foeminalia. Vtroq; n. modo scriptum repio pro brachiis: dicitur tamen nomina
tius femem non reperiri. Coxa pars supra femora uertebumq; ipsum: quotiens uitiatum est aut os
illud quod in uertebro uoluitur fractum: coxa uitata fractaue dicitur.

Crimen: flagitium.

Cap. ccxxxix.



Crimen non modo p delicto: sed p ipsa et criminatione. Ci. in philip. Hæreditatem mihi
negasti obuuisse: utinã hoc tuum ueꝝ crimen eet. Flagitium pprie in libidine: quasi fla-
gris dignum crimen: sed p cæteris quoq; peccatis accipit: nec tantum turpibus: ueꝝ his
et: quæ p negligentiam: imprudentiam: obliuionemq; committuntur: ut idem in bruto. Tantam ne
fuisse obliuionem inq; in scripto: præfertur ut ne legens qdẽ senserit: q̄tum flagitii admisisset. i. erroris.

Uectigal: foenus.

Cap. ccxli.



Uectigal non solum ex publico: ueꝝ etiam ex priuato capitur: ut in paradosis Cicero. Ex
meo tenui uectigali capio ego ducenta. Et iteꝝ. Non intelligunt homines q̄tum uectigal
parsimonia est. Paulus: Cæsæ arundinis uel pali compedium si in eodem fundo uectigal
esse consuevit ad fructuarium pertinet. Ex omni tamen prædio uectigal est. Foenus uero ex solo ip-
so: nam dicitur naturalis fructus terræ foenus. Postea autem ad usuram translatum: quasi pecunia p
se fructum pducatur: sicut terra.

Luctus.

Cap. ccxlii.



Luctus est dolor q; exterius proditus: uultu ipso atq; aspectu: sæpe ille ipse habitus uultus
atq; uestis luctus est. Vnde secundo bello punico post cladem illã kannensem cæsuerunt
patres conscripti: ne foeminae ultra. xxx. dies in luctu essent: non uidelicet ne essent in do-
lore. Non. n. imperare dolori possumus: sed i illo lugubri habitu. Et matronæ Iunium Brutum an-
no luxere: tantoq; tempore item. P. Valerium.

Ocium.

Cap. ccxliii.



Ocium uacatio a labore: quod notum est: cuius contrarium est negocium: sed q; his q; stu-
diis opam dant: necesse est ut nõ negociosi sint: factum est: ut ocium p litterario studio
accipiatur: ut Quint. Inq;rendo scribendoq; talia: consolemur ocium nostrum. Non desi-
derat ocium consolatione: sed labor. Ergo p labore studii ocium accepit Ci. Quid dulci-
us ocio iuterato. i. studio: & ut ita loquar: negocioso ocio tale habet apud græcos κολη.

Cap. ccxliiii.



Amor genus est: charitas species. Illud ad oia ptinens: hoc at ad hoies. Demum & qdem p
dignitate ac qualitate psonæ maxima qdem charitas debet parentibus: pxima filiis &
deinceps reliqs. Charitatem et p penuria accipimus: sed frumenti qdem & annonæ cha-
ritatem dicimus. Penuriam uero uini: aquæ: pabuli: pecore: uiroꝝ: cæterarumq; huiusmodi reꝝ: uel
penuria est: ut sic dicam: carentia omnium reꝝ. Charitas uero quæ contraria est utilitati. Ideoq; Pli-
iunior ait accessisse agris suburbanis charitatem: & Quint. cum ait: Itaq; charitas annonæ: raze fru-
mentum cædes ac direptio pecore: idem est ac si dixisset charitas annonæ: penuria frumenti.

Bellum: praelium: pugna: certamen.

Cap. ccxliiii.



Bellum est tum ipsa pugna: tum totum tps: quo in militia sumus: quam illiterati guerram
uocant: Praelium ipsum tantummodo armoz certamẽ. Nam & pugna certamenq; et citra
arma fit. Interdum et fit nudis uerbis.

Seditio: factio.

Cap. ccxlv.



Seditio uel a seorsu sedado: uel ut Ci. placuit: a seorsum eundo dicta tuc est: cu populo se-
cu discordante res ad manum uocat: quale ciuitatis statum Vir. describit: dicẽs. Ac uelu-
ti magno in populo cu sæpe coorta est Seditio: sæuitq; animis ignobile uulgu. Iaq; faces
& saxa uolant: furor arma mistrat. Similiter dicif seditio in exercitu: in classe: i scola: & si-
qd est tale. Factio e diuisio ciuium in diuersa studia: cum aliq se principes ac primarios in ciuitate ef-
ficere conant: inter quos æmulatio est: q; factiosi dicuntur. Pro se qsq; qua maximã pot ciuiu mul-
titudine: q clietes uocant: ad se trahẽs: sibiq; quouis pacto p fas nefasq; cõciliãs: quæ pestis itestina
cunctas ciuitates duntaxat Italiæ infecit.

Copia.

Cap. ccxly.

Copia facultas potestafq;: ut faciã tibi copiam inspiciẽdi libros meos. i. dabo tibi facultatẽ
uel faciã tibi potestate. Vt. n. alio loco dixi: semp iunctu cum uerbo facio duntaxat apud
oratores. Nã poetæ cu aliis uerbis: & præcipue cu do: ut Vir. Affari extremu miseræ data
copia matri. Et iteꝝ: Postq; introgressi: & corã data copia fandi. Sine his at duobus uer-
bis copia plarũq; p abundantia accipit: unde dicta e copia oratiõis: & copia pecuniarq;: & copia fru-
meti. In plurali quoq; p eodẽ significato: ut noui copias tuas: omniu reꝝ copias habeo. Peculiariter

Q. VARTVS

tamen appellamus militum multitudinem: ut copiae Pōpeii: copiae Cæsaris copiae aduersariorū: pro quo impiti dicunt gentes aduersariorū: gentes nostrae: & in hoc est significato nonnunq̄ in singulari ut Pom. ad Domitiū. Neq̄ solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. Idem ad eū dem: Etiam atq̄ est hortor: ut cum omni copia q̄ primum ad me uenias. Salu. Postremo ex omni copia Catilinæ: neq̄ in prælio: neq̄ in fuga q̄q̄ cuius ingenuus captus est. Vir. ii. ænei. Et quæ sit circū mecum copia lustro.

Elogium.

Cap. ccxlvii.

Elogium est testificatio de aliquo: siue uitupatiōis: siue honoris cā. Vitupatiōis: ut Quīt. Nō est iudices q̄ putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationē iuuenis elogiū: q̄a de celest̄ costaret. Et alibi: Si exhæredatū a se filiū p̄r testatus fuerit elogiū: p̄pterea: q̄ is mere tricem amaret. Multa sūt huiusmodi exēpla apud iuriconsultos: sed unū suffecerit Modestini: ubi huius noīs nisi ab altero adiecta sit interpretatio repitur cuius hæc uerba sunt. Desertorem auditum ad suum ducē cum elogiū. i. cum uitupatione mittat. Honoris cā: ut. M. Tullius. In quod elogiū plurimæ consentiunt gentes uix esse ciuitatis primarium: & cætera. Et itez: Quid elogia sepulchrorū Quæ qualia sint: Sueto. in claudii uita ostendit: dicens. Nec cōtentus elogiū tumulo eius uersibus a se compōitis insculpsisse uitæ et memoriā p̄sa oratione composuit. Seneca in declamationibus Decessit negociator testamēto omnium bonorū: reliq̄ formosam uxorem hæredem: & adiecit elogiū: quia pudicam comperit. Pro simplici autem sententiæ suæ testificatione Cice. Solonis quidē sapientis elogiū est: quo se negat uelle suam mortem dolore amicorū & lachrymis uacare.

Condictio: conditio.

Cap. ccxlviii.

Condictio a condico nascit̄: conditio a cōdo. Illud rarius est: quod ita iusti. si credimus hominē græcum romana iura potuisse præscribere. diffinit. Condicere ē denunciare prisca lingua: nunc uero abusiue dicimus cōditionem actionē in p̄sonam: quam actor intendit sibi dari oportere. Nulla. n. hoc tpe eo noīe denūciatio fit: ergo cōditio erit: uel hæc actio: uel illa denūciatio. Cōditio uero multi his t̄pibus male ut plæraq̄ usurpāt accipiētes p̄ mētis q̄litate. ueluti illud: hic est hō mansuetæ & bonæ conditionis: quod antiqui dicebant mansueti & boni ingenii: nos quoq̄ māsueti animi mansuetæq̄ mētis. Nos cū dico de illis dico q̄ latine loquunt̄. Nam homo bonæ cōditionis latine dicit̄: si ad fortūas referat̄: nō si ad mores: ut ille est uir magnæ: puæ: mediocris conditionis. i. diues paupue: aut inter hos medius. Ego sum positus in hac conditione. i. fortuna ac sorte. Ci. O miseram conditionem adm̄inistrandi consulatus. Huic significato illud pene par est cū inter plura eligendi sortis est oblata electio: ut apud. M. Fabium. Oblata est a iuuenibus tyranno cōditio: ut dimitteret alterq̄ ad uisendam matrē ad diem præstitutā reuersurū: ita ut nisi occurrisset ad diem: de eo q̄ restiterat: pœna sumetur. Dicimus igit̄ offero conditionem uel fero: uel pono conditionem: nunq̄ fere p̄ aliud uerbum: quæ conditio dum placuit: et fere semp̄ dicimus: accipio conditionem: ut apud Ter. Amatores Chrysidis tulerunt mulieri conditionem: si uellet eis morem gere re se daturos illi precium: liberalemq̄ mercedem. Ipsa uero accepit cōditionem hoc ē pactioni. p̄missiōiq̄ assensit. Ab illo significato nō longe absunt offero electionem: do optionem. Hæc tamē solent eē inter plura. Illud uero in uno frequentius: ut offero electionē utq̄ uelis eligendi: & do optionem qd̄ uelis potissimum optandi: deinde tu aut eligere te dicis: aut optare. Offero cōditionē Crysidis unam. i. Inter frondes & folia.

Cap. ccxlix.

Rondes arborum sunt tantum. Folia autem & arborum & herbarum: florumq̄.

Inter excubias & uigilias.

Cap. ccl.

Xcubiæ diurnæ & nocturnæ. Vigiliæ tantummodo nocturnæ.

Suffragia.

Cap. ccli.

Suffragia sunt ut sic dicam: uoces quæ dicebant̄ ad comitia: in tabellaue scribebant̄. quibus suam q̄sq̄ declararet uoluntatem de aliquo eligendo in magistratu: q̄lis est hoc tpe electio summi pontificis: & eius quem Cæsarem Augustum christiani nō erubescunt appellare a dānatis noīb̄us tyrannorū: q̄ non modo oppresserunt remp. ut nemo iam possit uocari rex romanorū: sed sub eorū gladio rex uerus cæli & terræ occisus ē. Et postea isti infani & nostræ religionis immemores uocant diuum Augustum: diuum Claudium diuum Traianum: quasi uulgus atq̄ hoīes possint principes referre in deos. Sed hæc omittāus: hoc tantū dicentes romanos nō agnoscere regem aliquē: & cum cæteræ gentes se in libertatem asseruerint: hoc multo magis nobis licere. Suffragia igitur ut dicebam: sunt uoces in electiōibus: quod suffragiū q̄a cum præstamus nimiq̄ eidem gratum fecimus. Hic factum est: ut suffragium p̄ auxilio sæpe ponamus: & suffragor pro auxilium fero: refragor repugno proprie quidem in dictis: sed nonnunq̄ & in factis.

Catuli: pulli: foetus: foetura.

Cap. cclii.

Catuli sūt feræ: siue immanium: siue mitium. Nam & catulos murium legimus: pulli uero pecudū: foetus auū & piscium: q̄q̄ & hoc generalius nomen est uude foeticare p̄ parere: & foetura pro partu ad oīa animalia muta p̄inet Ceruorum hinniculos dicimus: capreolorū

LIBER

quoque: capreae: dammae: lepore: similitumque: catulos quoque serpentium: ut Vir. d. colubro: Catulos rectis atque oua relinquens: immaniumque piscium quae non edunt oua. Proprie tamen Catuli sunt filii canum. Virg. Sic canibus catulos similes. Cice. de diui. Erat autem mortuus catellus hoc nomine.

Inter luem & pestem.

Cap. cclii.

Lues & pestis hoc differunt: quod genus & species. Nam cum in urbe aut in agro febres aliudue genus morbi fauit: siue solos homines: siue sola pecora: siue utrosque corripit: lues dicitur. Interdum etiam si arbores ac fata. Pestis uero aut cito occidit aut cito abit ab eo quem inuasit: quae eadem dicitur pestilentia, nonnunquam pro lue ponitur atque animi uitium saepe transfertur.

Quod corpus potius quam carnem nostrae uiuentium dicamus.

Cap. ccliii.

Corpus potius quam carnem nostrum uiuentium dicimus: & hominem corpulentum potius quam aliqui loquuntur carnosum. Quinti. in. vi. Corpulento litigatori: cuius aduersarius inter puer circa iudices erat ab aduocato latus quid faciam: ego te baiulare non possum. Idem in primo: Ossa detegunt: quae ut esse & astringi neruis suis debent: sic corpora operienda sunt. Idem in. v. Neruisque illis quibus causa continetur: adiiciunt inductae super corporis speciem. Et alibi: Haeret astricta nudatis ossibus cutis & in fame sua homine consumpto iam membra sine corpore. Cice ro ad gallum: Ego hic cogito commorari: quoad me reficiam. Nam & uires: & corpus amisi. Sed si morbum depulero: facile ut spero: illa reuocabo. Quod etiam significauit Martialis: cum ait. Viuebant laceri membris stillantibus artus: Inque omni nusquam corpore corpus erat: uidelicet quod in corpore illius non erat caro.

Inter laminam & bractheam.

Cap. cclv.

Laminam tam ferream: aream: plumbeam: stanneam: quam auream: argenteam: electream: auricalceam dicimus: bractheam potius ex his posterioribus: aut certe bracthea tenuis est & sua sponte plicabilis. Lamina uero crassior: ex qua armatura conficitur: & qua incensa olim homines torquebantur: haec crepitat ut bracthea praetenuitate. Virgili. in. vi. Talis erat species auri frondentis opaca llice: sic leni crepitabat bracthea uento. Veruntamen tenuis nonnunquam bracthea est: ut crepitare non possit: ut illa ex qua fit aureatura & argentatura.

Inter munimenta & monumenta.

Cap. cclvi.

Munimenta sunt munitiones castrorum caeterarumque rerum: quae contra aduentum hostium muniunt: siue uallo & fossa: siue alio quouis modo: quo sint milites ab hostium: ut dixi: aduentu muniti. Monumenta in uia sepulchra: statuae: tituli libri: caeteraque quae nos alicuius rei praeteritae moneant recordari. Nam de futuro: ut quidam uolunt: ideo sepulchra appellari monumenta: quod nos nostrae ipsorumque mortis admoneant: falsum est. In honore enim mortui illa tantummodo fiunt: non in publicam praerceptionem: uixque monumenta dixerim: nisi litterae aut alii tituli appareant: quae si desint: magis sepulchrum quam monumentum erit. Liuius lib. xlyii. Vtrobique monumenta ostenduntur & statuae. Nam & linterni monumentum: monumentoque statua superimposita: quam tempestate disiectam nuper uidimus ipsi: & Romae extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt: quarum duae Publii & Lucii Scipionum dicuntur esse: tertia poetae Quinti Ennii.

Inter opus & operam.

Cap. cclvii.

Pera est actio: ut dabo operam: & in iure ciuili de operis libertorum. Cicero de offi. Non male praecipunt: qui seruis uti iubent ut marcenariis: iusta praebenda: operam exigenda id est laborem & operationem corporis. Siue ut ait Vulpianus: operae sunt diuinum officium. Opus est finis fructusque operae. Vnde opera auctorum dicuntur: & opera publica aedificia. Nonnunquam uidetur opus pro opera accipi: ut Virg. Mollibus & stratis opera ad fabrilium surgit: quasi ad opas. sed ut uidere uideor: quotiens non ad laborem corporis: sed ad laborem animi & artem industiamque respicimus: magis opus quam opera dicendum est: ut in opere rustico: in opere faciundo: in opere fabili: in opere textorio. Hanc differantiam ita posuit Serui. hoc opus & haec opera tunc dicimus: quando negotium ipsum significamus: quod geritur. Si autem foeminino genere dixerimus operas ipsas personas quae aliquid faciunt: sicut custodia dicitur quae custodit: ut cernis custodia qualis Nam ut hi qui custodiuntur: custodia dicantur: usurpatum est: unde male est in usu custodiae auditur. Hae Ser. Sed non absolute diffiniuit opus & operam: utrunque autem nomen horum in eodem libro posuit Teren. Quid in opere faciundo operae consumis tuae: si sumas in illis exercedis plus agat Opera autem precium ac opera est: ut uersus indicat Iuue. Est operae precium penitus cognoscere toto. Quid faciant agitentque die: id est fructuosum est ad rem pertinens: ideo quia dicens: uel quia utile: uel quia gloriosum: uel quia iucundum. Ab hoc nomine Liuius exorsus est dicens. Facturus ne operae precio sim: si res gestas populi romani ab initio perscripserim: necdum scio: nec si sciam: dicere ausim.

Solatium & consolatio & solamen.

Cap. cclviii.

Solatium & consolatio idem sunt: nisi quod illud re: hoc uerbis fit: ut Quintilianus. Caecitatis miserae solatium est habere rem uidentium. Idem: lris obuiam consolatiōibus: & quod

Q VARTVS

omnem modum feritatis excedit: captatis in magna calamitate laudari: nec mirum cum consolari sit oratione. Solari uero fere semper aliter. Nolo afferre plura male utentium exempla: quæ facile quilibet sibi inueniet. Cicero cum de amicitia ait: Ipse me consolor: & maxime eo solatio cõsolor: quod eo errore careo: quo amicorum decessu plerique angustantur. Vtrunq; recte dictum est. Quid enim non recte Cicero dicat? Nam cum dicat tanquam alterum quasi colloquio a mœrore reuocet: debuit dicere consolari. Quia uero oratione non utitur: solatium dicere potuit. Solamen id est quod solatium est: sed magis poeticum. Virgilius Solamenq; mali de collo fistula pendet: quo tamen Boetius & quidam alii utuntur.

Affectus & affectio.

Cap. cclix.

Affectum nusquam uideor reperisse apud Mar. Tullium: frequentissime affectionem. Contra apud Quintilianum frequentissime affectum: raro affectionem: ut illo loco: si modo non est mendosus ubi ait. Cupiditas causa sceleris fuit: quæ uis eius ira quantum efficiat in animis hominum: talis affectio nescio an sit affectus: & in alio loco. Illa frigida & puerilis in iocis affectio. Affectio nem modo Cicero sic diffinit. Affectio est animi & corporis ex tempore aliqua de causa mutatio: ut lætitia: cupiditas: metus: molestia: morbus: debilitas: & alia quæ in eodem genere reperiunt. Mō sic. Affectio ē quædā ex tēporē aut negociorū euentu: aut administratiōe aut hominum studio commutatio rerum: ut nec tales quales ante habitæ sunt: aut plerunq; haberi solent: habendæ uideantur. In tusculanis idem auctor: & alibi: Voluntatem hominis affecti ad uirtutem: ad ipsam uirtutem: atq; ipsam uirtutem animi appellari affectionem ait: qualis non est affectus: qui græce dicitur πάθος: quod ipse Cicero interpretatur perturbationem mallens dicere quod morbum: quo nomine sapissime utitur. At Quintil. non perturbationem: sed affectum nominat: neq; ipse aut solus: aut primus: sed plerique ante eum: ut Seneca Plinius: Rutilus: Columella: Valerius: Liuius: aliiq; multi. Ita enim ille ait: quod græci uocant πάθος: nos uertetes & recte & proprie affectum dicimus. Illa igitur: ut ego quidem sentio: affectio græce πάθος dicitur: quam nostrates philosophi in latinum uertentes: dispositionem. Aliqbus tamen uideri posset diffinitio illa Ciceronis hunc quoq; significatum: qui est πάθος completi: quibus quia ad rem nō multum attinet non sane repugno cum præsertim fere omnes iurisperiti: omnesq; ecclesiastici scriptores affectionem pro affectu accipiant. Est autem affectus pars illa animæ: quæ e regione rationis est. Quicquid in anima præter partem illam memoriæ ratio non est: affectus est: & rursus quicquid non affectus ratio. Ab hoc fit affectio: quo etiam Cicero ipse in libris ad Herennium utitur: Non tam affectanda quæ superiores. Sed tamen adhibenda nonnunq;. Apud eundem nunq; nisi me incuria fefellerit: a memoria fallat legi affectionem. Frequenter apud Quintilianum & cæteros: ut ibi. Nihil est odiosius affectione: id est affectu conatuq; æmulandi alterius uirtutem: quam assequi nequeat refragante natura uel nimio affectu nimioq; conatu: alterius uirtutem æmulandi: ita ut turpe sit ac deforme sic auide æmulari.

Inter latebras & latibula.

Cap. cclx.

Latebræ hominum dicuntur proprie: latibula uero ferarum. Quintilianus. Et quamuis odio uerborum nostri euocatus e latebris suis populus subsellia non implet. Cicero. Videant ne quærat latebra periurio: id est excusatio periurii. Latibula nonnunq; hominum latebræ etiam ferarum. Liuius libro. xlviii. Inter uepres in latebris ferarum noctem unā delituit.

De luce & tenebris.

Cap. cclxi.

Luce & tenebris pro die & nocte accipere solemus. Differt tamen prima luce a prima die. Nam ibi intelligitur prima pars diei: & quasi diluculo: hic autem prima dies. Ita primis tenebris & prima nocte. Ibi de prima parte noctis loquimur: hic de nocte ipsa. Ideoq; ante lucem dicimus melius quæ ante diem: si diluculum significamus. Namq; ante diem pro ante tempus dici solet: præterq; si de certo die loquamur: ut ante diem decimum: uel ante sextum calendarum nouembrium: id est sexto die autē calendarum nouembris. In quo quidem loco præceptum Pauli inferere non inutile fuerit: qui ait ante diem decimum calendarum: & post decimum diem calendarum: æquo utroq; sermone undecima dies significatur. Verum non quemadmodum ante lucem melius quæ ante diem pro diluculo dicimus: sic ante tenebras: quæ ante noctem pro crepusculo: sed e diuerso potius. Reperitur ante luci pro luce: ut uespero pro uespere: & ruri pro rure. Cicero in philipp. Quis enim audeat luci & in militari uia. Diem pro diurno tempore. Item pro certo tempore uolunt esse masculini generis: notaueruntq; Virgilium indifferenter accepisse. Ego tamen & apud hunc: & apud cæteros pro tempore ipso annotaui semper esse fœminini: ut ipsa dies facit hominē prudentem: & multa dies dat magnam hominibus rerum experientiam. Vnde Pædianus uult fieri dieculam pro paruo tempore: & apud iurisperitos bima: trima: quatrime dies: pro tempore biennii: triennii: quadriennii: quod iurisperiti non intelligunt. In tempore certo Pædianus idem consentit debere esse masculini generis. Dicimus ergo hesterni die: & crastino die: nō hesterni die & crastina: ad diē nō uenit: ad diē nō affuit. i. die p̄stituto. Orator: rhetor: declamator. Ca. cclxii.

LIBER

Rator ē q̄ causas orat uel in iudiciis: uel in concionibus: qui gr̄ce dicitur πῖτορ: id ē rhe-
tor: nos tamē rhetorē professorē rhetoricæ uocāus: nō oratorem. Miror cur in hoc tam fa-
cili puulgatoq; noīe exponendo Victorinus errauerit. Declamator ē q̄ studet apud r̄heto-
rem in cōuentuq; scholasticorum fictācām orat & agens: ut in ueris postea causis possit orare. Ipse
quoq; rhetor & quicūq; alius etiam extra scholam hoc genere utitur: siue ut alios: siue ut se exerce-
at. declamator uocatur. Nonnunq; tamen more gr̄co reperimus poni: ut Cice. lib. ii. de natura de-
orum: Hęc cum Cotta dixisset Vellius ego inquit incautus: qui cum academico & eodem rethore
congrēdi conatus sum. Nam neq; indiseritum academicum pertimuissem: neq; sine philosophia re-
thorem: quanuis eloquentem rethorem dixit: uel oratorem uel rhetoricum.

Peregrinus & hospes quo differant. Cap. cclxiii.

Peregrinus & hospes hoc differunt: q̄ peregrinus uocatur qui in ciuitate sua non est. ho-
spes qui in alia ē: uel p̄grinus qui ex nostra ciuitate oriundus nō ē. hospes qui ī nostra ci-
uitate ē. Cicero. Vos soli in hac urbe hospites estis: uestræ peregrinantur aures. **Q**uin-
tilia. Attica anus Theophrastum hominem alioquin disertissimum annotata unius affe-
ctione uerbi hospitem dixit. Nec alio id se deprehendisse interrogata respondit q̄ q̄ nimium attice
loqueret: p̄ hoc imperiti dicunt forenses aut extranei. Loquendum enim mihi barbare est: ut bar-
bariem emendem. Hospites igitur sunt tam qui in priuato alicuius hospitio sunt: q̄ qui in publico:
quod diuersorium uel tabernam meritoriam appellamus: q̄ qui recipit. Vnde Ouidius: Non hos-
pes ab hospite tutus. Cice. Per dextram istam q̄nam hospes hospiti porrexisti: Sed ille receptor pro-
prie uocat: qui priuatim & amicitiaē causa recipit: ut idem: Fuit mihi cum illo uetus hospitium: id
est amicitia: familiariter uel mihi hospitandi apud illum: uel illi apud me: unde hospitales homines
qui amore: non p̄cio hospitium suum cōmunicant. Hospitium & priuatum & publicum dicit. Li-
uius: Tarento Hannibali p̄ dolum prodito ait: Hospitia tantummodo Romanoz a militibus fuis-
se directa: certe priuata non publica. Cicero: Ex hac uita sic discedo tanq̄ ex hospitio: nō tanq̄ ex do-
mo. Commorandi enim natura diuersorium: non habitandi dedit. Porro pro eodem posuit ho-
spitium & diuersorium. Inter conciuem & conterraneum. Cap. cclxiiii.

Conciuis qui eiusdem ciuitatis est: conterraneus qui eiusdem terræ: hoc est territorii: ma-
ior enim ē terra q̄ urbs: oppidūue: cuius habitatores uocant̄ ciues. Cice. Eoz: q̄ ī hac ter-
ra fuerūt: magnaq; Gr̄ciā quæ nunc florebat: institutis & p̄ceptis erudierunt: Pli. tamē
Catullū conterraneū suū uocat: uel q̄ ex diocesi illa: uel q̄ ex urbe sit ueronēsī. Vterq; at
dictus ē ueronēsī: Nam illius nepos & p̄ adoptionem filius fuit nouocomensis. Ideo Pli. secundus
& ipse dictus ē: quidam nup libz sic inchoant. Fatōnius ciuis meus optime princeps & cōsultus: cū
dicere debuisset: conciuis meus. Dominum enī ciuitatis ciuem suū uocat: quia potest appellare cō-
ciuem: quē admodum miles socium in militia: non militem suum uocare p̄ōt: sed cōmilitonem. Et
discipulus q̄ una eidem p̄ceptori dat opam: non discipulū suum: sed condiscipulum. E diuerso p̄ce-
ptor non uocat auditores suos condiscipulos suos: sed discipulos. Et dux in bello nō commilitones
sed milites suos appellauit: licet Cæsar ac quidam alii appellauerint milites suos cōmilitones. com-
parandæ beniuolentiæ gr̄a: ut apud Aenēā Virg. qui sub eo erant socios uocat. Hic ergo homo pri-
uatus non debuit quenq; suū ciuem appellare: sed cōciuem: nec rursus aliquē consule dicere. Non-
nunq; tamen inuenit̄ ciuis: ut Lælius apud Lucanū: Nec meus ē ciuis in quē tua classica Cæsar Au-
diero. Dicam tamen municeps p̄ eo quod est conciuis meus: q̄ cōmuniceps non inuenit̄. At conti-
nentes non apponimus. p̄nomen: rectius sine appositione loquimur. Audite ciues: succurrite milites
legite discipuli: etiam si mei fuerint conciuēs: cōmilitones: condiscipuli: Quod si quando p̄ hęc po-
steriora sine p̄nominē loquor: tamen. p̄nomen subintelligendum ē: ut omnes me conciuēs amāt: tu
non das p̄tem cōmilitonibus: ille sp̄ exagitat condiscipulos quæstiōibus: subintelligitur: mei: tui: su-
os. Dicimus tamen: uos estis ciues nostri: quasi reip. nostræ: non quasi singulariū aliquoz ciuium.

Prætor: cōsul: quæstor: ædilis: cēfor: tribunus: primipilus: senator: p̄torius &c. Cap. cclxy.

Prætor qui p̄turam: consul qui consulatum: quæstor qui quæsturā: ædilis q̄ ædilitatē: cē-
for q̄ censurā: tribunus qui tribunatū: primipilus qui primipilatū gerit: senator qui sena-
tor est: aut qui fuit. Prætorius qui præturam: consularis q̄ cōsulatū: quæstorius qui quæ-
sturā: ædilitius q̄ ædilitatem: cēforius q̄ censuram: tribunitius q̄ tribunatū: primipilaris q̄
primipilatū gessit. Senatorius nō dicit̄ senator: sed ut dixi: uel senatorii ordīs aut de domo senatoria
Triumphator q̄ triumphat p̄prie: sed etiam aliquando q̄ triumphauit: ut uictor exercitus qui uicit:
triūphalis q̄ triumphauit. Cæterum illa priora noīa sunt substātiua: eo quia iūgnūt cum adiectiuis:
ut diligens consul: bonus tribunus. iustus prætor: seuerus censor. Hęc posteriora sunt adiectiua: eo
quia iūgnūt cum substantiuis: ut homo consularis: tribunitia mulier: prætoria familia: cēforiū di-
ctum: Quod si absint substātiua subintelligunt̄: ut cōsulares rogant̄ primi sniam in senatu. p̄xiimi p̄-
torii: deinde tribunitii: intelligiūs hoīes: quē admodū in illis plebei nobiles: potētes īgeniui: libertini.
p̄cōsul non q̄ pro alio cōsule p̄est. puincia: sed q̄ cum p̄tate cōsulari extra ordinem: & ad aliquam

Q VARTVS

puinciam administrandam mittitur; praterq; non .xii. fasces eum praecedunt; q; praecedunt consu- lem sed tantum sex: ut etiam praetorem & praesidem. Proprator no q; p alio praeturam: sed extraor- dinariam gerit. Itaq; dicitur proquaestor: & siqui sunt alii huiusmodi nominum magistratus.

Inter rheimos & regiensis: albanos & albenses: & caetera. Cap. cclxyi.

Regini ex oppido Calabriae. Regieses ex oppido Galliae cisalpiniae: quoque oppidorum utru- que uocat Regiu. Albani & albenses: ex oppido alba in Latio albani ex oppido Alba ad lacu Fucinum: albenses q; a quibusdam albani dicunt. Cumani ex oppido Cumae in Campania quam nunc praeue uocat terram laboris. Campaniam uero eam regionem: quae illi finitima est Roma uersus. Comenses ex oppido Como in eadem Gallia: quam Lombardiam nunc nominant: in qua ipsa Gallia & finitimum Como est Bergomum: unde bergomenses. Pergamum ex qua gameli in Asia: a qua urbe q; ob penuriam chartae ab Attalo rege missa est membranarum copia: membranarum pergamena sunt notata: in Asia puincia intelligo. Na in ea quae est tertia pars orbis terrarum: regio quaedam est eodem nomine: quam Turchiam nunc uocant: non autem ut quidam uolunt: Teucricam: quae admodum in Africa quae & ipsa tertia pars orbis dicitur: est regio eiusdem nominis: nisi afros dicimus homines: non autem Africanam regionem. Thebani a Thebis in Graecia. Thebaei & Thebis in Aegypto: sed thebaei secundum graecam formam sita: & thebani graece thebaei dicunt: non tamen occurrit ubi in libris gentiliu legerim thebaeos. Priscus & pristinus quo differant. Cap. cclxvii.

Prisca quae superioribus saeculis: aut superiore aetate: ut prisci latini: priscus Tarquinius: prisca terna. Pristina quae fuerunt superioribus annis: mensibus: diebus: & quae nostra memoria fuerunt ut pristina nostra amicitia: pristina beneficia nostra. Neque recte hic dicas prisca: neque illic pristina. At uero si de rebus quae non senescunt loquaris: pristinum non priscum diceremus: ut Pharos & Tyrus nunquam in pristinum statum redibunt. Maria in fretto messanensi laborant: ne motes: si Lucano credimus repetant pristina confinia. Atque tantum tempus est: ex quo illuc mare irrupit: ut memoriae non inueniat perditum. Padus post quingentos & eo amplius annos solet reuerti in pristinum cursum.

Inter prosperum & foelicem. Cap. cclxviii.

Prosperus quod datur. Foelix quod recipit prosperitatem. Sidus Veneris: si credimus mathematicis: prosperus est: natus sub illo sidere foelix est. Dicimus ergo homines proprie quidem foelices: deos autem tempora: loca: actiones: fines: successus prosperos: & si qua sunt similia. Vtrumque tamen aliquando recipit exceptionem. Na & non semel legimus prosperam alicuius ualitudinem: ut Suet. de Caesare fuisse eum prospera ualitudine. i. bona: & quasi foelici. Et de Tyberio: Valitudine prosperrima usum esse eum ait Salustius: Sed postquam res ciuibus: muris: agris satis aucta: satisque prospera uisa est Rursus Virgilius: Sis foelix: nostrumque leues quaecumque laborem: & pro eo quod est sis prospera & benigna.

Saluber & sanus quo differant. Cap. cclxix.

Saluber siue quod utilitarius est: salubris dicitur aer: cibus: potus: locus: multaque huiusmodi: idem fere quod salutaris siue salutaris. Sanus homo dicitur caeteraque aialia. Res salubris praebet sanitatem: homo uero recipit. Potest & praebere: tuncque saluber: quasi salutaris dicitur: sed in utroque est aliqua reposita exceptio. Si quidem sanum aerem: sanum cibum: sanum locum uocamus: quasi salubre & praebentem sanitatem: contraque salubris pro sano. Salus. Genus hominum salubri corpore: uelox: patiens laborum: plerumque senectus dissoluit. Lium. Grauiore tempore anni iam circumactio: defuncta morbis corpora salubriora esse inceperunt. Marti. dum describit uitam beatam: inquit. Lis nunquam: toga rara: mens queta: uires ingenuae: salubre corpus: prudentes simplicitas: pares amici: Hi tres quos produxi. loci idem nomen habent coniunctum cum corpore. Quare non ausim dicere ut dixit Boetius in translationibus suis ager an saluber. Nam de aequali suo Cassiodoro: quod apud nonnullos in praecio est: nunquam ideo faciam mentionem: quia cum regibus suis Theodorico & Allarico: quoque scriba fuit: gotthicum sonat & barbare.

Inter iocundum & gratum quid intersit. Cap. cclxx.

Iocundus & gratus sic differunt: quod iocundus proprie in prosperis: gratus in aduersis. Iocundum uoco non quod laetus est: sed quod laetitiae est alteri: ut prosperus & saluber: usque adeo potest quod tristis mortuusque esse: & tamen iocundus: ueluti cum hostis meus. in dolore est: tunc mihi iocundus est & ego gaudens sum: illi minime iocundus. Quare non recte locutus est quod ait. Iocundos nos faciat suae inter esse commemorationi: sed ad differentiam. Ci. ad Sulpitium consolantem de morte filiae: inquit. Seruus tamen tuus omnibus rebus interfuit: cuius officia si aliquando iocundiora: nunquam tamen gratiora. Idem ad Lucretium: Amor tuus ex omnibus praeibus se ostendit in his litteris: quas a te proxime accepi: non ille quod mihi ignotus: sed tamen gratus & optatus: dicerem iocundum: nisi id uerbum in omne tempus perdidissem. Idem ad Atticum: Fuit mihi saepe & laudis nostrae gratulatio tua iocunda: & timoris consolatio gratata. Idem tamen li. iiii. in ueluti: Est mihi iocunda in malis: & ingrata in dolore uestra erga me uoluntas. Iocunda dixit quasi laetitiae plena & uoluptuosa: qualis est in prosperis grata: quasi plena affectus & fructus. In iocundo. n. quaedam gratia est delectationis. In grato uero est comodi. Quippe aspectus rosarum: liliorum: uiolarum: florumque ac similitum iocundus est. Aspectus plenae messis: ubera: oleae: grauium fructuum ueluti pinguiumque pecorum: gratus. Et pueritia filiorum: atque iusantia iocundior. Adolescentia uero ac

LIBER

iuuentus gratior: utpote utilior. Idem de offi. lib. secundo: Quanq̄ enim q̄ p̄sens tanq̄ in manu dat̄ iocundus ē: tamen hæc in postez gratiora: muri: naualia: portus: aquæ ductus: omnia quæ ad usū reip. ptinent. Hieronymus nonnunq̄ his duobus noibus cum ea quam ostendi p̄prietate & distinctione usus est.

Inter plura & complura.

Cap. cclxxi.

Lura & complura sic differūt: q̄ plura possunt eē duo: complura duo esse nō possunt: illud compatiuum ē: hoc uero mīme: ideoq̄ nō regit casū. Plæriq̄ auctores mō p̄ maxia p̄te accipiunt mō pro nōnulli. Salu. in diuisione orbis terræ. Plæriq̄ in p̄te tertia Africam posuerūt: pauci tātūmō Asiā & europā: Paulopost. Plærosq̄ senectus dissoluit: nisi q̄ ferro aut bestiis interiere. Nā morbus haud sæpe quenz̄ supat. Quin. Videas plerosq̄ ita paratos. i. nō nullos. Plerūq̄ magis & priore significato q̄ a posteriore uēit. i. p̄ eo qd̄ est fere semp. Quin. i. amatore: Excussa sunt plæruncq̄ languetiū uitia: id ē nonnunq̄. Tamen in hunc sensum hæc dictio: siue nomē siue aduerbium fit: rarissime repitur. Seruius quidē nescio an unq̄ utatur aliter.

Clarus & præclarus.

Cap. cclxxii.

Larus & p̄clarus figurate accipiunt̄ pro eo q̄ tanq̄ fulgore quodā samæ & gloriæ resp̄lēt: unde clarissima & p̄clarissima gesta dicius. Sed p̄clarus p̄ bonus nōnunq̄ repit̄ apud Ciceronē: sicut apud eundem Luculentus pro magnus: ut in philippicis: Luculentum uulnus accepit. In eodem ope ait: O p̄clæz̄ custodem ouiuū: ut aiunt: lupū: nō claritas desideratur in custode: sed p̄bitas. ergo p̄clarū pro bono posuit. Idē in Lælio: Cū illo uero qs̄ neget actum esse p̄clare: & paulopost. Cum illo qdem: ut supra dixi: actum optime ē: mecum incommodius. Nā supra non dixerat actum cum illo optime: sed præclare. Verum ideo sic dixit: quia præclare & optime idem roboris ac uirium significatione obtinent eoq̄ κρᾶσις τοῦ quod est optimum: & apd̄ græcos accipi solet: & a nobis transferri præclare.

Festus & festiuus.

Cap. cclxxiii.

Festus dies potius q̄ festiuus: res festiua potius q̄ festa. Nam festus festa festum ad diem festū pertinens. Festiuus festiua festiuum res iocunda & lepida: ut oratio festiua: dictū festiuū: frōdē festiua legimus: non quæ ad festum comparata sit: sed quæ iocunda & læta nam & festā frōdem uocāus: quæ festis adhibet̄. Festū multi pro festo accipiunt.

Venale & uendibile.

Cap. cclxxiiii.

Venale & uēdibile hoc hēnt differentia: q̄ illud significat rē uenditiōi expolitā: hoc est rem quæ facile pōt uendi: Hæc domus ē uenalis. i. proscrip̄ta uel exposita uenditioni. Et hoc de Curione significat Lucanus: cū dicit: Venali Curio ligua: id est p̄ciū: nō ueritatē honestatēq̄ sequens ex suæ linguæ faciūdia. Ci. in Bruto: Hoz̄ ætati p̄pe cōiūctus. L. Gellius nō tā uendibilis orator q̄ ut nesciresq̄ ei deesset. Et in eodē. Nā populo nō erat satis uēdibilis p̄ceps quædā: & tū iccirco obscura: quali pacuta: tum rapida & celeritate cætera oratio. Et alibi. Nā ut sint illa uēdibilia: hæc ueriora certē sunt. Vendibile dixit p̄ gratum: & quod animos hoīum sollicitet̄ ritu rez̄: quæ ad se alliciunt emptorem: hoc a uendo uenit: illud a uæneo.

Sciens feci: & scienter feci.

Cap. cclxxv.

Sciens feci & prudens feci. itē insciens & imprudēs atq̄ ignorās feci: hoc ē: q̄ cum facerem aliquid: sciui me facere: illud aut̄ ignorauī. At scienter feci idē est q̄ cū scia ac doctrina feci semp̄q̄ in laude ē: scienter quid fecisse tum laudare: tum uituperare solemus p̄ rei qualitate. Si ergo sciēter facere semp̄ laudabile ē: e diuerso insciēter facere semp̄ est uitupabile. Prudēter quoq̄ facere opus nimix̄ prudentiæ est. Imprudenter uero tum stulte: tum quod imprudenter facere: ignorāter uero ī usu raro ē: in cuius locū uelut succedit p̄ ignorantia: & p̄ imprudentiam factum p̄ se: neq̄ laudi: neq̄ uitio dandum. Idem enim ē per imprudentiam siue p̄ ignorantiam fecisse aliquid boni maliue: quod imprudenter ignoranterue fecisse: quoq̄ neutrum aut̄ præmium meretur: aut̄ p̄nam.

Inter marinum & maritimum.

Cap. cclxxvi.

Marinum piscē dicimus & auem marinā: ac deum marinum: uel deā: uel nymphā marinā: nōiatim quoq̄ uitulū marinū: lupum marinum: turdum marinum: turturem marinum. Præterea aquam marinam: casum marinum: piculum marinum: sonum fluctuū: aquam marinā: nō maritimā: nauem marinā: quod etiam nauē maritimā. Rursus orā maritimā: gentē maritimā: res maritimas: bellū maritimū: nō transmaritimū: nō marinum. Itē hoīem: gentem urbem: triumphum transmarinum: non transmaritimum: Hoz̄ omnium hæc differentia est: q̄ marinum uocatur quod incolit mare: aut ex mari ē. Maritimum quod mare accolit: & ad mare est: uel ad mare fit. Transmarinum quia trans mare est. Transmaritimum enim foret: quod trans loca maritima esset: idem proprie quod mediterraneum.

Frequens: celebris.

Cap. cclxxvii.

Frequētē locū dicius quē frequētare multi solēt: ut urbs frequēs: oppidū frequens: platea frequēs: ubi multi hoīes aut hitāt: aut diuersant̄. Quando aut̄ de p̄sona: aut de re aiata loq̄ mur duobus modis dicitur: uel de solā: sic Sit melius frequens spectator procliorum: id est

QuARTVS

ereber & assiduus: uel de turba sic: frequēs populus: frequens senatus. i. copiosus & multus: & qdem cum noie collectiuo in singulari: cū cæteris uero in plurali: ut frequentes ciues: frequētes senatores hoc est multi & numerosi. Verū tamen cū dico sis frequens innuo actionē: cum dico frequēs locus passionem. Ille frequētatur: hic frequentatur: cui simile est celebris semp passiuē positum tam ad rem q̄ ad psonam relatum. Locus celebris q̄ celebratur: homo celebris: q̄ cum honore celebratur & colitur: pp̄ quod in hanc ducor opinionem: ut locus celebris pp̄rie sit honoratoꝝ frequētia cultus: nō ita frequens neq; frequentia: quo nomine qualiscunq; hominum multitudo significatur: quod ex uocabulo hinc ducto pbat: qd̄ est celebritas: quæ tum hominū cœtum honoratū declarat: tum dignationem ipsam ad honorē. **Quin.** Ante oīa futurus orator: cui in maxima celebritate: & i media rep. uiuendum est: assuescat iam a puero nō reformidare hoies: neq; illa solitaria & uelut umbratili uita pallefcere. Cice. Itaq; nos q̄ in maxima celebritate atq; in oculis quondā ciuium uiximus: nūc fugientes conspectum sceleratoꝝ hominū: qbus oīa redundant: abdimus nos, & sæpe soli sumus: Idē in alteram significationem. Hac celebritate famæ cum esset iam absentibus notus: Romā uenit **Mario** conf. & **Catullo**. Quare improprie: licet frequentissime dicitur locus celebris: an desertus: quasi cōtrarius sit celebrem esse ab illo desertum eē: ubi. n. baiuli: aut aleatores: aut lenones: scortaq; esse cōsueuerunt: q̄ eum locum pp̄rie dixerit celebrem non aliter q̄ celebrem meretricē aut nobile: ut sæpe legimus: & singularem improbitatem: & unicam turpitudinem: ut in bonum: ita & in malum.

Ferus & ferox.

Cap. cclxxviii.

Ferus homo q̄ animum ferinum obtinet: ut leones: ursi: lupi. Ferus qui præanimosus est & ad certandum cum altero: & ad uim alteri faciendam atq; nocendum.

Corporeus: corporalis.

Cap. cclxxix

Corporeum ē existens ex materia atq; substantia corpea: & e diuerso in corporeū ut lapis est res corporea: uirtus incorporea. Corporeale uero existēs in materia substantiaq; corpea: & e diuerso in corpale: ut domus: fundus: mancipium: corpalia sunt: nō corporea: legatū: hæreditas: iura incorpalia sunt: nō incorporea. Nanq; hic de qualitate agimus: quæ inest substantiæ: ubi de ipsa substantia: quas res diligētius exequemur i dialecticis nr̄is: & sanitas: uires: pulchritudo bona corpalia appellant: nō corporea. Præterea ut alia ratiōe hanc differentiā distinguam corpeus & incorpeus nō nisi cum hoc noie res aut substantia cōiungunt: aut ubi res subintelligit: ut lapis ē res siue substantia corpea: non at̄ est corporeus: uirtus est res incorporea: non at̄ uirtus incorporea. Omnia autem incorporea aut tanguntur: aut uidentur: id est omnes corporeæ res.

Lassus: & latus: lapsus: fessus: defatigatus.

Cap. cclxxx.

Lassus quod labore fatigatū est tam aīo q̄ corpe. Ideoq; ad ea demum spectat: quæ laboris molestiā sentiūt. Latus uero magis ad inanimata: quæ sunt lenta: mollia: flexibilia: nō dura: nō rigida: ut laxi rudentes: laxi funes: laxæ cordæ. Lapsus a labendo: q̄ uel corpe: uel p translationem aīo & opiniōe labitur. Fessus idem quod fatigatus: siue animo: siue corpe. Defessus defatigatusq; q̄ ita fessus atq; ita fatigatus est: ut nō quærat amplius: & sæpe a labore atq; icepto qd̄ instituerat: desistat: ut in **Bruto** Cice. Et ne defatigaret̄ orauissent. Et de ora. Profecto nunq; congescam neq; defatigabor anteq; illoꝝ ancipites uias rationesq; & p oibus: & contra oīa disputadi pcepto.

Bonum: bonitas.

Cap. cclxxxii.

Bonum generale nomē est: honesta piter atq; utilia cōplectens: ut bonū animi: bonū corpis: bonum fortunæ. Bonitas uero nō ut multi opinant̄: idē utiq; qd̄ bonum honestum sed idē qd̄ benignitas. A primo fit bonus uir: bonus seruus: bonus iudex. i. iustus & exequēs officii sui. Ab hoc bonus pater: bonus dominus: bonus deus: bonus **Aeneas**: hoc ē benignus & clemēs: quasi alterā iustitiæ ptem esse cōstituunt: uocantes eandē beneficentiā. Nam iustitiā ptiuntur in duas ptes: iustitiā quæ ē seueritas: & beneficentiā: quā ego uoco bonitatē. Ergo q̄ plane bonus esse uult: planeq; iustus bis bonus sit necesse ē. Et hoc qdem ad uirtutē p̄tinet. Est at̄ & alia bonitas: nō ex industria: sed ex natura: tam homini: q̄ qbusdā aliis rebus attributa. **Cic.** Quæ & bonitate naturæ multi assequuntur: & p̄gressione discendi. i. excellentia de dote naturæ. **Quinti.** At in solo foecundo plus cultor: q̄ ipsa p se bonitas soli efficit: nō dixit plus bonitas cultoris: q̄ bonitas soli: q̄ excellens cultor industria fit: nō natura nascit̄. Nōnunq; tamen bonitas p iustitiā siue honesto accipit̄. **Cic.** de offi. iii. Cum. n. fidem alicuius bonitatemq; laudant: dignum esse dicunt q̄ cū in tenebris mites. **Quin.** in. xii. Quod si mediocribus ēt patronis cōuenit hæc quæ uulgo dicit̄ bonitas: cur nō orator ille q̄ nondum fuit: sed pōt esse: tam sit moribus: q̄ discendi p̄fectus uirtute? Nōnunq; ēt bonum accedit ad naturam uirtutis & bonitatis. Nam cum dicimus de æquo & bono de rigore iustitiæ: & de summo iure loquimur: sed quasi de bona æquitate.

Lubricus.

Cap. cclxxxiii.

Lubricus locus ē: in quo neq; as̄istere: nec ingredi q̄les sūt herbæ p̄fusæ sanguine: ut apud **Vir.** de **Niso**: & **Homeꝝ** de **Oileo**: Haud aliter hūctata marmora leuigata: lapidesq; uel hūoꝝ cōsp̄si. Terra glaciata: aq̄ gelata: pauimēta cæteraq; huiusmōi dicunt̄. idē p trāslatio

LIBER

nē adoleſcētiā uocamus lubricā: in q̄ q̄ sunt: uelut in glacie labunt. Anguilla quoq; cōgrus: murena ac similia lubrica sūt. Alio tamē mō uidet Ci. dixisse lubricos oculos: & imitatus eū Lactā. in li. de hominis opificio: Ita enim ait ille de natura deoz: Sed lubricos oculos fecit & mobiles: ut declina- rent si qd noceret: & aspectum quo uellent facile conuerterent. Dicti sunt oculi lubrici eo mō: quo a quibusdam pes lubricus pro eo quod est in lubrico. Ita oculi quasi i lubrico positi sunt: ut uix que ant consistere: quale est cum dicimus: Spargo humum floribus: pro eo qd est Spargo humi flores: & sterno lectum pallio: pro eo quod est sterno pallium lecto.

Aequalis & æquabilis.

Cap. cclxxxiii.

A Equalis qd sit: notum ē: ut in illo: Sintq; pares in amore & æquales: saepe accipitur p coe- taneo siue coæuo: ut Virg. Aequalēq; ab humo miserans attollit amicum. Ci. Ego Qu. Maximū eum qui Tarentum recepit senem: adoleſcens ita dilexit: ut æqualem. Et iterū Nec cum æqualibus solum: q̄ pauci admodum restant: sed cum uestra etiam ætate: atq; uobiscum. Æquabilis idem q̄ æqualis in priore significato: ut idem: Nō ius æquabile q̄ aliquid uti litatis haberet: accēpat. Itē: Et uox reducitur in sonū quendā æquabilem q̄ atq; constantem.

Inter perfidum & infidum.

Cap. cclxxxiiii.

Infidus qui fidem uiolat. Infidus cui non est fidendum. Hoc a fido descēdit: quod habet primam longam: siue fido a fidus. Illud a fides: quod habet primam breuem. Ideoq; bæc duo adiectiua uario accentu efferuntur.

Moratus: morigeratus.

Cap. cclxxxv.

Moratus ē qui moribus bonis ē præditus. Morigeratus picipium ē ex morigero: quod ē morem gero. i. obsequor & obedio: Vnde morigerus: obsequēs: obediens: & facile morē gerens: qd Accursius nō intelligens. Quid autē intelligat: si ignorat qd sit morem gerere: pro glosa scriptum reliquit. Soluat Apollo: quasi enigma efferat: aut Apollo soluere enig- mata soleret: magis q̄ soluenda pponere. Et alibi Primpilus inquit nomen græcum est.

Proteruus: procax: petulans.

Cap. cclxxxvi.

Proteruus: pcax: & petulans multū similitudis hēnt: & quasi aliud alio magis icrescit: tā in factis q̄ in dictis. Tria hæc tū quandā lasciuia: libidineq; declarant: tū iniuriam. Nam & proterua petulātemq; eodē loco de inhonesta foemina apud Ci. legimus. p Cælio Si ui dua libere: pterua petulāter: diues effuse: libidinosa meretricio more uiueret: pterua mi- nore gradu q̄ petulāte significauit. Petulās p libidinoso lasciuoq; accipi notum ē: ut petulāsq; iuue- ra: & Oui. Quinetiā ut possēs uerbis petulātius uti: Nō semel ebrietas ē simulata mihi. i. lasciuus ac licētius. paces quoq; meretrices legimus: q̄lis Bacchis terētiana. Catez quia impudicæ mulieres: quæ pudori suo quæ una dos foeminarum ē: non pcunt: ne uerbis qd mordacibus simul & turpi- bus pcunt: a seipis suisq; foeminis capiētes principū. Proteruia leuior quædā contūelia. Procacitas maior. Petulantia maxima. Cicero in Salu. Ne in idem incidam uitium procacitatis qd huic obicio Et itē: Non enī pcacitate linguæ uitæ sordes eluuntur. Atq; itē. Nam q̄ ista inusitata rabie petu- lanter in uxore filiāq; meam inuasisti. Et itē: in eadē: Desine bonos petulantissima insectari lingua. Desine morbo pcacitatis isto uti. Salu. i. Ciceronē: Grauius & iniquo aīo maledicta tua paterer. M. Tul. Si te scirem iudicio animi magis q̄ morbo petulantia ista uti. Et iterum: Bibulum petulantissi- mis uerbis lædis. Hæc eadē noīa in factis quoq; nōnunq; repiunt: siq; abulans per impotentia mē- tis obuiū cubito feriat: aut contumelia sibi cedere cogat: hunc proteruum dicimus. Et Virgili. Au- stros paces uocat: & ab eodem: Hædiq; petulci Floribus insultent: dictum est: q̄ hædi soleant iniu- riam facere per animositatem quandam transcendendo sapes: & in alia loca penetrando: quæ iniu- ria petulantia est.

Orbus.

Cap. cclxxxvii.

Orbus q̄cunq; aliq̄ re chara priuatus est. pprie autē parens amissis liberis: quasi amissa lu- ce oculorū. Vnde illud frequens parens liberorū: an orbus? Et hinc orbitas quæ ē illa q̄- litas patrū post amissos liberos: ut uxoris uiduitas post amissum maritum. Quin. de pa- tribus in ipos loquēs p uxoribus ait: Nō hēt orbitas uestra lachrymas sup ardētes rogos Tenetis incōcussam rigidāq; faciē. Cōtrarium huic ē: cū dicif orbus quasi orphanus: ut apud Terē. Orbæ qui pximi sunt uxore ducant. Et hinc orbitas apud. M. Tulliu lib. iii. de oratore: quasi orpha- nitas. Deplorauit enim cām atq; orbitatē senatus: cuius ordinis a consule: q̄ quasi parēs bonus atq; tutor fidelis ea deberet: tanq̄ ab aliquo nephario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. Cæ- lebs tamen non tam qui caruit semper uxore: q̄ qui nunc caret: & inde cælibatus.

Diurnus: diutinus: præcox: serotinus.

Cap. cclxxxviii.

Diurnus & diutinus nihil differūt. Vtrūq; in bonū & in malū repif: & utrunq; a diu si- ue diutinus uēit. Sed unū eo mō format: quo a die diurnus: & a nocte nocturnus. Alte- rū quoq; a sero serotinus: a mæ siue a Matuta: quæ ē dea: matutinus: & ut aliq̄ utunt: a uespe uesptinus. De diurnus pluria exēpla sūt. De diutinus apd Ciceronem: Per pauca ad Brutum sic scri. Libertatis desiderio rædioq; diutinæ seruitutis: Quif. Non sic cōfundūt obuios grauibus ca-

thenis: coll
caste sero
sunt. Vana
post tps. Q
interrogat
q̄ tardius
apud Senec
uenit: potui
ram serotina
ma: quæ ant
serotina por
quoq; inger
detur adole
i. non fere u
Huic simile
præmaturæ
turus sum m
tio. id est im
uero figurat
turus rei m
pfecta: & t
ficatione n
no: ut Vir.
A
li epicurei
eodem qd
G
tat alterius
capitalis Et
M
cere Hic m
meritorius
uocantur m
pueros dici
præcio mer
fabantur: in
uendat con
appellaus c
I
rarius repit
P
stea uero q̄
adulatores ē
sens. Neq; in

LIBER

rat. i. in suum tps: ut dixi: & q̄do tps rei dicendæ aderit: nisi accipiat p̄ in præsentia: ut idem. ii. car. Lætus in præsens animus: q̄d ultra est oderit curare: & amara lento temper usu. Nihil est ab oī parte beatum. Præsens quoq; dicitur subitus: & non dilatus in alteꝝ tps: ut Vir. Præsentēq; uiris intentat oīa mortem. Iuue. Poena tamen præsens: & præsens ultio: unde præsentissimum piculum: præsentissima medicina & præsentissimum remedium: præsentissimum uenenum: q̄d et præsentaneum uocatur. Præsentissimum q̄a statim aut sanat: aut occidit. Et quoniam ea quæ præsentē uim effectūq; exhibent: præstantiora ac potentiora cæteris uidentur: ideo in hunc quoq; sensum accipi solēt. Vnde præsens animus dicitur præstans atq; excellens: & præsens remedium: præsensq; uirtus. i. potens & in primis efficax. In rem præsentem: non tps: sed locū significat: ut Cic. offi. lib. i. Vt si constitueris cupiam te in rem præsentem esse uenturū. i. ad locum de quo cōtrouersia est. Li. lib. xxxiii. Responderi legatis utriusq; ptis placuit missuros se in Africam q̄ inter populum carthaginensem & regem in re præsentem disceptarent. Idem lib. xlviii. Eodem anno inter populum carthaginensem & regem Masinissam in re præsentem disceptatores romani de agro fuerunt. Valerius Maxi. lib. vii. Qu. Fa. Labeo arbiter a senatu finium cōstituēdoꝝ inter nolanos & neapolitanos datū. Cū in rem præsentem uenisset: utrosq; sepatim monuit. Ad tps duobus modis sumit: uno ad conditionem tps: necessitatē: oportunitatē. Cic. p̄ Milone: Quā ad tps aptæ simulationes. Quin. fingere nimis ad tps uidebor: & re nimium manifestam imprudēter cōplorare. Altero ad spacium tps: ut silebo ad annum: latebo ad tps. i. usq; ad annum & usq; ad tps quoddam: uel in tps: ut Quin. Optimū emendandi genus: si scripta in aliquo tps reponant: ut ad ea post iteruallū uelut noua atq; aliena redeamus: idē usq; ad aliquod tps. Nam sæpe subitelligit usq; ut idem. Neq; id ueteribus romanis dedecori fuit: argumentum est sacerdotū nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio: id est usq; ad hoc tempus.

Stultus: fatuus: stolidus.

Cap. ccxciii.

Stultus q̄ imprudens est & iprouidus: multiq; non insipientes hoīes aliq̄do stulte agunt. Fatuus plane insipiens est: tractum est a sapore ciboz. Nam cum illi non sapiunt fatui dicuntur: ita hō q̄ non sapit: fatuus uocatur. Mar. Vt sapiant fatuæ faboz prandia betæ. O q̄ sæpe petet uina piperq; coquus. Melior huius uocabuli uidetur hæc causa: q̄ ea quæ quibusdam placet: fatuos dictos q̄ furore quodā: qualis uxor regis Fauni Fatua nomine corripī solebat: futura prædicunt: ut illa faciebat. Stolidus est q̄ p̄xime accedit ad naturam sensumq; pecudum.

Beatus foelix.

Cap. ccxcv.

Beatus qui rebus omnibus ad uitæ usum ornatumq; spectantibus abundat. Ideoq; locupletes sane hoīes beatos uocamus: ut apud Iuue. Vetulæ uesica beatæ: & Cic. Sint florentes: sint beati: & alibi. Crotoniatæ quondam cum florent oībus copiis & in Italia cum in primis beati numerarent. Vnde apud inferos in helysiis campis beati uocant: & a nobis q̄ apud superos uiuunt: ut pene iidem sint foelices & beati. Foelicitas ac beatitudo: foelices in qua oīum bonorum compotes sunt: & aliæ res p̄ sua quoq; natura beatæ foelicesq;: ueluti de uoce apud Quin. Ornata erit p̄nunciatio: cui suffragatur uox facilis: magna: beata: flexibilis: firma: dulcis: durabilis: clara: pura: secans aera: auribus sedēs: beata dixit p̄ eo quod est plena & p̄fecta: & alibi. Nam uocis q̄tā in nullo cognoui foelicitas.

Mollis homo: molle opus.

Cap. ccxcvi.

Mollis homo dicitur & molle opus: hoc in laudem: illud in uitupationem. Vir. India mittit ebur: molles sua thura sabei. Idem: Excudent alii spirantia mollius æra. Credo eq̄dem uiuos ducent de marmore uultus. Quod non sine ratione factum est: Nam q̄ non fuerit seuerus: fortis: cōstans: & in morem rei duræ patiens resistensq; fortunæ: uel aduersæ: uel blandæ: hic mollis est: similis cæræ: aut tenellis plantis: cum præsertim q̄ mollicula mēbrana habet fere molli sunt mente: ut pueri foeminaq;. Cōtra at milites: nautæ agricolæ: ut corpe: ita aīo indurati putant. Hoc igit̄ mō mollis accipit̄ in uitium. In laudem uero: q̄ ut durus cibus: durū cubile: durū solū ita durū ingenium: ueluti durus equus ad domandū: durū ingenium ad docendum: & ut sic dicā sculpendum: eadē ratione molle dicitur quod non est durū: eritq; laudabile. Quin. de signis loquens inq̄t. Illius opa duriora: molliora huius. Dicunt autē signa opa scrupilia: siue fusilia: siue cætera ad eiusmodi effigiem aīalium fabricata: quemadmodum tabulæ opa pictoz. Siq̄dem in tabulis antiq; pingebant: non in parietibus. Hæc talia magis dicentur mollia quæ fiunt: q̄ ingenium quod facit.

Crudus

Cap. ccxcvii.

Crudus nocat nō q̄ cibum indigestum habet in stomacho: sed q̄ ægre difficileq; digestibilem: ex quo offendit: uel tanq̄ nimio: uel tanq̄ noxio: ut Cic. de Roscio: q̄ in scenam non ueniret: q̄ esset crudior. Et Quin. Crudo oratori declamandū non putat. At cibo indigesto fere & otamus: & negotia agimus: nel magis q̄ digesto. Sq̄dem digesto & mordificato cibo itere refici malumus: q̄ cætera facere: Appellamus at hominem crudum: præsertim qui est truci aspectus: & eius aspectu oculi nr̄i offendunt: ut stomachus cruditate cibi: uel q̄ facies crudum habētis aīum insauis & foeda est: ut facies cruda stomachum hebentis: siue crudū cibum in stomacho. Est et̄ crudum idem quod recens. Vnde crudus dolor: crudū uulnus: & recrudescere dolor ac uulnus dicitur: q̄

si renouari
tur: quæ au



carit quasi di
tidie: sed pro
lum arcus
sine compar
tudine: sed q
quortidie m
tidie latius
zeras ad te m
sunt breuio
i dies singul
næ hodiern
ior. Sic post
quattuor: cu
us. Non ita
cim: heri qu
die saltem
in philip. H
sua cogitau
fese obicit
ratione in
hoc sit. Cic
ppemodu
Laurent



hanc multa
uia Homeri
Dic mihi m
tergiuer sam
dotem filia
to q̄prim
uel amatoꝝ
magis incip
us collocer
dabimus. C
possemus: &
auertant: ue
igit̄ huic op
ctoz. Quo
sciam ea qu
coenæ: long
bus loquor:
legit̄ siue ne

Q VINTVS

si renouari. Et cruda poma dicimus: quæ non sunt matura. Cicero: Poma quæ cruda sunt: uiuelluntur: quæ autem matura & cocta: decidunt.

In diem indies: in horam & in horas.

Cap. ccxcviii.



N diem aliud multo est: quæ indies: illud plærung; cū hoc nec uerbo uiuit iungit: ut **Quit.** Non ut fere uolucres præsentis modo cibi memores in diem uiuunt Duraturus hyemi reponere uictus. Aliquando sed raro cum alio uerbo iungitur: ut **Salu.** Panem in die merenti: quasi dicat præsentis diei habere rationem: nihilq; cogitare de crastino: Indies est idē quod quotidie: sed proprie cum quodam incremento. Ideoq; plærung; cum comparatiuo: ut cum indies malum arctius præmeret. Et cum in urbem infinitum malum serpet: idq; manaret indies latius etiam sine comparatiuo: sed tamen per uerbum significans incrementum: ut **Liui.** Crescente indies multitudine: sed quottidie: aut indies magis: cum tamen liceat superiora exempla dicei per quottidie: Cū quottidie malum arctius præmeret: & cum in urbem infinitum malum serperet: idq; manaret quottidie latius: & in singulos dies: ut **Cic. ad Atticū.** Quottidie uel potius in dies singulos breuiore litteras ad te mitto. i. non modo quottidie breuiore: sed etiam in dies. Nam hæc quottidiana litteræ sunt breuiore his: quas antea mittere solebam: quæ poterant esse omnes pari breuitate. Atq; hæc q̄ i dies singulos: siue indies mitto breuiore: tales sunt: ut hodiernæ sint breuiore hesternis: & crastinæ hodiernis: & perēdinæ crastinis: & ita assidue & pestilantia indies fit maior: & quottidie fit maior. Sic possunt uideri hæc duo differre: q; in hoc possunt hodie super numez hesternum decessisse quattuor: cum heri decesserint decem supra numez eorum: qui decesserint decesserant nudius tertius. Non ita in illo: ubi ultimus quisq; dies maxime increfcit: ut si nudius tertius decesserunt duodecim: heri quattuordecim: hodie necesse est decedant saltē decem & septem: cras saltē unus & xx. pen die saltē sex & uiginti. Eandē differentiā habent in horam & in horas: quā in diem & indies. **Cice.** in philip. Hæc qui in horam uiuunt non modo de fortunis & bonis ciuium: sed ne de utilitate qdē sua cogitauerunt. **Vir.** Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas: **Quantū** uero nouo uiridis sese obicit alnus. Siq; autem indies & in hora: siue in dies singulos & i horas singulas: sine illa exacta ratione incrementi accipe uelit: non denegandum sibi hoc puto. Propediē est quasi ppe ē dies: q̄do hoc fit. **Cice.** Et præsens ppediem: ut spero: & dum aberis absens loquar. Eodē modo quo dicimus ppediū: quasi prope mensuram: quod accipitur pro pene: siue prope cum est aduerbium.

Laurentii Vallensis libri elegatiæ linguæ latinæ quarti finis: eiuſdē q̄ntus. Et primo p̄emiū.



Tertius iam prope mihi & quartus annus agitur peregrinanti semper: & p̄ omnia maria terarq; uolitat: p̄xima etiam æstate & quidem totā militiā expro: quod utq; honestiore: an magis necessaria causa fecerim: haud equidem scio. Illud tamen uel me affirmante indubitatum cunctis esse nō ambigo: quæ maxima atq; adeo sola studioz præsidia s̄: ea mihi omnia de fuisse litteratoz consuetudinem: libroz copiam: le oportunitatem: t̄pis ocium: ipsam postremo animi uacuitatem. **Quoz** i a cum plurimū incōmoditatis afferant: dum defun: qd tandem putandum est uniuersa de fuisse: tam etsi repugnauimus assidue: & quoad licuit: necessitatibus reluctati sumus. Interq; nauigandum pregrigandum: militandum frequenter ad studia respeximus: ita ut si nihil lucri in litteris quod optabamus: certe quod p̄ximū est: nihil damni faceremus: quod si non contingit iacturā hanc multaz rege noticia: quas uel uidimus: uel sumus expti: fortasse pensabimus. **Hac. n.** præcipue uia **Homerus** informandum esse uig; sapientem præcipit **Vlyxis** exēplo: ita nāq; **odisseam** inchoat **Dic mihi musa** uig; captæ post t̄pa **Troia:** **Qui** mores hominum multoz uidit & urbes. **Quāq;** qd tergiuerfamur: qd blanda aut inani excusatione nos fallimus q̄lescunq; redierimus: nihil tamē quodotem filia iam me absente adultæ ampliare queamus attulimus: & collocandi t̄ps est: fatiusq; multo q̄primū nuptui dare: q̄ diutius custodiendo pudicitia piculum adire. **Mira. n. ē** puellæ: uel p̄coz uel amatoz multitudo. Ipsa quoq; teneri amplius non uult. Et quod me ualde sollicitū facit: alios magis incipit amare: q̄ patrem. **Quare** non uacat comparare plura: quo splendidius ac magnificentius collocemus **Sex** nāq; talenta: quæ ante p̄fectionem nostram parata ac reposita erant: in dotem dabimus. **Quod** cum satis esse debet: tamē plus est q̄ quod multo posthac t̄pis accessione addicere possemus: & certe similia impedimēta: ut de morte taceam: extimescenda sunt: ne forte qd̄ dii omē auertant: uel absente patre: uel mortuo: filia ut quæ ea ætate atq; adeo ea mente sit: p̄stet. **Sufficiant** igit̄ huic operi quattuor supiora uolumina: q̄ntumq; hoc de uerbis: antecedente sexto de notis auetoz. **Quod** si ēt plura: scribendi facultas tempusue suppeteret: nescio an finiendum putarem: cum sciam ea quæ uel optima atq; pulcherrima sunt: nisi compendii gratia iuuentur: ut p̄tificales olim coenæ: longitudinis fastidio laborare: simulq; huius de qua loquor materia neminem. de prudentibus loquor: uniuersum corpus aggredi esse ausum: suam sibi unufq; p̄ticulari ad scribendum delegit: siue ne longiore opere legentibus fastidium moueret. **Quod. n.** uocabulum non suam habet

in significando elegantiam: Siue immensitate infirmitatemque uoluminum ueritus. Quibus rebus me quoque mox fuisse fateor: tum mea sponte tum illoque exemplo maxime: ne semper imperfectum: ne semper inclusum habere: ne semper efflagitibus opus negare uideamur: ne uel quibus obsequi: & a quibus laudum suffragia nancisci cupimus: eisdem iustae querelae iustaeque uitupationis materiam praebamus. Cuiusmodi insidiatore ac fures re exptus: ut. ii. lib. dixi: cauere debeo: quos nunc multo plures esse ac fore amici ostendunt: quae causa Prisciano: ut ipse testatur: fuit: ut festinantius opus illud de arte grammatica ederet: hac eadem nos causa & caeteris quos enmerauimus: sumus adacti: non modo ut festinantius libros nostros: uel ut pauciores ederemus. Et illi tantum aemulorum insidia nocebant: mihi etiam praeter caetera fautorum atque amantium studia nocent. Tradatur ergo aliquando uiro puella contenta hac gratulacione est dote. Non. n. formosam esse credibile est: quae maritum nisi magnitudine dotis conciliante non inuenit: uirgo praesertim. Maritum autem puellae ceterum litterarum intelligimus: a quo sanctitatem uxoris pudoremque & custoditum esse cupimus: & custodiri debere testamur. Sed ad promissam uerborum significationem: cuius hoc libro locus est: descendamus.

Disco: edisco: dedisco.

Cap. cccix.

Disco & edisco manifeste differunt. Nam discere est ut intelligas. Ediscere uero: ut memoriter complectaris. Ideoque capitulum apud Quin. quod inscribit de ediscendo: ita incipit. Illud ex consuetudine mutandum prorsus existimo in his de quibus nunc differimus aetatibus: nec omnia quae scripserint ediscerint: & caetera ut moris est: ediscant. Dedisco quod didici: obliuiscor. Dedoceo te: quod doctus es ostendo fallum esse docens quod uerum est: ut apud eundem in. ii. Et quod prius ac difficilis opus dedocendi: quam docendi. Illud quo quidam utuntur: instruo: quale est instruum te in uia ac qua gradieris: nobis apud idoneos auctores incoptum est. Dicimus. n. instruo classem: instruo aciem: instruo causam: instruo militem: non autem discipulum aut mentem alicuius: nisi eo modo quo instruimus ea quae dixi.

Excogito: reperio: offendo: naetus sum.

Cap. ccc.

Excogitare est per cogitationem inuenire: idque ad res tantum incorporeas pertinet: ut excogitari argumenta: rationes: figuras: causas. Est igitur excogitare consilium: reperire uero fortunam: ut Ouid. Tu non inuenta repta es. Sed iam usus obtinuit: ut idem sit reperio quod inuenio. Est autem inuenire uel consilium: uel casum: siue corporea: siue incorporea reperire. Offendo fere quod reperio: neque solum reuertendo: & ad statum regum uel priuatarum: uel publicarum pertinet: ut offendes rempublicam: perturbatam consilium nepotis mei: uerum est sine his: ut idem Cice. Sed tamen neminem tam maleficum offendi: qui illum negaret Antonii dignum senatum. Naetus sum etiam pro inueni: siue reperi frequenter accipitur: ut idem in paradosis. Eum tu hominem terreto: siquidem naetus fueris istius mortis aut exitus minis. Et de senectute: Vitis quidem quae natura caduca est & nisi sulca est: fert ad terram eadem ut se erigat clauiculis: quasi manibus quicquid est naeta: complectitur.

Desipio: desipisco: resipisco.

Cap. cccii.

Desipio siue desipisco significat uel quod aliquid a communi sensu sapientiaeque minus habeo: uel quod a meo sensu destitutor: quod fere uitiu aut ex aetate uenit: aut morbo: aut amore: aut timore: aut simili aliquo affectu: cuius contrarium est resipiscere: & senes quidam iam dementes nunquam resipiscunt. Caeteri autem resipiscere. id est ad priorum mentis statum: uel ad meliorem mentem redire solent. Ter. Multo omnium nunc me fortunatissimum puto esse gnatae: cum te intelligo resipisse.

Prohibeo: inhibeo.

Capi. cccii.

Prohibeo uel generale nomen est: uel ante rem inceptam. Inhibeo autem re iam incepta: illud uetat: nequid facias: uel nequid incipias: hoc ne pergas ire. desistaque ab incepto. Virg. Quod genus hoc hominum: quaeue hunc tam barbara morem permittit patriae: hospitio prohibemur harenae. Idem. Parcite iam rutuli: & uos taela inhibete laui.

Vtor & fruor: fungor.

Cap. ccciii.

Vtor & fruor apte differunt: sed non ea ratione qua quidam uolunt: omnia sua impetia confundentes: quae autem uti nos humanis frui uero diuinis: imo & diuinis utimur & humanis fruimur. Quis. n. mihi usum diuinorum interdicit: quos rursus ueret me frui rebus meis: labore & inuicta paratis: aut quos dicat me frui sacris: cum in foris uersor usu atque administratione? Vel quos neget cum uoluptati operando: frui me his rebus: unde capio uoluptatem? Quod si dicerent debere nos frui rebus diuinis: uti uero humanis: quaeque ne in hoc quidem illis accedo: fortasse audirem. De rebus non de uerbo disputarent. Nunc uerbum exponunt: non res: sed hoc cum sua imperitia: & quod foedius est: cum pertinacia reliquamus. Vti igitur est alterius rei gratia: frui nullius: sed ut sic dicam pro se in illo interest in hoc mera: hoc alterius finis: ad quem illud tendit quod hoc habet: quae scit & contentus est quod utitur nunquam contentus est: semper ulterius tendit. Ideoque reprehensus est Hannibal: quod cum posset uti carenti uictoria: frui maluit. Vtor armis: uitor domo: uitor libris: uitor studio: diligentia opera: quae ex hoc postea emolumentum aliquid bonique consequatur. Fruor bonis meis: fruor tuo aspectu: tuo alloquio: tuo carere: hoc est delectationem uoluptatemque percipio ex hac re: atque ex huius rei usu. Nonnunquam eadem re duo pariter hic utitur: ille fruitur ut si alitex ad focum sedeat sanitatis causa: alioquin id non facturus: alter

Q. VINTVS

uoluptatis: hic non tendit ultra: sed apud finem ipsum quiescit. Ille non contentus presenti condicione ad ulteriora tendit: qualis Hannibal: si fuisset: nec tam presenti uictoria quiescere quam progredi maluisset. Non enim Adherbal scire uincere: sed uictoria uti nescire dixisset. id est quia frui illa: quam uti maluerat. Dicimus tamen nonnunquam utimur pro fruimur. Verecundiam cuiusdam causa: ut uitor pane triticeo: uitor palmulis uitor ficis: quasi uiuendi potius causa edamus: quam edendi causa uiuamus. Denique frui est delectationem capere ex utendo. Itaque in idem recidunt idemque efficiunt frui: delectari: uoluptatemque capere: quo fit: ut non fuerit causa cur recentiores hoc solum uocabulum frui unde uenit fructio: solis rebus diuinis dare uoluerit. Habet enim hoc uerbum duo supina: frutum & fretum: eorum primum uix in usu est: nisi apud eos qui uerborum nouitatibus: & gaudent: & gloriantur. Secundum significat confixus: ut fretus fortasse familiaritate quare est ei tecum: ausus est confiteri. Adiungimus autem alterum uerbum etiam ad personam: de uitor dico significatque conuersor: ut opera tua uitor. Idem Cicerone ad Caelium: Fabio uiro optimo: & homine doctissimo familiarissime uitor. Et inde fit usus: ut usus fuit mihi tecum. id est conuersatio familiaris & consuetudo. Quin. Mulierem cum qua longa consuetudo seu longus illi fuerat usus. Atque quia solemus aliquid re ideo uti: ut ex ea fructum percipiamus: factum est ut dicamus usum pro utilitate & fructum tam in plurali quam in singulari: quorum exemplorum plena sunt omnia. Fungor autem idem est quod officium munusque ago: ut fungor magistratu: fungor praetura: fungor legatione: fungor officio delegato: fungor munere iudicis. Fungor uero uita quod fungor officio uitae: & munere administrandi gubernandique corpus: munere inquam assignato nobis ab impatore deo. Inde defunctus est uita. id est finiuit officium uitae. Vir. O tandem magnis pelagi defuncte piculis. T. Lium. Defuncta morbis corpora salubriora esse incipere: defunctus piculis: quod finita sunt picula: & defuncta morbis corpora: quod finiti sunt morbi corporum. Legimus etiam defunctus morte: id est mortem finiuit. De potior autem dixi alio libro.

Sto sedeo. sisto: stator.

Cap. ccciiii.



Tare est non ire in his duntaxat: quare eunt sine pedibus: aut quare erecta non sunt: ut nauis stat: flumen stat: currus stat: sol stat: unde solstitium & iustitium: quia ius stat foris est clausum. Anguis etiam: & piscis: & lacertus: & auis in aere stat. Quaedam e diuerso quare recta sunt: dicuntur stare: quod diu non cadunt. Sed haec fere sunt inanimata: ut arbor stat: simulacrum: domus stat: columna stat. Quaedam uero dicuntur stare: nisi nec eant: & recta sint: ut homo: equus: uolucris stat: namque homo cum sedet: & equus cum recubitat: & auis cum cubat: non stat: nec tamen eunt. Illud tamen notandum aliter dici sedere de hominibus: aliter de auibus. Nam caetera non sedent: nisi simia & aliquid simile. Ipsum uero sedere auium: est in loco altiore esse: ut passer sedet in tecto: hyrundo sedet in pica: comix sedet in arbore: nec recte dixeris stat in arbore: sed tali potius quodammodo cornix stat non cubat. Vir. Alitis in puam subitam conueriam figuram. Quare quondam in buccis aut culminibus desertis. Nocte sedens seque canit importuna per umbras. Quin. Ut si quaeratur an sit credibile super caput Valerii pugnantis sedisse coruum: quod os oculosque hostis galli rostro atque illis uerberaret. Denique eodem modo dicitur auis sedere super rem quampiam: ut homo super equum aut iumentum non dicitur stare aut manere: sed sedere quocumque modo: aut quocumque corporis habitu gestumque compositus sit. Side re autem a sedere multum distat. Est enim sidere deorsum descendere: pessimumque ire. Vir. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. id est ab alto demittuntur: unde delido: subsidio: ut idem. Subsidere ualles. Et itaque. Subsidit dubius. Nam ut ego sentio: a sedeo praeteritum mutuatur. Inde insido quoque. insedi: & resido resedi: assido assedi. Si quidem assidere est apud aliquem ut aegrotum: ut regem sedere. Cum enim Salu. inquit. Consul postquam assedit: magis ab assido quam ab assideo praeteritum: hoc esse significatio potest esse documento. Ut autem a sedeo distat a sideo: ita a sto sisto: ut sisto gradum: sisto fugam: sisto lachrymas. id est fac stare gradum: stare fugam stare lachrymas: atque ut illa superiora idem praeteritum habent: uel alterum ab altero mutuum sumi: ita haec duo idem supinum: uel sisto a sto: uel sto a sisto accipit: quod est statum: unde fit stator: quod magis a sisto quam a sto descendit: ob idque Iuppiter stator uocatus est: quod Romulum orantem ut fugam suorum sisteret: audiuit. Quare nescio cur Hieronymus aduersus Iouinianum dixerit: offendet Iouem statorum: quod libenter sederit: quasi Iuppiter stator a statorum dicatur: non a sistendo. Nimirum oblitus historiae est: ut super Ionam fabulae: ubi ait. Ex Ioppe Iudaeae portu Andromedam a Perseo liberatam: in quo eorum manifestus est error: quod cum legant quod Ionas surrexit: ut fugeret in Tharsum: & uenit Ioppem. opinatur hanc esse Andromedae urbem: cum sit Indiae ciuitas Tharsis unde illa fuit: ut ipse quoque Hieronymus meminit. Ouid. li. i. de arte amandi: Andromedem Perseus nigris portauit ab indis. Et Sapho ad Phaonem. Candida si non sum rapuit cepheia Perseum Andromedae patriae fusca colore suae. Eadem obliuio eiusdem fuit: quod gallos matris deum in osae ait esse ex gente galloque: quod a romanis ob ignominiam illius nationis uindicta animo effoeminant: cum a graecis hoc antea & tunc fuerit factitatum. Sistere etiam dicimus pro representare: & praesentia corporis exhibere: dictum ab eo quod non tantum comparere quis debet: nisi & maserit: unde de iudicio sisti: hoc est desistendo aliquem in iudicio. Cicerone. Ad atticum. Des opam id quod mihi affirmasti: ut te ante calendas ianuaras: ubicumque erimus sistas. Et hic stator nuncius: tabellariusue consulis. Idem de officio. li. iii. Vas factus est alter eius sistendi: ut si ille non reuertisset: moriedum esset sibi. Vir. Et patrio te limine sistam.

Appeto: expeto.

Cap. cccv.



Appeto cum affectu: expeto cum ratione. Appeto qualiacūq; Expeto honesta: planeq; bona. Vnde de rebus expetendis scripsere philosophi: quæ. s. peti debent: nō autem de appetendis. Ex quo deriuatur appetitus: q. immensa & immoderata cupiditas dicitur. Quare qui dixit. Omnia bonum quoddam appetere uidetur: mallem dixisset expetere.

Vendico: uindico.

Cap. cccvi.



Vendico idem est: quod ut sic dicam: proprio ac meum esse dico. Quin. Circo uisitati nomē pœni sibi uendicant. Et itez. Rusticus petit partem bonoz: orator totum sibi uendicat: & fere hoc uerbum postulat datiuum: & hunc frequentissime ex p. nominibus primitiuis: ut ego hūc agrū uēdico mihi tu uēdicas tibi frater uēdicat sibi. Vindico ulciscor. unde uindicta: quoties iniuriā contumeliāue illatā punio. Interdū uindico idem quod ab iniuria: cōtumeliāue: siue iactura faciendo defendo. Cice. pro. M. Marcello. Nobilissimamq; familiam iam ad paucos redactam pene ab interitu uindicasti. Idem de senectute. Et senectus natura loquacior: ne ab omnibus eam uitis uidear uindicare: uitis id est uituperationibus: quemadmodum criminibus pro criminationibus. Dicimus uindicare libertatem: aut seruitutem: quasi asserere in libertatem: aut in seruitutem. Non ut quidam uolunt: uendicare: ut Liui. li. xxiii. Intermori uehemētoribus q. quæ pati possit remediis ciuitatem finire in ipsa uindicta libertatis perituram. Et in primo. Iudici pecunia ex ærario libertas ac ciuitas data. Ille primū dicitur uindictam liberatus: quidam uindice quoq; tractū ab illo putant. Vindicio ipsi nomen fuisse. Ego nescio an uendico reperitur: sed tantū uindico.

Explodo: complodo: supplodo.

Cap. cccvii.



Explodo non tantum significat eiicio: sed eiicio manibus: & quidem cum sono pulsantibus: qualiter quempiam e domo: e theatro: ex aliquo consilio iniectione manuū atq; pulsatione eiicimus quod apparet ex aliis a plodo compositis: complodo & supplodo. Est enim complodere aduersas manus inuicem collidere: quod fieri pluribus de causis solet: uel ad testificandum more sceminarum dolore: uel præ gaudio: uel per subitā admirationem uel si quæ sunt aliæ causæ. Supplodere est pedem terræ incutere: quod interim solet in oratore laudari. Itaq; cum dicit Cicero. Quoniam Pyrrhonis. Aristonis & Erili iam pridē explosa sententia est: appositissimo uocabulo ut semper est usus. Non enim dixit eiectam sententiam eo modo: quo cætera eiiciuntur: sed quasi pulsatione manuū: tanq; ipsi illi huius sententiæ auctores e cœtu ab ipso cœtu iniectis in eos manibus eiecti sint: ut apertius alio loco indicat: histrio si paulum se moueat extranumez: aut si uersus pronunciatum est una syllaba breuior: aut lōgior exhibilatur & exploditur.

Dico: dicto: dictito: aduento: uentito: uectito.

Cap. cccviii.



Dicere proprie est oratoz. & eleganter facundeq; loquentium. Quint. lib. x. Nam mihi ne dicere quidem uidetur: nisi qui disposito: ornate: copiose dicit. Cice. de offici. Vt non modo litterarum græcarum rudes: sed etiam docti aliquantulum se arbitrentur adeptos: & ad dicendum & ad iudicandum: id est in oratoria arte & philosophia. Omnes fere codices habent descendendum pro dicendum: qd̄ exēplum ideo subieci potissimum: ut uulgas emendarem. Vnde dictio uocatur oratoria & secunda oratio. Nam ab illo generali huius uerbi significatio fit dictio: quæ est uocabulum siue uerbum. Ex ipso uerbo dico duo frequentatiua oriuntur: dicto & dictito. Sed posterius potius frequentatiuum est: quod idem est quod frequentibus temporibus: frequentibusq; locis dico & narro. Alterum autem est quod dico: si id alter scribens accipiat: & manu stilozq; notet: ut Cicero ad Atticum quadam epistola testatur se illam nō scripsisse: sed reparandi lateris gratia obambulantiem dictitasse. Et Quin. Delicias dictandi appellat sentiens delicatū: nō laboriosi esse dictare: nec accurate dictando scribi. Ita ducta sunt dicto: & dictito: a dico: ut uentito & aduento a uenio: & eadem pene ratione significant. Nam uentitare est frequenter uenire: aduentare uero proximum esse ueniendo. Uisitare at eodem modo dicitur: significatq; non frequenter uiuere: sed uesci & quasi uictu uti: siue tali genere uictus frequentissime: & fere semper uti: ut sarmatæ uicitant lacte. Dictum & dicta de omni sermone intelligunt: sed specialem quoq; significationem habet p. dicaci sermone: unde dicta est dicacitas: quam Quin. ita diffinit Dicacitas est sine dubio a dicendo: quæ ex omni genere communi ducta ē: pprie tamen significat sermonem cum risu aliquo incessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt: dicacem negant. Dicacitas igitur: ut dicebam: sermo cum risu aliquos incessens dictum uocatur: quod græce dicitur σκωμ. u. a: quale est Cice. Nisi fortasse iure germanum Cimber occidit: Germani quos fracos nunc dici Hieronymus ait: & cimbrī nationes sunt olim inter se dissidentes. Ci. at de quodam: cui nomē erat Cimber: a quo frater occisus est: loq; captans risum ex hac ipsa ambiguitate sermonis. Et illd̄ terrētianū Thraſonis in adolescētulum q. Gnato uetus dictum credidisse se simulat. i. ueterem faceciam: ac uetus ridiculum. Tute Lepus es & pulpamentum quæris. Valerius Mar. ad Domitianum. Consueuere iocos uestri quoq; ferre triumphī. Materiā dictis nec pudet esse ducē. Qualia at sint dicta: quæ in ipsum triumphantem milites iaculari solebant: illud quod Cæsari dictatori fuit decantatum: erit exemplo. Cæsar triumphat q. sube

Q. VINTVS

git Gallias. Nicomedes non triumphat: qui subegit Caesarem. Illud subegit Caesarem: in quem dicitur: mordet: & aliis apud quos dicitur: risum mouet. Adoro: supplico. Cap. cccix.

Adorate ab oro: quod est praecor componit. Supplicare a plico: quod genu popliteque: aut ceruicem plicamus. cum a potentiore aliquo magnum quod praecamur: & tamen adorare sine ore: hoc est sine uoce fit: non sine plicatione genuum & gestu corporis. Supplicare sine praecatione genuum & gestu corporis: non sine ore ac uoce. Hinc est quare supplicare tantum homini datur: adorare et multis: unde elephas & foenix: & alia quaedam irrationalia solem adorare dicunt. Nosque rebus mutis & sensu carentibus non supplicamus: sed adoratiois honorem exhibemus ut regum statuis: signis: uestimentis: litteris: aliisque similibus: & praecipue imaginibus picturisque tum dei: tum sanctorum: tum ipsius et crucis: quam sapientes adorant: Stulti et orant. Quod de cruce: id est de sudario dico caeterisque similibus: idem de reliquis sanctis: quorum corpora praesentia adoramus. Animas uero absentes oramus. Siquid ad haec multa quae uidemus: dicimus: salutatione utimur: non praecatione: quale est salua sancta crux. Assurgo. Cap. cccx.

Assurgunt sani: ut stent: aut obuiam eant: assurgunt aegroti ut sedeant: aut ut cubito innitentur: utroque modo in alterius honorem aut officii: aut beniuolentiae causa hoc agens. Ideoque fere adiungitur datiuus: ut aduenienti magistratui omnes assurgimus: & morbo affecti: uidelicet ob honorem: & pater cum iaceret in lecto: redeunti a peregrina militia filio assurrexit: optatissimus illum caput amplectaturus: nempe ob charitatem. Cap. ccc. xi.

Tollo. **S**ustuli filium ex uxore. i. habui filium. Item sustuli filium. i. educaui: & ab utroque fit sublatum: primum est a tollo pro capio: secundum a tollo pro educo. Paulus tamen intelligendum est de his legem sentire qui libros tollere possunt. Itaque si castratum libertum iureiurando quis adegerit: dicendum est non puniri patronum hac lege. Et Quinti. Cupidus ego liberorum uxorem duxi: natum sustuli: filium educaui in adolescentiam perduxi. Aliud est igitur hic sustulisse & educaisse. Et alibi. Qui ex duobus legitimis altere in adoptionem dederat: altere abdicauerat: sustulit notum. i. habuit: quod parum proprie significo quod uolo. Nam ut foemina fere cum mater fit: dicitur peperit filium: ita uir: cur sit pater: dicitur sustuli filium. Teren. Quicquid peperisset decreuerunt tollere: id est educare. Idem: Meministi me grauidam esse & mihi te opere maximo: si puellam parerem: nolle tolli. Chremes. Scio quid feceris: sustulisti. Eodem modo dicimus: tulit filium: ut sustulit. Suetonius in Domitiani uita. Deinde uxorem Domitiani: ex qua in secundo consulatu suo filium tulerat: repudiauit. Alia duo significata notiora sunt: quorum alterum est summouisse: ut Vir. Iubet sublata reponi pocula. Alterum in altum tulisse: ut idem. Et sublatus surgit in enses: quae duo declarant ex illo in Neronem epigrammate. Quis neget Aeneae magni de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem: sustulit ille patrem. hic sustulit matrem: quia occidit: & de medio abstulit. Ille sustulit patrem supra humeros: quia supra humeros sumpsit: uel ab incendio eripuit. Cap. cccxii.

Prouoco: lacesto. **P**rouoco in malam partem dicitur & in bonam. De mala notum est. De bona uero Cicerone ad Brutum. Tuis litteris amatissimis sum puocatus. Lacesto praerunq; in malum: ut idem. Sed iustitiae primum munus: ne cui quis noceat: nisi lacestus iniuria. Sed nonnunquam & in bonum: ut idem. y. tusculanarum. Tuis me amantissimis libris lacestisti. Et ad Atticum li. xiii. Cum ipse homo nunquam lacestisset. i. nunquam me libris suis prouocasset ad respondendum. Est autem prouocare laessere: tentare ad pugnam: & ad concertationem. Hio. Cap. cccxiii.

Hiscere est aliquid sua sponte & externa aliqua diffundere: ut tellus aestu: & lingua ariditate aut nimio calore hiant. Hiscere est tantum oris: & quidem humani: accipiturque pro eo quod est loquor: ut os aperire ad loquendum. Sed fere pro negationem: ut coram illo non auderes hiscere: quod nunc habes: quod hiscere audeas: Ouid. tamen poetice dixit. Hiscere nempe tibi terra roganda foret. Cum oratores soleant potius dicere dehiscere: id est deorsum pessumque se aperire. Cap. cccxiiii.

Do fidem: habeo fidem. **D**o fidem non est: ut multi nunc loquuntur: des fidem uerbis illius: & non dedit fidem illi secum tantis uerbis loquenti. Hi uidentur significare: quod non credatur uerbis illius: quod latine dicitur fidem habere: loquendumque sic potius: habeas fidem uerbis illius. Nam dare fidem est aliquid sancte promittere: ut Ter. Grauidaque facta fidem dat uxorem sibi fore hanc. Vir. Accipe: daque fidem: id est accipe sponsonem factam a me: & tu da mihi uicissim tuam. Quin. fidem habes hominibus: quos mentiri alius affirmat. Accius apud Cicerone: Neque dedi: neque do infideli fidem cuique. i. non promisi uere ex animo: quia ipse meretur: ut uicissim fallatur.

Prae se ferre est dicto factoue: & ipsa statim fronte praese ferre. Cap. cccxv.

Prae se ferre est dicto factoue: & ipsa statim fronte praese ferre. Cap. cccxv.

LIBER

cant tacitā uel formidinē: uel fiducia: hoc est præ se ferūt fiducia formidinē: Cice. Nam ille q̄ accipit iniuriā: meminit: & præ se feret: id est ait se accepisse iniuriā: uel se mentē psequēdæ iniuriæ habere ostēdit: Itēz. At beneficio usus sū tuo: q̄ q̄ illud ipsū quod eōmemoras præ me semper tuli: malui tamen me tibi deberi cōfiteri: q̄ cuiq̄ minus prudenti nō satis gratus uideri: præ se ferre & cōfiteri pro eodē posuit. In eūdē sensū accipi solet pfero: itē præ me duco: præ me gero: ante me duxi. Idē & tamē cū ita uiuit: neminē præ se ducit hoīem: nisi accipiat præ se ante se: uel i cōparatiōe sui: & alibi Præ se utilitatē gerit & alibi. Tamen iniuriam a te in me factam semper ante me duxi.

Rationem habeo.

Cap. cccxvi.

Rationem habeo: idem est quod respectū habeo. Sed tantūmodo in bonū: ut habēda est ratio salutis: ratio honoris: ratio rei familiaris. nō at̄ infirmitatis turpitudinis incōmodorū: ut quosdā annotauit scribētes: & tu facis cōtra rationē ualitudinis. i. non habes respectū ualitudinis sanitatis inq̄ nō ægritudinis: quæ duo hoc significat nomē: quæ exempla q̄ passim iueniūt: omitto. Cicero inuitatius iquit ad Mariū. Pudori tamē malui cedere: q̄ salutis meæ rationē ducere. Et in. ii. offi. Siue ratio cōstantiæ uirtutisq̄ ducit: aut hæc ars est: aut nulla omnino: per quā eā assequamur: & hoc fit cū genitiuo: cum ablatiuo at̄ præposita præpositione eū: habet aliam significatiōem: ut Cicero i Catone maiore. Rationē habet cū terra: quæ nunq̄ recusat imperium. i. negocium & habet cū terra cōmercium: quod probat̄ ex illo in tusculanis. Quis est oīum qui nō cum mulis: id est cum humanitate & doctrina habeat aliquod cōmerciū: qui se nō hunc mathematicum malit q̄ illum tyrānum? Idem ad Atticum. Nūc uero quoniā ea quæ putauit præclara exptus sū q̄ essent in nania: cū oībus mulis rationem habere cogito: Rationem constare: ut breuiter dicā: est æquā legitimamq̄ rōem aut ostendi: aut apparere ostendi posse. Pl. iunior: Mihi & tētādī aliquid & q̄scēdi illo auctore ratio constabit. & iterū. Mirū est q̄ singulis diebus in urbe ratio cōstet: aut cōstare uideatur: pluribus cunctisq̄ non constat. Vulpianus. Plane si defendendi gratia aliquid fecerit rationem ei constare oportet: id est rationem eum iustam aut ostendere: aut facile posse ostendere.

E republica: e regione: extempore.

Cap. cccxvii.

Republica e. i. pro rep. est. Quin. Ad hoc nemo dubitauit: quin si nocētes mutari in bonā mentē aliquo modo possunt: sicut posse cōcedit̄: saluos esse eos magis e republica sit: q̄ puniri. Et rep. dicendū est: ut in oratore Cice. testat̄. nō ex rep. Tollit̄. n. x. sicut in oībus fit fere: quæ ab r̄ incipiūt: ut e regione. i. ex opposito: uel ex aduerso atq̄ cōtrario: nō ex regione: e re meae: e re tua: e re nostra. Liui. li. xxii. Perinde ac si nō postularent quoq̄ e re sua essent: sed suaserint quæ nobis censerent utilia esse. Similiter e dignitate: ex utilitate: ex usu pro eo quod esset pro dignitate uel ad dignitatē utilitatem uel usum. Cicero. Ex tua ac reipub. dignitate facies: & alibi: Legem: ut æquū est ex utilitate reip. considerare. Teren. Quod ex usu fiet Cæsar in comēta. Vtrum præliū cōmitti ex usu sit. Ex tēpore dicere ē ex improuiso: & ipræmeditatū dicere: nec domi cōpositā orationem afferre: hinc uocatur extemporalis oratio. Perseus etiam aut ex tempore uiuere: ex tempore quoq̄ agere. Cicero offi. ii. Quos credimus expedire rem & consilium ex tempore capere posse. Aliter idem in. iii. eiusdem operis lib. dixit. Vnius generis quæstiones sunt hæc omnes in quibus ex tēpore officium quæritur: extempore: quasi ex temporis conditione. E renibus laborabat idē inquit: hoc est morbum in renibus patiebatur: Ex uinculis causam dicere est alligatum respondere criminibus: ut ex equo pugnare est in equo sedentem pugnare.

Æstimo: existimo: cogito: excogito.

Cap. cccxviii.

Æstimo & existimo a plerisq̄ cōfūdunt̄ cū diuersa sint: sicut cogito & excogito. Ante. n. ē cogitare: deinde excogitare: licet nō quicūq̄ cogitat: statim & excogitat. Ita prius rē æstimamus: deinde qualis sit: existimamus. Æstimare enim ē cōsiderare: existimare uero iudicare. Quint. Consumptis affectibus nō reperiēs qd̄ digne modo uultū patris posset exprimere: uel auit eius caput: & suo cuiusq̄ aīmo dedit æstimādū. Cicero de legibus. Sisenna eius amicus omnes ad huc scriptores: nisi qui forte nōdū ediderunt: de quibus æstimare nō possumus: facile superauit. Et i uerrinis. Expedite hæc atq̄ æstimate. Vnde dictū ē æstimare p̄ taxare ab æs æris: & time græce: qd̄ est ptæciū latine. Oui. iii. de tristibus lib. Quod quicūq̄ leget: si quis leget: æstimet ante Cōpositum quo sit tempore: quoq̄ loco.

Coniurare. conspirare.

Cap. cccxix.

Coniurare & conspirare fere in malum accipiunt̄: quotiēs in patriam: aut bonū principē cōiuratio fit atq̄ cōspiratio. Sed si honesta causa id fiat: in bonū etiā accipi debent. Nam & Mutius Scæuola ad Porſenā regē inquit. Trecēti cōiurauimus principes iuuetutis romanæ: ut in te hac uia grassaremur. Et Cicero ad Cæsarem pro Ligario. Fratrum conspiratione dixit: quasi unanimitatem. Verum conspiratio: ut in hoc ipso loco: nonnunq̄ memini perniciosa est: in neminemq̄ grassatur. Coniuratio semper in alterius perniciem grassari solet.

Cordi est: in animo est.

Cap. cccxx.

Cordi est: & in animo est differunt. Nanq̄ hoc secūdum notū est significare: in aīo habeo: uel aīus est mihi: uel uolo atq̄ cōstituo: ut ad Terētiā Cicero: Nā mihi erat in animo amittere ad

Q VINTVS

Dolobellam. Illud uero est delectat: & placet: ut idē. Itaq; non tam me ista sapientiae quam modo Fā
nius cōmemorauit: fama delectat falsa: praefertim: q̄ q̄ spero amicitiae nostrae memoriam sempiter-
nam fore. Ideoq; eo mihi magis est cordi: q̄ ex omnibus saeculis uix tria aut quattuor numerant pa-
ria amicorū: eo in genere sperare uideor Scipiōis & Lælii amicitiam posteritati notam fore. i. eo ma-
gis me delectat & placet. Teren. Si tibi nuptiae sunt cordi: & alibi: Quia uterq; est cordi. i. nuptiae iu-
cunda sunt ubi: & uterq; alterq; amat. Inuertere. Cap. cccxxi.

Inuertere est quasi in contrarium uertere: interiora uestis aut pellis: aut aliq; re: exteriora
facere: praepostereq; uerba pronunciare: ut pio lauo uola. Et interuertere est re aut cō-
modatam: aut dispositam: aut creditam callide doloq; ne domino restitatur: efficere: ut
Cice. in Verrem. Candellabrum quod rex Aegypti Ioui capitolino dono tulerat: a Verre
qui illud commodato a rege acceperat: interuertum esse conqueritur. Marcellus iuriconsultus. Si
duo inquit haeredes rem apud defunctum depositam dolo interuertent.

Compertum esse: exploratum esse. Cap. cccxxii.
Compertum est mihi: & exploratum est mihi: idē est quod scio p̄ inuestigationē. Similiter
comp̄: & explorauit. Constitutum est mihi: deliberatum est mihi: decretū est mihi: idē q̄
apud me cogitando firmatū est. Similiter constitui: & decreui. At non ita deliberaui. Pos-
sum nāq; deliberaui: & nihil tamen cōstituisse. Quin. i. agro redempto. Oderitis licet cōfessionē me-
am deliberaui: hoc ē dubitauit & hæsitaui. Itaq; differt an dicamus senatus deliberauit: an senatus de
liberatum est. i. decreuit Plini. iunior. Tum ego si fixum istud tibi ac deliberatum est: sequar te. Cic.
in Verrem. Deliberatum at est: si res opinionem meam: quā de uobis habeo sefellerit: non mō eos p̄
seq ad quos maxime culpa corrumpendi iudicij: sed et illos ad quos conscientiae conragio prinebit
Explorauit tamen p̄ inueni fere accipit: cum exploro idem est quod inqro sagaciter: unde explorato
res. Idem fit in nonnullis aliis: ut exigo quod uehemēter & iure quodam postulo. Inde exegi exactū
quod postulando obtinui: & postulando obtentum: tale est quæsitum pro partum a quæro.

Inter scenero & sceneror: mutuo & mutuor. Cap. cccxxiii.
Fœnero tibi dicit: sicut mutuo tibi: sceneror abs te: sicut mutuor abs te. Qui mutuatur pecu-
niam: dat mutuo. Qui scenerat pecuniam: dat usuram. Qui mutuatur pecunia mutuo
accipit. Qui sceneratur: pecuniam ad usuram accipit.

Gradum facere. Cap. cccxxiiii.
Gradum facere non est transitum facere: sed aliquam rem gradum & quasi scalam ad alia
facere. Ideoq; aq̄busdam dicitur gradum iacere: ut si riuum trāsire: si in arbore fenestrāue
aut tectum scandere uelim: ex saxo aut scamno: aliquaue alia re gradū facio: ut apud Qui-
nt. Nāq; & illud frequens est: ut ea quibus minus confidimus: cum tractata sunt omittamus. Interi
sponte nostra uelut donantes interim ad ea quæ sunt potentiore gradū ex his fecisse contenti. Hoc
eodem modo. Ambrosius in libro officiorum utitur. Cicero contra Rullum. Hunc quasi gradum
quendam atq; aditum ad cætera actum intelligitis. Idem pro Cluentio. Anteq̄ ad hoc nefarium faci-
nus accederet: aditum sibi aliis sceleribus ante muniuit. Certum est. Cap. cccxxv.

Certum est: non modo pro manifestum est: ut Quintilianus. Nempe lege esse certū ē: sed
etiam pro deliberatum & constitutum est: in quo secundo plarunq; adiungitur datiuus.
cum infinito: ut certum est mihi ire in hispaniam: nonnunq̄ datiuus subintelligitur: ut
apud Virg. Certum est in siluis inter spelūca ferarum Male pati: id est mihi.

Liceor: ab dico. Cap. cccxxvi.
Liceor uidetur carere praeterito. tamen quasi praeteritum habeat: format a se frequētiuū
sed eiusdem tamen significationis licitor: unde sunt participia licitans & licitaturus. Vtri-
usq; igitur uerbi significatio est precium deferre in auctione faciēda hoc est in uenditio-
ne: quæ publice fit. Hinc unum compositum fit polliceor: nō multum a primitiua signi-
ficatione distidens. Est enim polliceri aliquid ultro promittere. Ita qui licentur aut licitantur ultro p̄
re emenda: precium alius alio maius pollicetur: ut sibi potius q̄ alteri uenalia addicantur. Nam tali
modo uendere: addicere est: & inde apud iuriconsultos de in diem adiectione est titulus: quem nos-
tri iurisperiti emendant de in diem adiectione: non uerbum modo: sed sentētiam quoq; atq; ius ip-
sum corrupētes. Afferamus ergo exempla utriusq; uerbi. Vulpianus. Si res eius uenierit: & existat
qui plus liceatur: an in integrum propter lucrum restituendum sit: & quotidie praetores restituunt
ut rursus admittatur licitatio Caius: Licitatio uectigalium: quæ calorem licitatis ultra modum so-
litæ conditiōis inflauit: ita demum admittēda est: si fideiussores idoneos & cautionem isq; licitatio-
nē uicerit: offerre patet sit ad cōducēdum uectigalium: inuitus nemo compellit: & ideo impleto tpe cō-
ditiōnis: licitatores alloquēdi sunt: Licitatores uectigaliū ad iterandam conditionem anteq̄ superiori
cōditiōni satisfacciant: admittēdi nō sunt. Paulus: Si uēditor simulauerit meliorem allatā conditionē
cū min oris: uel et tantidē alii uenderet: utriq; emptori in solidū erit obligatus. Sed si emptor alium
non idoneū subiecit: eiq; fundus additus ē: non uideo inq̄t quēadmodū priori sit ēptus: cū alia cōdi-

LIBER

tio & natura subsecuta est. Sed si neuter subiecit emptorē: maiore autē p̄cio addictum ē p̄dium eis q̄ soluendo non ē: habitum ē a priore emptione: q̄ ea intelligit̄ melior q̄ uenditor comprobauit: cui licuit non adicere: Quibus ex uerbis intelligit̄ quid sibi uelit illud Ciceronis in offi. lib. iii. Nō licitatore uenditor: nec contra se q̄ liceatur emptor apponet. Idem p̄ Cecinna cum esset: ut dicere institueram: constituta auctio Romæ: mulier mandat ut fundū sibi emant: Eubutio negocium dat id est ad tabulam licet̄ Eubutio: Deterrēt̄ emptores multi p̄im gratia Ceseniæ: partim p̄cio fundus addicitur Eubutio. Pecuniam argētarius p̄mittit: quo testimōio nunc uir optimus ut̄ sibi emptum eē: quasi uero nos aut ei negemus id dictum: aut tum q̄s̄ fuerit qui dubitaret: q̄n emeret Ceseniæ: quē ut pleriq̄ scirent: oēs audiissent cum pecunia Ceseniæ ex illo hæreditate deberetur eam porro in p̄diis collocari maxime expediret. Essent autem p̄dia quæ mulieri maxime conueniēt: ea uenirent: liceret̄ is quem Ceseniæ dare opam nemo miraret̄. Quin. de pastu cadauerum: Si nobis nihil ex com meatu nostro partiris: nos uicinæ ciuitati uendemus: liceat seruire ubi frumentum est exigua res ē: p̄ uita: p̄ sepultura: p̄ innocentia licemur. Idem in ægro redempto: Omnes facultates ī p̄cia colligi: rus: seruulos: penates & omnia utiliora p̄peranti festinatiōe parentes addixi. Inde addicti apud ueteres dicebant̄ qui p̄toris p̄nunciatione ac iussu cum soluendo non essent: creditoribus uē debant̄ de quibus magna apud Liuium fit mentio: & addictus morti destinatus dicit̄. Cice. offi. lib. iii. Et is qui morti addictus esset: paucos sibi dies cōmendandoz̄ suoz̄ causa postulasset: uas factus est alter. Aliquando sine auctione fit licitatio: ut apud Curtium de Dario qui pollicebat̄ precium p̄ capite Alexandri: si quis enim dolo occidisset. Ita iquit̄: Et cum habeatis arma: ita licitamini hostiū capita. Siquid tamen inter liceri & licitari differt. q̄ liceri uidet̄ aut sine respectu alioz̄ eē emere uolentium: aut tantum semel deferre p̄cium. Licitari uero cum multis & sapius auget̄ p̄cium ut emere uolentes deterreas ab emendo. Audio & exaudio. exoro. Cap. cccxxvii.

Audio & exaudio indifferenter ponunt̄ p̄ duplici significatione. Vna p̄ eo quod est auri- bus accipio. Altera p̄ eo quod est audita petenti concedo: ut uisa sum audir̄ uocem mili- tis. Et Vox quoq̄ p̄ lucos uulgo exaudita silentes. Item Audiit & cæli genitor de p̄te sini- stra Intonuit læuū: & nulli exaudita deoz̄ Vota p̄cesq̄ meæ. Audio tamē frequēt̄ acci- pitur p̄ eo quod ē credo, accedo, pareo p̄cipienti sed sere cum negatiōe & frequēt̄ p̄cipiū qd̄ trā- sit in nomē qd̄ est audiendus ut apud Quin. Nec audiendi q̄dam quoz̄ est Albutius q̄ tris modo p̄- mas esse uoluit. q̄a memoria atq̄ actio natura nō arte contingant. Audiendus non est idem est qd̄ audiri non debet. lanq̄ licebit dicere. Neq̄ uero quosdā quoz̄ est Albutius audire debēt̄ sine p̄- cipio. Cice. tuscu. lib. i. Nec Homez̄ audio q̄ Ganymedem a diis raptum ait propter formam. Sine negatione idem in eodem. Endymion uero si fabulas audire uolumus nescio quando in Lycio ob- dormiuit. Sed coniunctio hæc tacitā quandam in se habet negationem: aut certe idē hoc loco dice- mus qd̄ diximus lib. iii. de ullus: Sed nonnunq̄ sine negatione apte dicitur: ut apud Liuiū. Ciue tuū nō audisti arma cape ac sequi se iubentē Hannibalem. Paulopost: Audisti castra prodi: & arma tradi iubentē. Audio insup̄ pro fateor: quæ similis significatio superiori est. Ideo sæpe sic scriptum legiū audio & fateor: quasi posterius declarat primum. Exorauī hoc munus idem est q̄ orādo impetraui: exorauī patrē: id est orādo induxi: quod licet etiam pueris notum est q̄ppe Terēt. Lgētibus ubi hoc uerbum miles ē: nec unq̄ repietur aliter acceptū. tamen q̄dam sic loquūt̄. Exoramus te deus.

Lego: perlego. Scribere: perscribere. Cap. cccxxviii.

Lego & plego differunt: & multa huiusmodi. Legere qd̄ sit notum est. Perlegē uero ad fi- nem usq̄ legere: ut Quint. in. xii. Ideoq̄ opus est intueri omne litis instrumentum: qd̄ ui- dere nō ē satis: plegendū erit. Ouid. Perlegis an cōiunx phibet noua: Lactātius ī phemio li. v. Non iniuste petere: ut siq̄ erit q̄ inciderit in hæc: si legit plegat: Ita differt scribere & p̄scribere: quæ exēpla sunt plurima. Ti. Liuius libro p̄rio statī in phemio: Facturus ne ope p̄ciū sim si a primordio res gestas po. Ro. p̄scripserim: Perferre usq̄ ad constitutū finem ferre Virg. Nec spati- um euasit: nec totū ptulit iētū. Et multi ferunt litteras: sed eas uel negligentia: uel dolo uel casu nō p̄ferūt Ci. Sed nunciū ille q̄ litteras accēpit: non pertulit. Seneca ī tragœdiis: Leue ē miserias ferre: p̄ferre aut̄ graue: id ē ad spatiū t̄pis in miseris esse leue ē: ad finem uero uitæ usq̄ graue est: ut in il- lo simili exemplo Martialis: Nā uigilare leue ē: peruigilare graue: hoc ē p̄tem noctis uigilare leue ē usq̄ ad finem uero & totam noctē insomnem ducere graue: quod dicit̄ etiam pernoctare: ut & per- nox: quod a peruigilando ita differt: q̄ hoc interdū quoq̄ fieri potest: illud uero tantummodo no- ctu: q̄q̄ pernoctare uigilantes facere possumus: id est totam noctem ducere. Peruigil draco dictus ē nō quia pecnox esset: sed q̄ nunq̄ dormiret semper uigilans: Peragere reum est non tantū agere re- um: nisi peruenias ad illius conditionem: Dicitur enim accusator reum condemnasse cum illum cō- demnādū curat: Vulpianus: Peragisse autē quis reū non aliter uidet̄: nisi & cōdemnauerit. Perorare finem oratiōis orare: unde poratio orationis dicit̄ finis. Sed quia in hac p̄te utimur plerunq̄ affecti- bus: ideo usurpamus interdum perorare p̄ ipsa cōmōtione affectuū: ut Quint. At ista legē recitat & in cadauere filii perorat. i. indignationem cōmouet. Persuadere ē suadendo inducere: ut Ci. i. philip.

Duo tamen
potes. Vnum
tio haberetur
p̄stulit Cice
habeo. per
adolescent
Vtrumq̄ dicit̄
huius dedit̄
Apud Quin.
simus: ut lib.
christiani dicit̄
des: p̄sertin
ta: p̄ argumen
est: q̄ p̄batio
mo consilio:
rem p̄bation
relligit. Sed q̄
stra religio nō
suadere est in
si hoc illi: p̄
ceret: sicut e
Ergo ps del
officis cost
toris potiss
di in delibe
beratio uoc
det. Cic. in
xit. Itaq̄ lex
suasimus: c
rhetoricæ
usq̄ ad fin
sed ante fin



qui in omni
malis: & a b
dum siue po
rum sit: ocu
stallus: gem
quale uirg
na punica. S
Sed ut inter
fert: ut apu
Idem est pe
lucens siue
translucida
antur: p̄flu
eius mediū
hi cōmittu
pluere p̄ m
eius p̄pluer
Quo in loc
cum præ co
cis: prædur
qd̄ ueheme
tudine est &
dum moren

Q VINTVS

Duo tamen tpa inciderunt: qbus aliqd contra Cæsarem Pompeio suaserim: ea uelim reprehēdas si potes. Vnum ne qnquennii impium Cæsari progare. Alteq; ne pateretur fieri ut absentis eius ratio haberetur. Quoq; si utrunuis psuasissim: i has miseras nunq; incidissemus. Suasit ergo & non psuasit Cicero Pompeio. Ideoq; dicere solemus: sic mihi psuadeo: non at sic mihi suadeo. Et psuasū habeo, persuasum, n. est mihi: non at suatum habeo: suatum est mihi. Idē ad Brutum: Persuasum est adolescenti & maxime p me: nisi Antonio eiecto remp. stare non posse. Ille tamen q aliis siue alios. Vtrunq; dicimus: psuasit: non psuasor eius sententiæ appellari solet: sed auctor. Ci. li. iii. de offi. Atq; huius deditiois ipse posthumus: q debebat suator & auctor fuit: quasi dixisset suator & persuator. Apud Quin. at ceterosq; sui tpsis dicitur psuasio p certa opinione atq; sententia: quam nobis psuasimus: ut lib. i. Siqua publice est recepta psuasio. Quæ q̄tum ego sentio: id significare uidetur quod christiani dicunt fidem: & si originem græcam inqramus: nescio an cōmodius dicamus psuasio: q̄si des: præsertim re ipsa p nobis faciente. Fides, n. pprie latine dicit̄ pbatio: ut facio fidem p instrumēta: p argumenta: p testes. Religio at christiana non pbatione nititur: sed psuasione: quæ præstantior est: q̄ pbatio. Nam sæpe pbationibus non adducimur: ut malus seruus: malus filius: mala uxor: optimo consilio: quod confutare non pōt: non tamē acq̄scit. Qui psuasus est: plane acq̄scit: nec ulterio-rem pbationem desiderat. Non solum, n. sibi pbatum putat: sed sese cōmotum ad ea exequenda intelligit. Sed q̄a fides ēt p ut sic dicam: crudelitate accipit̄: quale est habeo tibi fidem Recte etiam nostra religio nominata est fides: sicut a græcis. $\omega\iota\sigma\tau\iota\sigma$. Vex eo unde egressi sumus: reuertamur. Per suadere est in effectu: suadere autē in actu. Idemq; suadere. Itaq; nōnulli peccant: cum dicunt: dissuasio hoc illi: p eo quod est reuocauit ab opinione: in qua erat. Sigdem p hoc sensu dicimus: psuasit ne faceret: sicut e diuerso psuasit ut faceret. Quare suator & dissuasor: nisi psuadeat: nihil effecerūt Quin. Ergo ps deliberatiua: quæ eadem suatoria dicitur: de tpe futuro consultat: quærit ēt de præterito: officii costat duobus: suadendi & dissuadendi: non dixit psuadendi: quoniam non est officium oratoris potissimum in euentu: qualis est psuasio: neq; est eius ars psuadendi. Sed suadendi & dissuadendi in deliberatiuo genere: in uniuersum at benedicendi: quod est actu: non in euentu. Præterea deliberatio uocatur suatoria: quoniam utrinq; suadetur. Qui, n. dissuadet: nihil aliud q̄ e contrario suadet. Cic. in Catone maiore. Dissuasimus nos: deinde ut scias finem euentumq; dissuasione subiunxit. Itaq; lex popularis suffragiis populi repudiata est. i. dissuasimus etiam dissuadendo: ne fieret persuasimus: quantum errent philosophi nostri: quorum Albertus cum de comparatione dialecticæ & rhetoricæ disputant: huius uerbi significationem nescientes: q̄sq; illos legit intelligit. Permanere ē usq; ad finem manere. Plinius iunior: Tunc demum lente cunctanterq; ueniunt: nec tamen pmanēt sed ante finem recedunt. Alii dissimulanter & furtim: alii simpliciter & libenter.

De per præpositione.

Cap: cccxxix.

Pocuti sumus nō nihil de præpositione per: quando componitur. Addamus adhuc aliqd amplius: Nōnunq; hæc per compositionem i malum accipitur: piurus perfidusq;: qui iurandum fidemq; uiolat: pertinax: qui nimis tenax: perfuga: qui ad hostes trāsīt: perditus qui in omne scelus est traditus. Percitus: qui iracundia furoreq; est incitatus: peruersus: q̄ uersatur i malo: & a bono uersus est: perpeffus: laboriose passus. Sæpe accipitur quasi per medium: uel per lucidum siue pellucidum. i. per cuius medium fulgor emanat. Perspicuum: per cuius medium: licet optum sit: oculos dimittimus: & per eius medium uidemus: ut aqua: glacies: laterna: uessica: uitrū: chry stallus: gemma. Sed perspicuum plærung; ad mentem refertur: ut id quod ais: perspicuum est. i. tale: quale uitrū aut chry stallus: plucidum magis ad corpa. Plautus in aulularia. Ita is pellucet: quasi later na punica. Seneca de tranquillitate: Quid plucētis ad imum aquas & circumfluētes ipa cōiuiua? Quin. Sed ut inter se iūcti atq; ita cohærentes: ne commissura pluceat. Aliq̄do sed figurate ad mentem referit̄: ut apud, M. T. in Bruto. Ita reconditas exq̄sitasq; sententias mollis & pellucēs uestiebat oratio. Idem est pellucens & traslucens: adeo ut Pli. maior fere nunq; utatur pellucens siue plucidus: sed tras lucens siue traslucidus quod ēt figurate ad mentem refertur: ut apud Quint. lib. viii. Similiter illa tras lucida & uersicolor quorundam elocutiones ipsas effoeminat quæ illoz uerboz habitu uesti- antur: pfluere p medium alicuius fluere: ut si lagoena male materiata: maleq; compacta sit: pfluit. i. p eius mediū humor: q̄ intus est: fluit. Ter. Hac atq; illac pfluo. i. i modum nō fidelis lagoenæ. quæ mi hi cōmittuntur: effundo Pli. idē sapius utit̄ transfluo p pfluo: quæ idē sunt ut pfuga & transfuga: p pluere p medium alicuius pluere: ut hæc domus ppluit: hoc tectū ppluit. Quin. in. vi. Cū coenaculū eius pplueret. Frequentissime accipit̄ p ualde: ut alio libro ostendi: pmagnum: pgraue: piucundum Quo in loco notandum est: q̄ cum præ in eadem significatione repiatur: tamē quædam uocabula cum præ coniungunt̄. non cum p: ut præpotens: præcellus: prælatus: præfulgens: prædiues: prædul cis: prædurus: præcurtus: prælongus: præclarus. Quod si inter has ppositiōes interesse uelis: id erit qd uehementius auget præ. Nā prælongus homo: prælonga oratio ea dicitur: quæ enormi elongi- tudine est & præpotens: præcellus & similia: maiorem i modum potens cellusq;: & quasi præter mo- dum morem uel alioz potens ac cellus. Inde etiam præcox fructus præter morem ceterorum co-

LIBER

ctus: siue ante ceteros: Vnde uuae ficulq; p̄coces dicta: & p̄maturus ante q̄ sit t̄ps maturum colle-
ctus. Quidam tamen p̄coquus dicūt: ut Martia. Vilia maternis fueramus p̄coqua ramis: Nūc ī ad
ptiuis p̄lica chara sumus: Eadē p̄positio iuncta cū uerbo: nōnunq̄ hēt pene nihil diuersum a sui sim-
plicis significatione: ut p̄cludo: p̄cido: p̄amior: p̄cigo: idē sunt enī qd̄ cludo: cado siue icido: mo-
rior: cingo. Cuius naturæ est etiā re: ut refero: recido: recingo: repurgo: refodio: repromitto: reuico
quæ sæpe uix q̄ppia in simplicibus in significationē dissentiuūt. Per in obtestatiōibus atq; admiratio-
nibus fere solet separi a suo actō interiecto ntō q̄ frequentissime ē ego: ut Virgi. Per ego has lachry-
mas dextrāq; tuamq; Quint. in mathematico: Per has ego te optime pater si uis tātū fortes manus.

Inter p̄sequor & persequor.

Capi. cccxxx.

Prosequor & p̄sequor multi nesciūt distinguē: q̄ ne falli possint: ita accipiant p̄seq non se-
re carere comitatu ablti: ut p̄sequor te oculis: charitate: odio: honore: uersibus: cantu: con-
uitiis. Significaturq; actio declarans alterius affectum in altez. Persequor autem in malā
ptem. i. insequor & infector: uel in bonam cum p̄seuero exequi quod agere cœperam.

Partio partior.

Cap. cccxxxi.

Partio & partior qdam p̄ eodem legunt. Sed mihi uidet̄ raro repiri partio sine in: & par-
tior cum in: quando ē deponens: sed quando ē passiuum. Est nanq; imptio idem qd̄ im-
pendo: uel p̄tem do. M. Tul. Huic rei aliquid t̄pis impartias: quasi impēdas: Idem laboris
mei laudem nemini imptio: quasi p̄tē do. Reperit̄ aliquando mutata constructiōe: ut ap̄
Terē. Pluria salute Parmenonē suū imptit Gnato: q̄si plurimā salutē Parmenoni suo imptit Gnato:
Eo mō quo dicit̄: dono tibi hunc equū: & dono te hoc equo: huius passiuū ē imptior: ut Cice. Atq;
ēt uiro forti collegæ meo laus impartit̄. Partior idem ē quod p̄tes facio: partesq; distribuo: sicut for-
tior sortes facio: sortemue recipio. Virg. Et socios p̄titor in oēs. Quin. Partiris uel gratis dum quo
respiremus afferas. Partiri itaq; de partibus referas. Imptio magis de re incorpea: & quasi cōmunicō.
Imptiri tamen aliquid dicunt p̄ impartire ab ipso deponente partior.

In manu est: in manibus.

Capi. cccxxxii.

In manu ē: & in māibus ē: utrunq; accipitur p̄ eo quod in ptate ē. Sed dupliciter de p̄sēti:
& de futuro. De presenti Ci. Non est istuc in manu mea: & filius in patris: & seruus in do-
mini manu eē dicit̄: unde mancipium ē manumissio. Lucanus: In māibus uestris q̄tus sit
cæsar hētis. Virg. Terra autē in manibus uestris. De futuro Salu. Vex̄ eniuero proh deo
rū atq; hoīum testor fidē: uictoria in manibus uobis ē: uiget ætas: aīus ualet. Cōtra illius annis atq;
diuitiis oīa cōsenuere. Tantū incepto opus ē: cætera res expediet. In plurali tamen frequētius: cū
dicimus: uictoria in manibus ē: q̄si iam tenet̄. Etiam dicimus: in manibus ē: in alia significationē p̄
eo quod est in: & manus est: aut quia admirationi est: aut quia nondum op̄i summa manus impōita
quia est admirationi. Cice. in Catone maiore: Est in manibus laudatio: quam cum legimus: quē phi-
losophum nō contemnimus: quia res non est consumata: Idem in eodem: Septimus mihi liber ori-
ginum est in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo.

Præditus.

Capi. cccxxxiii.

Præditus sum bono dicit̄: & præditus sum malo: sicut affectus sum malo: & affectus sum
bono. i. ut breuiter magis q̄ optie dicam: hēo bonū: & hēo malū: ut p̄ditus sum hūanitate
uirtute: diuitiis: dignitate: uiribus: qui sermo ē usitatissimus: Nunq̄ tamen cum abltō & p̄
positione a uel ab: ut fit ī affectus: ueluti sum ego a rege magis honoribus affectus: nō aut̄
sum p̄ditus a deo magnis uiribus: de malo rarius. Ci. p̄ Sylla: Nili uero unum me uis fex̄: p̄ter cæt e-
ros me aspez̄: me inhumanum existimari: me singulari immanitate & crudelitate p̄ditum. Idem p̄
Rabirio: Senectute affectus: morbo p̄ditus. Contingit idem in singulari: ut in pximo exemplo: exi-
stimari me singulari immanitate. Sæpeq; legimus ille est singulari improbitate: tu es singulari stulti-
tia: Similiter fit in aliis tribus q̄ttuorue uocabulis: notabilis: insignis & eximius. Quīt. Hunc tu ani-
mum mō inter libidines ac scorta perdebas: macie notabilis: pallore deformis solaq; impatiētia fa-
bula notus. Nobile scortum: quasi in ordie meretricio excellens: uel maxime inter alia notū: & ap̄
Luiū: Nobilis ille clade romana locus: & apud Cice. Cuius p̄ter cæteros est nobilitata crudelitas &
& latrones uocamus insignes: qui maiore manu maioreq; audacia grassant̄: & insignis improbitas: ī
signisq; stultitia dicitur rarius quemadmodum singularis stultitia rarior est. Cice. Verrinarum. iiii.
Sin hanc uos in rege tam eximiam iniuriam: tam acerbam neglexisse audient.

Descendo.

Capi. cccxxxiiii.

Descendo in p̄dium: descendo in for̄: descendo in campum dicimus: non quia de loco su-
periore in inferiorem descendimus: sed qa de loco tuto in locū discriminis op̄ior: q̄ q̄ in
loco excelsiore se tenet: pugna detractare existimat̄: quē cum relinquit: & in locū æquū
uenit atq; descēdit: mentē se habere pugnadi declarat. Ideoq; nō fere dicimus in for̄ de-
scendere: nisi q̄ pugnadi & defendēdæ litis causa uenit in forum: nō rez̄ uenaliū coemptor ac nego-
ciator. Et in campū descendere nō nisi qui litis dignitatifue causa: sicuti in campo Martio fiebat: cer-

Q VINTVS

raturus tradit: nec in plium pugnamue descendere: q; in loca inferiora descendat. Non eni locus est pugna & pliu: cu nihil interfit qualis locus sit planus: an montuosus i que se confert: q; in pugnam descendere dicit: ut apd Virg. Satis autem erit in re pspicua unum ex eplum ptulisse. Instructos acie Tyberino a flumine teucros: Tyrrenamq; manum totis descendere campis.

Amare: diligere: adamare: amicus: amica: amator.

Cap. cccxxxv.

Amare e generalis significati: idem quod diligere: nisi q; putat plus qddam esse in amando q; in diligendo: ut Ci. ad Brutum. L. Clodius ualde uos diligit: aut ut εμφοτικότερον dicat: ualde nos amat. Et itez. Sic igit facies & me aut amabis: aut quo cotentus sum diliges. Id e ad Dolobella: Quis erat q; putaret ad eu amorem quem erga te habebat: posse aliqd accidere? Tantum tamen accessit ut mihi deniq; nuc amare uidear antea dilexisse. A damare e amatorie amare ut Quinti. multis i locis: sed unus suffecerit. Me qdem marite siqs interroget oes mres liberos suos: tanq; adamauerint amat. Videbis oculos nunq; a facie uultuq; deflectere: comere caput habitumq; coponere: suspirare cu recesserint: exultare cum uenerint: colerere manus: pendere ceruicibus. non osculis: no colloquiis: no praesentiae uoluptate satiari. Amicus tamen honesta res e. Amica quando ad uig; referit inhonestat: ut hac amica mea e: id e concubina. Ego uero suus non amicus: sed amator sum. Ideoq; apud Ter. dicit: Here putauit hunc Paphilu amicum: amatorem uig;: ne putares amicu in malam ptem accipi: adiecit amator e: Sed apud plam hoc obseruatu semp inuicies: apd poetas fortasse non semp.

Declaro.

Cap. cccxxxvi.

Declaro frequentius ad facta ptinet q; ad dicta. Cice. Declarauit id mo temeritas. C. caesaris q; omnia iura dina & huana puertit. Aliquando etiam in dictis. Id e ad Ligariu: Postea uero q; magna spem habere coepi: fore ut breui tpe te incolumem haberemus facer no potui qn tibi & sniam & uoluntate declarare mea. Et in eade epistola: Quando qd sentire exposui: uelle tua ca re potius declaraf: q; ofone. Interdum accipitur p significato: ut id e li. i. de sinibus: Nullum uerbum e: quod id e declarat latine: quod graece ΗΝΕΔΗ qua uoluptas declararet. i. significet: uel ostendat: uel indicet.

Ingredior.

Cap. cccxxxvii.

Ingredior componit quidem ex in: sed diuersa ratioe: nunc ad locum: ut ingredior for: uel in forum: q; modus loquendi nemini ignotus est: nunc in loco quod e ambulo & incedo. Virgi. Continuo pecoris generosi pullus in aruis Altius ingredit: & mollia crura reponit Ci. li. v. ad Atticum: Si dormis expgiscere: si stas igredere: si ingrederis curre: si curris aduola. Idem est ergo ingrederis hoc loco: quod graderis: quod est ambulas.

Consulo te: consulo tibi: consultor: consultus.

Cap. cccxxxviii.

Consulo te consilium peto a te: uel interrogo & ingro. Quin. Quid p fide facere uultis? Iu uenem quem de parricidio consultet pater ille seruatus: miror hercule no dixisse uolui: su ueneficus: sum parricida. Id e: Ergo quod primum e ut qd miraturus est quisq; intelligat. & quare bonum sit sciat: tu in suscipiendo onere cosulat suas uires. Et itez: Ego aures cosules meas: Cosulo tibi cosiliu do tibi uel puideo tibi: sed hoc frequentius ac magis pprie i rbus ut cosule uitae: tuae: cosule ualitudini: cosule dignitati: cosule saluti cosule rebus tuis: adeo frequentissime: cu dicitur cosulere uolo mihi & liberis meis: intelligit potius de corpore & rebus externis: q; de aio. In plurali aut e numero interdum reperitur sine apposito tamen: ut consulut senatores: quod frequentius dicimus cosultant. i. deliberat. Nisi. n. adsit qui cosilium petat: qui consilium det: no est deliberatio siue cosultatio: atq; cosulunt dicimus pro consultant: hoc est quod altera pars petit: altera dat cosilium. In cotrario nonnunq; cosultare est unius: non plurium partiu sed ita si is apud se duas partes sustinet: secunq; deliberat. Hinc duo nomina nascunt: cosultor & cosultus. Consultor fere pro eo: qui aliu consulit accipi solet: nonnunq; tamen pro eo: qui alium cosulit: Salu. in iugur. Simul ab eo petunt uti fautor cosultorq; sibi adsit. Et iteru. Ita cupidie atq; ira pessimis cosultoribus crassari: neq; factio: neq; dicto abstinere. Consultus est homo prudens & sciens: dignusq; a quo cosiliu petas. Caeteru no occurrit mihi ubi repierim nisi aut picipium: ut tibi consulti medici dixerat eund e e lagoere aut nomen pro iuriscosulto: ut Hora. Eris tu qui modo miles mercator: tu cosultus mo rusticus. Quin. in. vii. Scripti & uoluntatis frequentissima inter cosultos quaestio est. Liuius tamen lib. primo ait de Numa Ppilio. Cosultissimus uir ut illa quide aetate esse poterat: omnis diuini atq; humani iuris: & i. x. Callidos sollerteq; iuris atq; eloquentiae cosultos. Horatius primo carminu. Parcus deorum cultor: & frequens infanientis olim sapientie consultus ero. In compositioe frequens est: sed adiectiuum: ut apud eundem Quin. Omni consultam muliebrem semper amentia. i. imprudetem inconsideratam & nullius consili. Alteru quoq; copositu: si copositu est: ut iuriscosultus: quod etia dici solet iurecosultus: nonnunq; in simplici: ut Qui. in primo de arte amadi. Sit tibi credibilis sermo: cosultaq; uerba.

Agere gratias: habere gratias: referte gratias.

Cap. cccxxxix.

Agere gratias est uerbo: quod quida barbare dicunt regrator. Habere gratias est in aio: cu memor e accepti beneficii met e animuq; habeo: & iuice gratificandi uoluntate. Referre siue reddere gratias e facto: ut si tu a me subleuatus aut pecunia: aut patrociniu: aut manu:

k

LIBER

alioue subsidio uicissim me aliquo mō inbleuaueris:grās rettulistiq; licet Seneca nolit malas referri posse: sed reddi Cicero tamen in Salustiū ait: Nam q̄ ista iusitata rabie in uxorem & filiam meam inuasisti: quæ se facilius mulieres abstinerūt a uiris q̄ tu uir a uiris: Satis docte ac perite fecisti: Nō enim sperasti me mutuā tibi grām relatur: ut uicissim tuos cōpellarē: Quanq̄ Cicero nunq̄ fere ait reddere grām: sed referre: Porro hoc exemplum in alium usum quoq; attuli: q̄ uidef significari gratiam etiam uerbo referri uō solnm facto: sed multum tamē ab illo: agere grās: quo tātum innuitur cōfestio accipiētis beneficium. Qui uero refert grām reddit beneficium: interdum maleficium: siue facto siue dicto: quoniam dicēdo nonnunq̄ p̄sumus æque atq; faciēdo. Plancus ad Cice. Immortales ago tibi grās: agamq; dum uiuam. nam relatur me affirmare non possum. Tātis enim tuis officiis nō uideor mihi respondere posse. Ecce respōdere officiis: id est satisfacere beneficiis ē grās referri. Cæterz frequētius est Refero grām q̄ habeo grām. Item frequentius: ago gratias q̄ ago grām. Vix enim audiuius ago grām: sed grās: & raro refero gratias: sed gratiam. Cuius rei testimonio ē illud i lib. xlvj. T. Liuius: Satiatusq; tādē complexu filii: renūciare inquit grās regi me agere referre grām aliam nunc nō posse: q̄ ut suadeam nō ante in aciem descēdat q̄ ut in castra me reduisse au dierit. Dicimus item: ago grates: sed sæpius apud poetas q̄ necessitate uersus ago gratias dicere nō possunt. nōnunq̄ etiam apud oratores ut Ciceronem: Aliquātoq; post suspexit ad cælum: & grates tibi inq; ago summe sol: uobisq; reliq; cælites: nisi legēdum est grās: nō grates p̄ eodem significato: siue p̄ eo: quod est reddo grās. Seneca in tragœdia: quæ iscribit Agamemnō dixit: Reddo grates tibi grādæui lassiq; senes compote uoto. Reddunt grates id est ut ego interptor: agūt gratias. Quis enim referre possit gratiam deo: quod etiam fando nunq̄ cognitum est nisi apud quosdam recētes nihil nisi barbare loqui scientes: sed gratias agimus. Raro etiam gratias diis habere dicimur: quotiens agnoscimus apudq; nos ipsos fatemur ab illis beneficium accepisse citra spem gratiam referēdi ut in Andria Terē. Pol diis habeo gratias: q̄ in pariundo aliquot affuere liberæ.

Gratulari: gratari.

Cap. cccxli.

Gratulari est uerbo testari te gaudere fortūa ac foelicitate alterius ad eū ipm qui affectus ē foelicitate: nonnunq̄ apud teipm ob tuam foelicitatē. Ideoq; fere postulat datiuū: ut gratulor tibi ob tuam p̄turam adeptam: gratulor manibus meis q̄bus ut te contingeret datum ē Quint. Non efficiet tamen infandū p̄sentis reatus indignumq; discriminē: ut misera puella nō gratulet sibi q̄ illam paup̄ accusare iam pōt. poetæ nonnunq̄ p̄tereunt dtūm utiq; eū fuerit p̄nomen: quæ fuit causa ut qdam existimarēt: quorum ē Apuleius: hoc uerbū idem significare q̄ gaudeo. Ouid. in heroidibus: Gratulor Oethalia titulis accedere nostris: gratulor inq; tibi uel mihi uel nobis. Idem tertio de arte amādi. Prisca iuuent alios: ego nūc me deniq; natum Gratulor: Gratulor subiutellige mihi. Et interdum etiam oratores: ut Quint. in pastu cadaueq;: Gratulemur iam q̄ nulla ciuitas fame laborat: subitellige nobis. Verba aut̄ Apulei hæc sunt in apologio de Magia: Eo i tpe q̄ nō negabuntur in Getulia mediterraneis mōtib; fuisse nisi pisces p̄ Deucalionis diuina re perirent: q̄ ego gratulor nescisse istos legisse me: prætermisit datiuū: quia gratulor p̄o gaudeo accipi. Quod tantū abest: ut approbē: ut possit gratulari q̄s enim minime gaudeat atq; adeo doleat: q̄d frequēter usu uenit utiq; inter falsos amicos: cum alter inuidus atq; æmulus tacite quidē dolēs: q̄ al ter honoribus actus sit: tamē illi gratulant: forte & Apuleius subintellexit mihi. In eadē significatio ne accipit̄ grator sed poeticū historicūq; est. Virg. Inueni germana uiam: gratare sorori. T. Liui. li. vii. Tuū sequētes currū louis optimi maximi templum gratantes ouantesq; adire. Dicimus aliquando gratulari pro eo quod est gratias agere: sed nō fere diis immortalibus. Ideoq; proprie idē est qd̄ supplicare. Siquidem triūphantes in capitolū ascendebant loui optimo maximo: cæterisq; diis gratulatū. Eiusdē quoq; significatōis fortassis est grator: quod significat̄ Liui. lib. x. dicens. Itaq; prætor ex templo edixit: uti æditui ædes sacras tota urbe aperirent: circūeundi salutād̄iq; deos agediq; grates per totum diē populo potestas esset. Nec mirū si dicimus gratulari gratariue dies quasi ostendere nos illis aggaudere: cum dicamur eosdē saltē quasi salutē illis optare: quod hominibus cōuenit: non diis.

Fingere: effingere.

Cap. cccxlii.

Fingere pprie est figuli: q̄ formas ducit ex luto: inde generale sit uocabulū ad cætera: quæ ingenio manuq; hominis artificiose formantur: presertim inusitate & noue. Effingere ē ad alterius formam fingere: Et quodāmodo fingendo representare Cice. ii. de ora. Tum accedat exortatio qua illum quem delegerit: imitando effingat atq; exprimat. Quintili. Nā id quod est docilis naturæ: sic tamen ut ea quæ discit: effingat. Et iterum. Nam mihi uidef. M. Tullius cū se totum ad imitationē græcoq; contullisset effinxisse uim Demosthenis: copiā Platonis: iocūditatem Socratis. Vnde dictum est nomen effigies figura ad uiuā alterius similitudinē: uel ad ueritatis imaginem facta tam in picturis: q̄ sculpturis.

Obeo legationem: exequor munus legationis: defero.

Cap. cccxliii.

Obeo legationem: exequor munus & officium legationis: obeo prouinciam: exequor officiū prouinciale. Ita obeo mortē: exequor & peragro mortē: uel adeo mortē: quemadmodū

dicitur quis obiisse diem pro iuisse. Itē obiit diē suū: id est q̄ mortuus: & iuit ad diē fati: ut apud Sulpitium. Nunciatū est Marcellum diem suū obiisse. Prætermittimus autem nonnunq̄ illum accusatum dicentes Marcellus obiit: qđ itē fit in illis significatione similibus uerbis oppetiit & defūctus est: atq; etiā idem tulit: & si qua adhuc alia. Nam in priore subintelligitur accusatiuus mortē: in posteriore ablatiuus uita. Quid signi: quod sæpe reperimus hæc nomina esse his uerbis adiūcta. Est autē oppetere frequentius quidem mori: non fatali: sed illata morte. Interdū tamen & fatali. Cice. in offi. Et Ajax traditur miles mortem maluisse oppetere: q̄ mulieribus: si Circe & Calipso mulieres appellandæ sunt: ut Vlyxes fecit: inseruisse. Idem de diuinatione. Aequius eē censuisse maturam oppetere mortem: q̄ Publii Africani filiam adoleſcētem emisit: ipse paucis post diebus est mortuus. Sine accusatiuo: ut apud Virgi. O ter quaterq; beati. Quis ante ora patrum Troiæ sub moenibus altis Congitit oppetere. Defunctus quoq; dicitur: quali p̄functus munere uiuendi: ideoq; ut dicimus perfectus est siue defūctus officio prætorio: munere ædilitio: curā tribunita: ita defunctus uita. i. ab hac administratione: ab hoc munere: ab hac procuratione cessauit: ut apud eundem Defūctaq; corpora uita. Detulit autem quod tertio loco posui in idē significatum accipio: cum est pro accusauit: ubi subintelligitur reus: ut Quin. Diuitem detuli reum pauper inimicus occisi pater.

Peruestigo: inuestigo.

Cap. cccxliii.

Peruestigo & inuestigo non solum quæro: sed quidē frequētius quæro iuenio: ut sit uestigo quæro: iuestigo & puestigo quasi acquirō. Dictum est autē hoc uerbū uestigis tāq; signis indicisq; q̄bus ad rei notitiā peruenimus. Cice. tertio de ora. Ipsa tractatio & quæstio quotidie ex se gignit aliquid quod cū desidiōsa delectatione uestiges. Idē in eodē li. ii. Nosce regiones intra quas uēias: & peruestiges quod quæras. Idem pro Ligario: Sed quoniā diligētia inimici inuestigatum est quod latebat: cōfitendum est ut opinor. Teren. Nihil tam difficile: quin quæro

possit inuestigari. Nutrirī & aliquid significat.

Cap. cccxliiii.

Nutrirī est & paruulorū ut crescant: unde nutrices dicuntur nutrici q; qui curam infantiū habent habuerūt: & adultorū ut uiuāt. Alii quoq; in eodē significato: unde lex illa. xii. tabularū. Liberi parētes alant aut uinciātur. At in rebus incorporeis frequētius ut crescat. Quin. Sed alere facundiā: uires augere eloquentiæ possit: perinde ac si dixisset augere facundiā: augere uires eloquentiæ possit. Cice. Sed ne illa extincta sunt aluntur potius & augentur cogitatiōe: & memoria mea. Cōiunxit & ipse hæc duo sicut solemus in multis quæ similia sūt: ut possū & licet: ut munus & officium: ut mens animusq; Vir. Hos successus alit: id est quasi hōz animos successus au-

gescere facit. De spero & confido.

Cap. cccxlv.

Spero pro credo usitatū ē: siue de præſenti loquamur: siue de præterito. De præſenti Quī. Facilis ut animaduertere uos spero defensionis meæ: cursus est. De præterito idē: Et in ocelliam quidem puellæ satis ut spero defendimus. Et Cice. Spero iam probatā esse amicitiam nram. Si milititer confido p̄ credo: tum in præterito: tum in præſenti: tum futuro. In præterito Quoniam probatam rōnem officii mei uobis esse confido. In præſenti: Quāq; a Cratippo nostro p̄cipe huius memoriæ philosophorum hæc te assidue audire atq; accipere confido. In futuro: Ita fore confidimus. Hæc exempla ex Cicerone sunt.

Dico sententiam & fero sententiam.

Cap. cccxlyi.

Dico sententiam consiliarius: fero sententiam iudex: quorum exempla frequētiora q̄ ut a me repeti debeant. nonnunq̄ tamen dico pro fero: ut apud Quint. Apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam: de confessis p̄cipere ridiculū est. Iuris quoq; consulti hoc uerbo in hunc sensum frequētissime usi uidentur. Dico leges aliud q̄ fero leges. Est enim ferre ad suos: dicere fere ad uictos: ut Liui. li. xlyi. Nihil ea mouerunt regem tutam fore bellis Asiam ratum quando perinde ac uicto iam sibi leges dicerentur.

Circumsto & circumſisto.

Cap. cccxlyii.

Circumsto & circumſisto utrunq; facit circumſtetit: sed primum pro circundo: alterum p̄ inuado & irruo: & quasi terrificatione aggredior. Virg. Circumſtat animæ dextra leuaq; frequētes. Idem: At fessi tandem ciues infanda furentes armati circumſistunt. Et alibi At me tum primum sæuus circumſtetit horror Quin. in apes pauperis: Cum me euocasset subito tripodium: totoq; fortunæ suæ strepitu circumſtetisset. nonnunq̄ non terrificandi: sed terroris auferēdi gratia ponitur: ut Cæsar in commentariis: Siquis grauiore uulnere accepto deciderat circumſistebant: hoc est socii iacentem exhortabantur tela hostium arcentes. Nonnunq̄ etiam circumſto accipitur ut apud eundem: Et mercatores in oppidis uulgus circumſistit: quibus ex regionibus ueniant quasq; ibi res cognouerint p̄nunciare cogat: quo etiam modo apud Quintilianum recipi potest.

De usurpo.

Cap. cccxlviii.

Usurpare est uti siue usitatū dicto: tum facto. Ci. in ora. Post inuenta conclusio est q̄ credo usuros ueteres illos fuisse si iam nota atq; usurpata res eēt: qua inuēta omnes usos magnos oratores uidimus: Hoc etiam sic dicere licebat in eadem sententiam post inuēta cōclusioē

quam credo usurpaturos illos fuisse: sed iam nota atq; usurpata res esset: quā inuentam oēs usurpasse magnos oratores uidimus. Idem: Quod semp usurpamus in oibus dictis ac factis mimis ac maximis: cum hoc dicere dicius illud nō dicere. Idem: Præclare enim hoc ē usurpatum a doctissimis: quorum ego auctoritate nō uterer: si mihi apud aliquos agrestes hēnda esset oratio. Sed cū apud prudentissimos loquar qbus hęc inaudita nō sunt. Cur ergo simulem me sigd i his studiis opæ posuerim p didisse: Dictum est igitur ab eruditissimis uiris nisi sapientem liberum esse neminem: Usurpatum & dictum pro eodem accipit: sicut doctissimus & eruditissimus. Quid multa: cum frequenter iurisconsulti utantur usurpo pro dictito: nam pro factito minus dubium est.

De præsto sum: adsum.

Cap. cccxlix.

Præsto sum idem ē quod adsum: nec alteri fere uerbo cohæret: nisi uerbo substantiuo & huic simplici. Præsto adsum magis poeticum est. Quid igitur significat adsum? Tria: Vnum naturaliter duo: p quēdam flexum & deriuationē. Primum p̄sens sum: quod mō cū abltō iungit in p̄positione seruiēte: ut apud Cice. de oratore: In Pauli pugna non auferat. Mō cū dtō: ut apud eundē in Philip. Oibus his pugnis Dolobella affuit: & apud Quint. Nam i his libris ob seruationū a Septumio æditis: affuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Secundum ē hinc ductum: q̄ sape corrogamus q nobis adsumt piclitantibus: quales sunt aduocati: quoq; officium ē adesse i iudicio: Sed ipm illud adesse fauere est p̄sidioq; esse: ideo dicimus adesse p eo quod ē esse præsidio. Vir. Modo iuppiter adsit. Et itez: Adsis o tandem & placidus tua numina firmes: Et in p̄sa Quintiliani Nunc omnes in auxilium deos ipmq; iprimis: quo nec p̄sentius aliud: nec studiis magis p̄prium nūmen ē i uocem: ut q̄tum uobis expectatōis adiecit: t̄rum ingenii aspiret: dexterq; ac uolēs adsit: si tamen pater q diuisit p̄rimonium & reos parricidii defendit: sic agat: quod cōtra legem sufficit. Parricidium obicit iuuenibus: quorum pater uiuit: atq; ēt liberis suis adest. Tertium est aduenio: seu magis adueniam: nam p̄prie idem sunt: iam uēiet: & iam p̄sens erit: itaq; aderit accipitur p utroq; siue utrouis Virg. Iaq; aderit multo Priamo de sanguie Pyrrhus: Iteq;: Huc ades o formose puer Et Huc ades o Galathea: q̄s est nam ludus i undis: Et iterum: Huc ades O Moelibœe caper tibi saluus & hædi: Vbi si eadem foret significatio: quæ i illo p̄sens fuit: bic ades: nō huc dicere: Ergo huc ades p adsis idem ē quod huc ueni: Has easdem significatiōes hēt p̄sto sum: & eadem ratione in p̄ria Cicconis exēplum est i Bruto. Quibus qdem causis tu etiam Brute p̄sto fuisti. In secunda eiusdem p Muræna. Ius ciuile didicit multum uigilauit: laborauit: præsto multis fuit: & pro eodem: Tu iterea Romæ uidelicet aicis p̄sto fuisti. In tertia eiusdem ad Herenniū: Hyrundines æstiuo tēpore p̄sto sunt: hyeme pulsæ recedūt. Et in epistolis frequenter. Stator tuus mihi cū litteris præsto fu. t. Et prope accipi solet hoc ultimū pro eo quod nunc dicimus compareo: ut si quis aliqua dignitate imperioe affectus alteri sic iubeat: cras mihi ad hunc locum & ad hanc horam præsto sis: id est compareas & te repræsentas atq; exhibeas mihi.

Flere: gemere: plorare: plāgere: eiulare: uociferari & lamentari quod differāt.

Cap. ccccl.

Lere est lachrimis: ideoq; tantū hominū ridere: Gemere est pectore cū præangustia in sonum prorūpit: ideo iumenta sub nimio pōdere gemūt: & inanimata quoq; cū nimis onusta sūt: genere dicunt ut apud Vir. Gemuit sub pōdere cymba. Plorare est uoce flebili & effusa dolorē suū aperire. Vnde iplorare est plorando opem orare. Plāgere est percussione & uerberatione pectoris: capitis: uultus: aliorumue mēbrorū se in dolore affligere: regitq; post se accusatiū. Ideoq; per translationem dicuntur fluctus plangere littora quasi ad declarandū dolorē in modū lamentationis. Eiulare est uoce sublata flere: quod magis mulierū est propriū. Vociferari est uoce effrenata non modo dolorē: sed etiam indignationē: q̄q; indignatio doloris genus est ostēdere. Interdum sine effectu: sed tamen uehementius exclamare. Lamentari est uoce querula & tristi oratione cladem testari suam. Quæ exempla lecturis hoc opus inuestiganda relinquimus.

De existo & exto.

Cap. ccccli.

Existit & extat: quoq; uerboꝝ unum atq; idem præteritum est: simile quiddam significat: q̄ est eminent & superest: sed primū cū motu. alterq; sine motu: ut illud sit p̄dit uel exurgit: hoc uero superstat. Cice. de diuinatione: Atq; delapsus in flumē nunq; cōprouisissēs: me cōtremuisse timore perterritum: cum te repente extitisse. Et iterum in eodem libro. Sumersus equus uoraginibus nō existit. Adhuc itez in eodem. Vocem ab æde lunonis ex arce extitisse. Atq; iterum: Neq; diu illa uox extitisse: & in secundo: Anguē ab ara extitisse. Et iterum In Lisandri statuæ capite delphis extitit corona. De rebus quoq; mentis existere dicimus: Vt idem in Lælio: Existit hoc loco quæstio subdifficilis. De extare unū exemplum Virgillii geor. iii. suffecerit. Stant circumfusa pruinis. Corpora magna boum: consertoq; agmine cerui Torpēt mole noua: & sūmis uox cornibus extat. Quo fit ut de libris qui de mortuonon sunt: dicamus extare: ut extant paucissimi. Varronis libri: plurimi non extant. Nam ut de homine qui adhuc uiuit loquimur: superest quasi non subter est sub terra humatus. Ita de rebus extat: quasi extra stat: non intra: & in tenebris later. Cice. in orato. Quæ ut scis extat oratio. Et de senectute. Et tamen ipsius Apii extat oratio.

Q VINTVS

Conciliare amorem & beniuolentiam nos dicit: inire autem gratiam.

Cap. ccclii.

Conciliamus amorem nobis alicuius: conciliamus beniuolentiam: nō autē conciliāus grām
 c Rursus inimus grām: non autē inimus amorem aut beniuolentiā: Quarū oīum orationū
 eadem fere snia est: ac si hoc uerbo uterer: comparo uel cōtraho: nisi q̄ inire gratiam ē ma-
 gis fauorem comparare: q̄ amorem: ut apud Quinti. Quinetiam hoc timeo: ne ex eo minorem gra-
 tiam hic liber ineat: q̄ plerāq; non inuenta p̄ me: sed ab aliis tradita continebit. Reconciliari tamē
 & in gratiam redire idem sunt quotiens amici interposita aliqua offensa: cum aliq̄ diu fuerunt imi-
 cii: in pristinam redeunt beniuolentiam ac familiaritatem. Sed redire in gratiam etiam cum inaiatis
 solemus. Vnde Cicero de senectute in grām cū uoluptate redeamus. p̄terea cōciliamus nobis laudē
 famam: similiaq; nō autem inimus Quintil. lib. ii. Nam ut plus auctoritatis afferunt q̄ quæ nō prae-
 sentis grā litis sunt cōparata: & laudem saepe maiorem: q̄ si nostra sint: consiliant. Rursus in eo rōnē
 in eo foedus: in eo pacē: in eo societatem: in eo bellū: in eo pugnam: in eo uiam quasi capeffo atq; igre-
 dior: quod nō fere nisi in re momētosa: siue graui gradine dici solet. Nam nō recte loquor: in eo prae-
 dium cōenamq;: ut in eo conuiuium. Vnde principium rei maioris initium uocet: ut initium rōnis
 Quintiliano quoq; testate qui ait: Quod principium latine uel exordiū dicitur maiore quadam rō-
 ne grā ci uidentur procemium noīasse: q̄ a nostris modo initium sumatur: Et huius uerbi p̄cipium
 absolute positum sine regimine maioribus rebus adhibetur: ut ineunte pueritia: ineunte adolescen-
 tia: ineunte aetate: ineunte uere: ineunte aetate: ineunte hyeme. ineunte anno nouo. Nō autem ineun-
 te dormitione: ineunte conuiuiō: ineunte die: ineunte nocte: ineunte hora: sed incipiēte: Nisi dicimus
 illud ipsum ineunte certis noībus debere adiungi: quæ sunt ea quæ modo exposui.

Quid sit obruere & gurgitare.

Capi. cccliii.

Bruere ē opire: siue aqua: ut obrutus undis: siue terra: ut Obrue uersata cærealia semina ter-
 ra: siue per trāslationem ad aiū: ut Quin. Tot uoluptates obruere possunt unum dolorē
 Sed de multo uino potādo etiam dicimus: sicut ingurgitare de assumendis multis cibis. Ci-
 cero p̄ De otario ait uino se obruisse nudumq; saltasse. Et in Antonium ut fratrem imitef
 se obruit uino. Et in eūdem. Item cum se cibis ingurgitasset. Ingurgitare aliquādo utrunq; comple-
 ctit: sicut crapulari nō mō i uio. sed etiā i cibo: uide sit crapula: ut idē i eūde. Edormi inq; crapula: &
 exhala. De deuēio: puēio: despicio & dispicio quō eis utēdū sit: & qd significēt. Cap. cccliiii.



Deuēimus i mōtē: deuēimus ad diuitias minus usitatum: ac mioris rōnis ē q̄ peruēimus
 in mōtē: puēimus ad diuitias. Similiter e diuerso deuēimus in planū: deuēimus i uallem:
 quoties editiore loco p̄fecti sumus: usitatus p̄babilisq; q̄ peruēimus in planū: peruēni-
 mus in uallem: ita deuēimus in paupertatem: quasi descēdimus & lapsi sumus i humiliora
 Deuoluo deorsum uoluo: ut deuoluere rogos: deuoluere trabes: deuoluere saxa: deorsum præcipita-
 re. Despicio deorsum aspicio: sicut suspicio sursum aspicio: inde per trāslationem: cum quis aliū con-
 temnit ac paruifacit: despiciere dicit: quasi infra se & ad pedes suos proiectū aspiciere: quemadmodū
 suspicere est uenerari: quasi supra nos aspiciamus illū esse collocatū. Nā dispicerē est p̄uidere & circū-
 spicere mentem: & tanq̄ in oēm partē lumina mentis intendere: omniaq; discernere: a quo dispicien-
 tia dicta est circūspectio & prouidentia uel consideratio diligens atq; discretio.

Quid significet occupare.

Capi. ccclv.

Cupare est locū tenere: aut cape: & ui cape: ut apud Liuium li. xxxiii. Nam & ipis uocatibus
 urbem hanc accepi: nō occupauī: id est ui accepi: aut mea sponte accepi: nō aliorum rogatu
 Saep̄ uero antecape est: ut aliq; loquuntur: præoccupare: Vnde schema illud occupatio ap-
 pellatur: quoties quæ dici ab alio poterant: ea ipsi. p̄ueniēdo: dicimus i nostrā partē: ne no-
 bis postea officeret retorquētes. Cice. offi. li. i. Sūt autē nulla priuata natura: sed aut ueteri occupatio-
 ne: ut hi q̄ quōdam in uacua uenerūt. Certe primi illi q̄ uenerūt in uacua: nō potuerunt in aliena re:
 ut isti aiunt: qui uolūt occupare utiq; esse in aliēa re se possessorem facere. Proprie est enim occupa-
 re quod in medio: siue in mediū: atq; in commune positum est: ante cæteors capere: quod testatur
 Quin. dicens: Multa nihilominus quæ libera fuerant: transeunt in ius occupatium: sicut uenatio &
 aucupatio. Inde occupatus dicitur: q̄ ante negocio aliquo detentus non potest alterius negocio ope-
 ram dare. Cicero: Neō me conuenire uoluit cum essem occupatus: hoc est cū accusaret me quibus-
 dā aliis negociis esse præuentū: atq; hinc uocatur occupatio: cū alicni necessariæ rei: & cui ante oīa
 operam dare debemus: cum diligentia uacamus.

Peto: posco: postulo: flagito quid significant.

Capi. ccclvi.

Etere ē in bonum & in malū: quod declarat per ipsam rem: aut bonū significantē aut ma-
 lum: ut medicus sanitatem ægri petit. pater laudē filii: tu diuitias: ego uoluptatem peto.
 Item multi filii petunt mortē patris: serui mortē dominorum: medici lōgitudinem mor-
 bi. Petere autē uitā alterius. Itē petere caput alterius. petere famā: petef pudorē eiusdē acci-
 pitur in malū: q̄ illa in hoīes pernicie petas: siue q̄ ea oppugnes. At cū nō in rem: sed in personam re-
 fertur. Peto utiq; cū ablatiuo in malam p̄tem accipitur: ut peto te gladio: peto te ueneno: peto te in

fidis. Nam illud apud Virg. Malo me Galathea petit lasciuu puella: id est q̄ malo me incessu: & po-
 moru iactu pcutere me solet. Et ideo quasi audacia culpæq̄ sibi cōscia dicit: Et fugit ad salices. Ab
 hac significatiōe absunt alia uerba posco: quod ē proprie rē dēbitā & honestā peto. Inde reposco: q̄
 est rē meam: & quod mihi debes reddi peto. Postulo est quodāmodo requiro: ut res: locus: persona:
 tps causa postulat: & tanq̄ rē iustā peto. Curtius: Postulabat at̄ magis q̄ petebat: nisi accipiū: ut Var-
 ro apud Ser. uult: humiliter petebat. Sic enī ait: Poscere ē cū aliquid p̄ merito nostro deposcimus: pe-
 tere uero ē cū aliquid humiliter & cum p̄cibus postulāus. Et exoptulo quod ē cū querela apud aīcos
 req̄ro: & q̄si officiū amicitia in alio desidero: ut Ter. in adelphis: Quā mihi fecerunt ultro iniuriam
 exoptulant: Sed frequētissime post se hēt abltūm seruiēre p̄positione cū: ut qd hēs q̄ mecū exoptu-
 les: Flagito uehemēter & plus q̄ postulo: ut Cice. p̄ Quinto: Quanq̄ hoc cām postulat: & si postulat
 nō tamē flagitat. Quī ad Tryphonē: Efflagitasti quotidiano cōuitio: ut libros quos ad Marcellum
 meū de insti. ora. scripseram: iā emittere inciperē Quæ uerba ēt Cice. sunt ī epistola ad Quintū fra-
 trem.

Labo & labor quid differāt.

Cap. cclxi.

Labo & labor ita differūt: q̄ labare & ruere & repēte cadere: ut apud Virg. Labat ariete cre-
 bro lanua. Labi uero leniter sensimq̄ deorsum ire: ut labunt flumina: labitur cæiū: labit
 anguis: Labunt ab æthere pēnæ: labunt dii a cælo: nō labāt. Quinti. Vt numē & deus de
 labi syderibus & uēire de liq̄do puroq̄ aere uidebat. Cicero: Nō q̄si unū ex hac urbe mis-
 su: sed q̄si de cælo delapsū ī hāc urbē intuetur. Ideoq̄ dæmōes magis e cælo labarūt q̄ lapsi sunt. An-
 geli uero assidue ad nos labūtur. Labi quoq̄ dicunt q̄ in lubrico imprimētes uestigia ad terrā ferun-
 tur: nō cū ruina: sed lētius & cū aliq̄ mora. Tāetsi nonnunq̄ lapsus p̄ ruina accipit: & p̄ trāslationem
 de corpeis ad incorpea: de eo q̄ aut p̄ infirmitatē animi: aut p̄ imprudētiā deliquit: dicimus: lapsus ē:
 quasi pes animi unus: amboue: qui sunt fortitudo & prudentia in lubrico lapsi sint. Elabi quoq̄ pe-
 riculum fugere dicit: eo modo quo anguis lubricus: murenaue: aut anguilla manu prehēsa lapsu fu-
 git. i. manu elabitur: ita q̄ e medio periculo euasit: elapsus dicit. Virg. Ecce aut̄ elapsus Pyrrhi de cæ-
 de Polites. Sed hic nō est trāslatio: utpote in re corpea erit trāslatio incorpea. Quinti. Seruium q̄
 dem Galbā miseratiōe sola: qua nō suos mō liberos puulos in cōcione deduxerat: Sed Galli etiā Sul-
 pitii filiū suis ipse māibus circūtulerat: elapsū esse cum aliorū monumentis: tū Caronis oratiōe te-
 statum est. Cicero. Hic Tito fratre suo cenfore qui proximus ante me fuerat elapsus est: id est accusa-
 torum quasi prāhensantium manus effugit. Trāslatio quoq̄ illud Terētianum est a labo: non a la-
 bor: Labascit uictus uno uerbo q̄ cito: Labo primā breuem habet. Labor primā longā: hic labor
 laboris: & laboro laboras primā breuem: q̄ an ab altero illorum uerborum deriuē. & ab utroq̄
 potius liberum opinaturis relinquo: hoc tamen nō omittes inelaboratum dici: quod nō artificio sa-
 tis excultum est. Illaboratum quod sine labore uidetur factum. Illud uitio dari solet: hoc laudi. Qui-
 tilianus de Cicerone ait: Cum interim hæc omnia: quæ uix singula quisquam intentissima cura cō-
 sequi potest: fluunt illaborata: & illa qua nihil pulchrius oratio: præ se fert tamen scēlicissi-
 mam facilitatem.

Inter deligere & eligere.

Cap. cclxii.

Eligere & eligere sic differunt: quod deligere est quod magis idoneum ad rem agendam
 est cernere. Eligere uero uel ad nostrum emolumentum: uel ad illius qui eligitur digni-
 tatem. Delegit sibi sæpe populus Romanus imperatorem ad bella: ut Pompeium ad bel-
 lum mithridaticum. Imperator quoq̄ delegit milites: non elegit ad rem uidelicet belli-
 cam: doneos: & inter eos agit delectum quis cui rei maxime sit commodus. Et agricola delectum
 agit inter tauros: quos scindendo solo: quousq̄ procreandæ soboli destinat. At si ex multis daretur
 optio: quem sibi uellet: eligeret: non deligeret. Ideoq̄ fere semper dicitur in eodem sensu. datur tibi:
 siue offertur optio. & datur tibi siue offertur electio. At Cicero: Deligere: inquit oportet quam uelis
 diligere: de uxore loquens deligere dixit: quasi ad res domesticas administrandas. Nec inficias eo pos-
 se fieri: ut in aliquem cadat delectionis & electionis nomen: ut in ipsum principem quem ad hono-
 rem pariter & ad Rempublicam bene gerendam assumimus. Caterum deligo sine præpositione accu-
 satorium habere solet: ut Populus Romanus delegit Cn. Pompei m imperatorem. Eligo alterum ac-
 cusatorium cum præpositione: ut idem populus elegit in principem sibi Octauium. Cicero inquit:
 Quos Cæsar in Senatum elegerat. Et sacerdotes eligunt sibi pontificem: & clerus episcopum: rur-
 sus consul milites deligit: & milites imperatorem: nauæ gubernatorē nauis. discipuli præceptorem
 sibi deligunt. Nā inter collegas: paresq̄: aut fere pares: dicitur cooptat. L. iui. dictatorē dici placet. Di-
 citur. M. Furius Camillus qui magistrū equitū. L. Aemiliū cooptat. Cicero in Bruto: A quo in colle-
 giū augugæ fuerā cooptatus. Illud non filētio transeundū duobus tātum dici modis deligere: præter
 q̄ per hoc ipsum uerbum. Vno agere delectum: altero habere delectum: nunq̄ facio delectum: q̄ duo
 modi differunt ab ipsa significatiōe deligendi: q̄ diligimus aliquando unum tantū. Agere uero uel
 hēre delectū: ad multa se p̄ deferē apud Quintilianū legi facere. p̄ agere: quod haud scio an uitio li-
 brarioq̄ factū sit: an ēt sic diceā liceat. Ita enī legit proprietates ingēioq̄ despiciere p̄sus necessariū ē

SEXTVS

In his quoque certum studiorum facere delectum nemo dissuasit: Namque erit alterius historiae magis idoneus: alius compositus ad carmen: alius utilis studio iuris: & nonnulli ius fortasse mittendi.

Inter percontari & interrogare.

Cap. cclviii.

Percontari significat interrogare: quibus suapte natura spectet ad finem coarguendi: ut testatur Quintus, dicens: Quid enim tam commune quam interrogare uel percontari: quorum utroque idif ferenter utimur: cum alterum noscendi: alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. Interrogo igitur: ut ego interpretor: noscendi gratia adhibetur. Percontor uero arguendi. Sciscitari uero: ut ipsa uox indicat: sciendi causa interrogare est.

Inter debellare & expugnare.

Cap. cclix.

Debellare est bello uincere aut bello capere. Expugnare pugnando capere: uel potius pugnando uel oppugnando uincere: quod significauit Lilius li. xvi. Haud paulo facilius quam ante duas: una tunc: una duas naues expugnauit coepitque: sed debellamus potius hostes. Unde debellatum esse dicimus pro eo quod in bello certatum belloque res parata est aut perdit. Expugnamus autem opera molesteque: ut castra: ut castella: ut urbes: ut naues. Quod miror illud in psal. Saepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc israel. Saepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi: quod est oppugnauerunt tantum. Graece autem magis oppugnauerunt siue impugnauerunt quam expugnauerunt. pro eodem tamen significato interpret accipit nisi librorum uitium est.

Inter figo & refigo.

Cap. cclxi.

Refigo inde refigo quod fixum erat educo. Tego: inde retego quod tectum erat denudo. Texo: inde retexo: quod erat textum reddo non textum: & quasi insectum quod erat factum. Clauo: siue cludo recludo quod clauum erat apertum. Velo: reuelo: uelamentum tollo. Signo refigo quod erat signatum ob signatum uel relaxo & patefacio. & multa huiusmodi alia sunt multa non sunt: ut repeto: reposco: renouo: repraesento: reuello: remoueo: remaneo.

Inter praeprae & apparare.

Cap. cclxii.

Praeparare & apparare ita differunt: quae praeparare est ante parare: quae sibi utilia sunt: aut fore credit. Apparare ad dignitatem quandam: ac uerius propria. Ideoque oratores praeparant: quibus obtinere eam possunt. Ac procerum apparatus repheditur: quae plus pompae atque ostentationis quam utilitatis habere uideatur. Cicerone off. i. Facile totius cursum uitae uidetur: ad eamque de gendam praeparat res necessarias: ut pastum: ut latibula: ut alia generis eiusdem. Idem de ora. iii. Illa quae in apparatu fori appellant insignia: quae apparatus uideatur significare interdum utroque: ut apparatus belli: quasi praeparatio. Sed ut dicimus naues non modo instructas: sed etiam ornatas: quae quoque res instructio res ad bellum: eo pulchriores sunt: ita apparatus belli uocatur: ubi instrumenta bellica etiam adornata sunt.

Inter praesidere & praesidere.

Cap. cclxiii.

Praesidium & praesidio differunt: ab hoc fit praesides: sicut a desideo deses: a resideo reses. Ab illo uero praesides: quae a suo uerbo in suo significato recedit: de quo antea diximus. Praesides est praesidium esse rei cupiam gerendae atque administrandae. Praesidere est ad opem praestandam praesides quam proprie praestant homines quidam iniuriam parentibus aut in discrimen adductis: dii uero beneficentiam fauoremque inuocantibus. Aliquando tamen indifferenter. Suetonius de Tyberio. Praesedit & actiacis ludis: quasi dixisset praesuit. Cicerone pro Sylla. noli animos eorum ordinum qui praesunt iudiciis offendere. Idem pro eodem. Quam ob rem uos dii & patri penates: qui huic urbi atque impio praesidetis. Idem pro Milone. Vos iuncti in ciuis iuncti periculo centuriones atque milites: uobis non modo inspestantibus: sed etiam armatis & huic iudicio praesidentibus haec tanta uirtus ex urbe expelletur: exterminabitur: eiicietur. Quintus in. x. Nam & beniuolum auditorem inuocatione dearum: quas praesidere uatibus creditum est: & intentum proposita rerum magnitudine: & docilem summa rege celeriter comprehensa facit. Et non longe post. Quem praesidentes studiis deae propius audient. Unde tam dii quam homines praesides dicti sunt: illi quidem in suo quisque numine suaque uirtute: hi uero in sua quisque prouincia aut ab rege: aut a populo sibi commissa. Idem Quintus. quae omnia sic egerit: ut gentium praeside bellorum deo incredibile non esset: quasi cuius in manu est imperium belloque aut auxilium ut apud Lilius li. vi. Dii deaeque qui capitolium incolitis: siccine uestrum militem: ac praesidem finitis uexari ab inimicis: Praesidem dixit pro auxiliatore ac defensore: ut alibi etiam saepe. Praesides: ut desinit Vulpianus: is est qui maius in prouincia imperium habet omnibus post principem: hinc praesidium dictum est auxilium principale. Nam subsidium id quod in auxilium succedit dicitur. Et milites qui in tutelam oppidi: castelli similibusque collocati sunt: praesidium uocantur: ut impositum est praesidium Caietae. Nam praesul antiquitus dicebatur: qui primus erat inter salios: id est Martis sacerdotes Romae duntaxat a saliendo dicti in portandis ancilibus.

Inter assentari: adulari: & blandiri.

Cap. cclxiiii.

Assentari: adulari: blandiri ita differunt: quae assentari est insidiosae & conciliatae alicuius utilitatis gratia effusius: & plerumque falso quempiam laudare: Adulari uero inseruire & captare: ut fauorem emereamur quae quomodo uel uoce: uel gestu: est tractum ἀποτοῦ λουλοῦ quod est

LIBER

feruus. Et sane adulari seruire ē & non liberale & ingentium. Blādiri uero ad tactum p̄tinet: & p̄ abusionem ad alios sensus transferē: & nonnunq̄ etiam ad aiū. Quint. Tu non cogitas quemadmodū suspensa manu sonantem blāde cardinem flectas: Idem: Blandiar iudices paulisp̄ calamitatibus meis: & sic agam tanq̄ inuenerim utrunq; sanum. Ideoq; idem quodam loco pene p̄ eodem posuit hęc duo posteriora uerba. Trāscō oblatam nolenti numerum uacationem & blādus q̄ militiāe disciplina postulet: adulatum militi tribunum. Adulatum blādus dixit: ne aut blādus blādum: aut adulatius adulatum diceret: si tamē adulatius repitur. Alibi: Et animalium quoq; sermone carētū: ira: lētitiā: adulatio & oculis: & aliis signis corpis dephēditur. Sūt enī muta aialia hoīum serua: quæ signa maxime apparēt in canibus: de q̄bus inq̄t Virg. Hinc cāibus blādis rabies uēit. Nam assentari nō cadit i muta aialia: nisi credimus hoc mō coruum a uulpe fuisse deceptū: cū optimū cibū ore gestaret

Excusare & causari quid differant.

Cap. ccclxy.

Contendere idem ait esse festinare: ut Vir. Quæ proxima littora cursu Contendunt petere: Contentio est perseverantia uel elatio. M. T. de offi. lib. i. Ex contentione uocis & summissione & cæteris similibus facile iudicabimus. Salu. histo. lib. iiii. Rursus iumeta nacti: ad oppidum ire contendunt. Contendere continuare. Cicero de ora. ii. Id quod eius scripta declarant: & contentiones uocis & remissiones contiuentur. Et in. iiii. Nihil peritiosius: q̄ sine intermissione contentio. Præterea ait contendere esse astringere: intorquere: comparare: certare: extorquere: proripere: uel dirigere signum. Iterumq; pro festinare intendere. Sed neq; præcepta: neq; exempla satis distincta sunt. Quid enim differt contentio est perseverantia: & contendere est continuare: cum præsertim eadem exempla utrobicq; subiiciantur. Quid iterum Virgilianum illud? Contendunt petere: & illud Salustianum. ire contendunt. Quæ duo idem declarant: quod tendunt: uel pergunt ire siue petere. Iam uero apud Cice. contentio non est perseverantia: neq; contendere continuare: sed intentio atq; intendere. Indifferenter enim dicimus hoc loco contentio & intentio: contendere: & intendere. Nam plurimi falluntur accipientes intentionem pro uoluntate atq; proposito. Afferam ad hoc probandum ex. M. Fa. exemplum: per quod & ipsa res de qua agimus: probabit. Neq; grauius aut in musica sonus: nec acutissimus orationibus cōuenit. Nam & hic parum clarus nimiumq; plenus nullum afferre animis motum potest. & ille prætenus & immodicæ claritatis: cum est ultra neruum: tum neq; pronuntiatione flecti: neq; diutius ferre intentionem potest. Nam uox & nerui quo remissior: hoc grauior & plenior: quo tērior: hoc tenuis & acuta magis est: hic uim non habet: summa rumpi periclitatur. Medijs ergo utendum sonis. Hi quoq; cum augenda intentio est excitandi: cum summittenda sunt temperandi. Manifestum ergo est quid sit intentio: cuius etiam similitudo ueruorum manifestius docet: unde similitudo sumpta est. Nam ut neruus in cithara: aut neruus in arcu quo magis intenditur: eo uehementiorem uel sonum: uel idē efficit: quo magis relaxatur: eo remissorem: ita & uox quæ utiq; usum ueruorum corporis exigit: quos uidere licet incutissime exclamantibus maxime intendi: tanq̄ in cithara aut in arcu: siue contendi: quæ ut dixi idem sunt: atq; idem esse ex uerbis utriusq; auctoris: quos nominauimus liquet. Neq; uero q̄ negauerit continenter esse quid continue siue continueate. Quod Marcellus ait: sed a continuo uenit: contentus uero a contendo: licet & contineo faciat contentum.

Cursus.

Cap. ccccxxv.

Virius inquit idem ē q̄ uolatus: ut Vir. Cursumq; per auras Dirigit in lucum: quasi non figurate dicamus de uolatu cursum: & de cursu uolatum. Vnde illud apud Terentium. Festinato seruum ire iubens inquit uola: pro eo quod est curre. De navigatione quoq; festina dicimus cursum: ut. M. Tullius. Quo cursu frumento onustas naues petentes Rhodum uiderit. Et Quintil. Navigationem dixit fugam siue naues fugientes quæ uelocem cursum conficerent: cum inquit. Inde fugientia uela lōgo uisu profecuti. Is enim qui fugit: uelocissime currit. Eoq; Virgilius inquit. Pedibus timor addidit alas. Idem quoq; Quintilia. inquit. Multa sunt græce & latine non denominata. Nam & qui iaculum emittit: iaculari dicitur: qui pilam aut sudem: appellatione priuatim sibi assignata caret: & ut lapidare quid sit manifestum ē: ita glebarum testarumq; iactus non habet nomen: unde abusio quæ κατὰ κρητὸν dicitur: necessaria est. Quare ad hanc Quintilia formulam non aliter nauem uelociter euntem & auem uelociter uolantem currere dicimus: q̄ iaculari sudem. Illud autem apud oratores obseruari uolitare potius q̄ uolare pro discurrere dici solere: ut apud eundem. Me per omnia maria uolitantem: & apud Cice. Quin per forum uolitant: quale ē raptare. Nam cum reperere sit animalium carentium pedibus & uentre euntium: licet quædam reptilia pedes habeant: ut lacertæ: tamen reptare hominem dicimus: qui segniter: lente: & quasi testudineo passu incedit: quales sunt qui in hortis: aut uinetis: similibusq; locis spaciuntur. Horatius. An racitum siluas inter reptare salubres. Plinius ad Bebiū. Scolasticis porro dominis: ut hic est: sufficit abunde rātum soli: ut leuare caput: refigere oculos reptare per limitem unam semitam terræ: oēsq; uiticulas suas nosse: & numerare arbusculas possit. Idem frequentior currentibus q̄ reptantibus lapsus est. Teren. in adelphis. Perreptauī usq; omne oppidum ad portam: ad lacum: quo non.

Carpere.

Cap. ccccxxvi.



Arpere inquit pro attenuate aperire. Vir. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ: hoc ne puellæ quidem ipsæ dicerent. Nam ut carpimus linum uirens ex humo cum uelimus: ita puellæ sinistra manu de collo pensum trahentes: sensimq; uellentes carpūt. Et ut decerpimus rosam primis digitis: sic puellæ primis & ipsæ digitis decerpunt particulatim linum lanamue. Iterum carpere celeriter præterire: ut Vir. Et acri carpere prata fuga. Et in eodē

Carpe mox
celer cursu
rum: aliud



ditatem illa
eo tempore
quidem Ter
re conuiuio
conuiuio de
nonnunq; si
men ut sub
ctus. Nam f
apud Teren
irator: quo



bunt pabu
illud enim
uidæ om
pererunt
si onustas
ete: ut est
do reper
tali uer
am orato
os agunt
forte uig
go ita exp
ue inquit
prudencia
cata dat h
mus exen
natura po
nos in fer
bum ad d
re intoler
molestias
uis moto
corpi aut
uocitata
loco mo
sapientia
sis ab æ
ris ac pa
gentia: f



& accula
is signific
cōiectura

SEXTVS

Carpe mox gyge incipiat: quasi in primo celeritas illa non magis intelligatur p hoc q dixit fuga: q e celer cursus: q p illud carpere & in secundo significetur uelociter praeterire. Aliud nanq est ire in gyrum: aliud praeterire: quod de equo & asseffore: utrunq poetice dictum est.

Accipere.

Cap. ccccxxvii.

Accipere pro pascere: idem inquit Teren. Accipit homo nemo melius prorsus: neq; prolixius. Et hunc imitatus Seruius in Virg. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Vrbanius profecto & lautius loqui poterant. Pecora gregatim altitiaq; dicuntur pasci nō homines. Nos enim quotiens accipimur: siue excipimur in conuiuium non ad saginam: sed ad iocū ditatem illam atq; apparatus inuitamur: ut minima pars cibis assignetur. Vnde cōuenire dicimus eo tempore: non commessari aut comportare aut quod deformius est compascere siue compasci. Si quidem Terentius de Trasone non tanq de saginatore locutus est sed tanq de splendido apparatore conuiuiorum. Et Virgilius Helenum regem uult regiam quandam magnificentiam i exhibēdo conuiuio declarasse: non solam: ut ita loquar passionem: & ut dixi saginam. Fateor tamen accipere nonnunq significare in domum suam honoris & amicitiae gratia aliquem conuiuium capere: ita tamen ut subintelligatur in conuiuium. Acceptus sum a te laute: id est acceptus in conuiuium uel tractus. Nam frequenter in conuiuium dici reperimus. Ego abs te miseris sum acceptus modis. Hoc apud Terentium: & apud Ciceronem. Ex quo illud laudatur Archita: qui cum uillico factus esset irator: quo te mō inqt accepissem: nisi iratus essem. Graue. Cap. ccccxxviii.

Graue inquit significat grauidum. Virg. Donec regina sacerdos Marte grauis. Circūlocutio fecit ut intelligatur grauida. Nam sic dicam regina aut leana est grauis: nemo prorsū intelligat: si addam ex rege aut ex marito fortasse intelligatur esse grauida. Ita apud Vir. Marte grauis: pro semine Martis impleta. Graue plenum. Vir. non insueta grauis tentabunt pabula foetas. Si accipit foetas pro grauidas: superuacaneum est exponere graues p plenas. Per illud enim q; praegnates sunt: plenae esse intelliguntur. Graues uero eē per epitheton est: quippe grauidae omnes: ut ipsa quoq; uox indicat. Nam a grauis fit grauidus si accipit foetas pro his quae pepererunt: ut puerperas mulieres quae proximis diebus matres sunt factae graues: lacte dicuntur quasi onustas: non quasi plenas. Durum sit nāq; appellare oues caprae plenas lacte: sed ubera plena lacte: ut est apud eundem per translationem grauida. Et grauido superant uix ubere limen. Quod si q; do reperitur grauis pro plenis: hoc tamen in loco non ita accipitur. Hunc eundem quem ego protuli uersum: & ille affert quasi de grauido: & non de graui sit quaestio. Nec poetae modo: uerum etiam oratores sic loquuntur: ut Quin. Luctantur intra uiscera animae: & uterq; funeribus grauidum i os agunt. Sed ad graue reuertamur. Grauis inquit plenus Virgil. Tum pietate grauem & meritis si forte uix pius & bene meritum appellare plenum pietate & plenum meritis quis audeat? Non ergo ita exponendum est: ut nec esset utendum. In quo paulo post meam sententiam ostendam. Graue inquit grandaeuum. Virg. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes: ego potius accipio grauis prudentia & moribus: quomodo p xime grauis pietate & meritis dicebatur. Multa praeterea significata dat huic eidem nomini: quae pfecto forent infinita: si ad illum modum poetae oīum exponamus exempla: q; longe adest: tum ab utilitate discentium: tum ab ipsa rei natura. Et n. graue suapte natura ponderosum significat ut graue saxum: grauis sarcina: grauia arma: graue scutum: q; i. grauat nos in ferendo: & q; aegre & cum molestia fert. Inde p abusionem transferimus ad senectute: ad morbum ad dolorem: ad laborem: q; hi q; molestiam ex senectute: morbo: caeterisq; sentiunt: quasi onere intolerabili praemuntur: quod cupide: uelut graue pondus a se uellent deponere. Neq; solum ad molestias corporis translatio haec fit: ueq; ad molestias animi: ut grauis contumelia: grauis iniuria: grauis motor: grauis iactura: quae animi genere quodam ponderis praemunt. Itaq; unus modus est quae corpori aut animo molesta sunt: ea grauia appellare: eoq; molestia a mole. i. a re magna: magniq; ponderis uocitata est. Alter modus est q; quemadmodum grauia aut grandia saxa ac graues trunci non facile loco mouentur: sed ad omnem tempore mutabilitatem haerent: ita homines constantes ac praediti sapientia merito per figuram graues nominantur: q; nec precibus: nec minis: nec uanitate: nec promissis ab aequo & iusto summouentur: ut hi faciunt: quos leues uocamus: qui in similitudinem pulueris ac palearum ad omnem auram uentilantur. Caeterq; quid mireris: si in his quae sunt altioris intelligentiae: fastitur: cum in leuioribus atq; apertis allucinetur Marcellus.

Inficiator.

Cap. ccccxxix.

Inficiatores inqt sunt falsi criminis obiectores: ut Cic. de orat. li. i. Ut si ille inficiator probasset iudici ate petitam esse pecuniam: q; esset cepta debere: hoc de reo dictū est a Cice. nec reo crimini: sed pecuniam. Ille uero accepit nō tantum p actore: sed p accusatore etiā & acculatore falsi criminis. Vbi n. pecunia & petitor nominant: ibi nulla ē criminatio. Inficiator igit is significat: q; negat se uel debere qd actor petit: uel cōmississe quod accusator obicit: unde status cōiecturalis dicit inficialis: in quo semp reus inficiat: uel inficias it. Inficiari. n. qd dixi inficias ire

LIBER

est uerbo negare. Nā negare est aliquādo & factō ut Virgilius. Egregia forma: sed quis fortuna nega-
rat. In patriā reditus? Veto notū est aliud esse q̄ nego. Et ut breuiter signem cōtrarium est illis impe-
ro & iubeo. Nō est autē huic nomini nisi accusatiuus casus: & unū uerbū eo is it: de inficiās loquor
Cuius simile est suppetias pro eo quod est auxiliū: ut in. xii. cōmentariorum Cæsaris. Et nunciabant
auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire. Et in eodē. Suisq; rebus timens elephātisq; xxx
relictis suis finibus: oppidisq; suppetias profectus est. Et iterū in eodē: Atq; suis fugiētibus suppetias
ire contendit. Suetonius de Vespasiano. Legatū insuper syriæ consularem suppetias ferentē rapta a
quila fugauerūt: Suppetias pro auxiliū. Plau. in epidico. Sed memento si quid scēuit senes suppetias
mihi cum sorore ferre. Idem in eodē nominatiuo est usus Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.

De incisim contra Nonium Marcellum.

Cap. cccc. xxx.



Incisū inquit quasi simul. Cice. in ora. Hæc quidē duo binis pedibus icisim: deinde mēbra
tim dicere solebas. Quid magis cōtrariū q̄ icisim. i. minutatim: & simul qd̄ est cōiunctim
quasi nesciamus qd̄ sint cola comata: & periodi: de qbus Cice. pluribus i locis disputat ap-
pellans ea incisionē: membrū: circuitum: siue ambitum: siue comprehensionem: siue continuationē
siue circūscriptionē. Cuius ultimi: qd̄ multis nominibus Cice. uocat duo genera: Qui. facit. Priora
autē sic diffinit. Incisum est sensum nō expleto numero cōclusum plerisq; pars membri: ut domus ti-
bi deerat: at habebas: pecunia supabar: at agebas. Fiunt autem siugulis uerbis incisa. Mēbrum est sen-
sus membri conclusus: sed a toto corpore abruptus & per se nihil efficiens.

Candere.

Cap. cccc. xxxi.



Vid ergo? Nihil ne bene dixit Marcellus? imo uero aliqd̄ atq; adeo multa: sed nunc bene
dictis nō est locutus: tamen in his quæ laudari queūt: nō nihil interdū desidero: ut cadet
ignitū est. M. Tullius de officiis: Candente carbone adurebat capillū. candet candidū est.
Virgi. æneidorū. lib. iiii. Candētis uaccæ media inter cornua fudit: sed hic ut dixi: nō nihil desidero.
Nam & excādescere hominē dicimus: cū uehementer irascitur. Præterea ostēdenda ē passim causa:
quāobrem unum uerbū plura significet: ueluti in hoc. Cum enim ignis obstantia exuperat ac fumū
uincit candorem flāmæ concipit: uel q̄ sol quāto candidor: tāto ardentior: ita animus dum ira cōci-
tatus est: inflammatus: incensus & excandescens dicitur. Vel q̄ mare uentis conflatum: & in morem
aquæ bulientis in lebetē: uel ipsa aqua lebetis ebulians: spumas albētes ciet: ita animus simili pertur-
batione percitus: excandescere dicitur ut tanta commotio mentis significetur: quanta est uel maris:
uel aquæ ad ignē iam albescētis: quod ex unius a Quin. expositi uocabuli patescit exemplo. Vertex
inquit est contorta in se aqua: uel quicquid aliud similiter uertitur. Inde propter flexum capillorum
pars summa capitis. Et hoc inq̄ in montibus eminentissimum recte dixeris: hæc omnia uertices: p-
prie tamē unde initiū duxit. Quare nemini debet mirū uideri: cū interdū una uox plura significet.

Latus.

Cap. cccc. xxxii.



Aetum Seruio placet multa significare: sœcundū. pingue: pulchrum: gaudiū uiride: & mul-
ta alia. Idq; apd̄ Virgi. mō: q̄ si alios quoq; poetas exposuisset: adhuc alia multa significata
adiiecisset. Sed ipse rationē reddā: cur in uarios sensus abutamur. cū unū natura significet.
Lātū id appellamus: quod aspectu gaudiū promit. Nam gaudere pprie est intrinsecus: lætari extrinse-
cus. Recte igitur animata dicunt læta quoties lætant. Et quia sic natura cōpertum est: ut quæ bo-
na corporis habitudine sunt alacriora: quæ uero debili tristiora sint: eo fit: ut piguia uocemus læta:
ut ouēs lætas: boues lætos: greges lætos: læta armēta. Trāfferimus hoc ad similia: ad segetes: ad uites:
ad oliueta: ad cæteras arbores. Vnde sicut ex illis superioribus domini p̄cipiūt fructus: & quēadmodū
illa: ita hæc quoq; qualia sint: declarat aspectus: appellaturq; lætæ segetes: lætæ uites: læta oliueta: læ-
ta arbusta: eo quidē magis: q̄ multi uolūt hæc etiā animata esse. Vel læta dicimus ab effectu: q̄ nos
lætos faciūt: ut locus tutus: q̄ nos tutos efficit. Ideoq; nō appellant homines læti ob sœcūditatem:
pinguedinē: pulchritudinē: grauitatem: & similia: sed ea tantū quæ in nostros usus cedūt: aut si ita cō-
tingat: in nostrā delectationē: lætitiā nobis uoluptatemq; parientia. Hanc igitur regulam tenenti-
bus hoc nomen & apud auctores inuentū facile intelliget: & multifariā sine ambiguitate in utendo



suppeditabit. Accusare: incusare. Cap. cccc. xxxiii.
Accusare ut idē cū multis aliis uult: ē maioris de miore. Incusare miore de maiore: uel pa-
ris de pari: quoq; singularis inficitia uehementē est castiganda. Apud quē enim auctōrū ob-
seueratio ista reperiet? Nōne apud ueteres adolescētuli solebāt p̄bitatis simul & eloquē-
tiæ laudē capescere ex magnorū uirorum accusatione? Atq; ut ait. M. F. crediti sunt etiā clari iuue-
nes ob si dē reip. dare malorū ciuium accusationem: quod significauit & Cice. cum dixit: Quā est illa
miserā: q̄ dura seruitus: adolescētibus paulo loquacioribus seruiendū est. Nūquid Demosthenes cū
tutores suos adolescētulus i iudiciū uocauit: aut Cicero cum Verrē reum fecit pratoriū uirum ip-
se quæstorius nō accusauit: male locutus est: dicēs accusationē suā semper: nunq̄ incusationē. Et hoc
quidē de accusādo. Quid at de incusando? Certe si illud nō est de maiore in miore: neq; hoc est de

SEXTVS

minore i maiorem: & alioqn nullo unq̄ i iudicio auditum ē nomē inculcatoris. Quid porro extra iudicium? Vir. inqt. Quem non accusaui amens hominumue deumue? Dii qdem maiores Aenea sūt: homines uero duntaxat troiani minores. At est apud Terē. pater ad filium loquens. Quid me incultas Clitipho? Hoc. n. isti exemplum sumunt. Ceterq; exempla omittunt quæ contra eos faciunt quæ sunt infinita. Cæsar commentario primo. Hæc cum animaduertisset Cæsar: conuocato cōsilio: omniumq; ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus: uehemēter eos inculcavit. Sed ne multis morer: accusare est uel apud iudices uel apud alium quenuis: etiam apud illum ipsum: quem accuses significare atq; ostendere aliquem peccasse. Inculcare uero reprehendere mores alterius: & plæruncq; cum quærela: q̄ ab illo iniuria sis affectus. Et ita apud Virg. Teren. Cæsarem: atq; ceteros auctores accipiendum est.

Barba.

Cap. ccccxxxiii.

b Arba idem inqt hominis. Barba uero quadrupedum. Sed nō est barba tantum hominū neq; barba tantū quadrupedū. Quin. & barba quadrupedum: & barba hominū utiq; multoz dicunt. Hora. Vtq; lupi barbam uariæ cum dēte colubræ Abdiderit furtim teræ. Pli. li. xxix. Rabiem hircoz si mulcebatur barba mitiorem: eadem præcisa non abire eos in alienum gregem. Nam illud Vir. Stiriæ impexis induruit horrida barbis: magis de hominibus dictū est: q̄ de hircis. Et illud: Nec minus interea barbas incanaq; menta Cinypei tondent hirci: ad multos hircos refertur: p̄inde ut si diceremus caudas cū tamen singulæ singulis hircis sint: ita & barba. Sunt etiam barbae alioq; q̄ quadrupedum ut Pli. in. xxx. Cum geminos transit sol tristis: & auribus: & unguibus galliaceoz si luna rasis barbis eoz.

Nuncius

Cap. ccccxxxv.



Nuncius inqt idem est q̄ nunciat. Quod autem nunciatur: licet neutro dicatur: tamen inuenitur & masculino. Miror cur ita dixerit. Ego quidem nusq̄ hoc nuncium legi: ac ne ipse quidem ut opinor: cum Festus Pompeius uetustior eo auctor ita scribat. Nuncius & res ipsa: & nuncius dicitur.

Arcere: abigere: abigei: abigeatus.

Cap. ccccxxxvi.

a Arcere idem esse phibere. Sed mihi uidetur potius esse uetare: ne accedant hi: q̄ ueniunt. Iuno septem tantum annos arcuit troianos ab Italia: quam ubi contigerunt non arcebat ab ea amplius: sed in ea esse phibebat. Trāssertur ut plærq; de corporeis ad incorporea Cice. in paradoxis. Quæ uix. n. est: quæ magis arceat homines ab improbitate: q̄ si senserit nullum in delictis esse discrimen: Contrarium huic uerbum ē abigere quod significat a loco fugare atq; expellere: ut abige mulcas a facie mea scribētis: abige carnes a popina tua: abige sturnos sonitu a uinea. Quin. Ibo in littus miser: plactibus aues abigam. De pecoribus uero idem quod de ceteris animalibus accipiendum est: quæ si nobis odiosa sunt abigimus: hoc est expellimus: ut oues: capras: a fellos: ab hortis: a uineis: a pratis. Quod si ita non sit: sed furto tollimus utiq; gregatim abigere aliud significat. i. furto tollere: aut ē latrocinio: ut apud eundem. Adhuc spolia transeūtium: & abacti pecoz greges sub hoc titulo defendebantur. Vnde abactores uocantur pecuarioz animalium fures latrunculiue. Hos qdam abigeos uocant. Vulpianus: Abigei at inqt pprie hi habentur: q̄ pecora de pascuis uel ex armentis subtrahunt: & quodammodo deprædantur: & abigendi studium quasi artem exercent: equos de armentis: uel oues de gregibus abducentes. Ceterq; siqs ouem oberantem uel equos in solitudine relictos abduxerit: non est abigeus: sed fur potius. Hic abigeum nō ab abigeo distiguit loco: non numero. Claudius numero non loco ingens q̄titas discernit furē ab abigeo. Nam qui unam suam surripuerit: ut fur coercebitur: qui gregem ut abigeus. Hic furem ab abigeo separat: ut superior fecit. Macer non separat: cum ait. Abigeatus crimen publici iudicii non est q̄a furtum magis est: sed q̄a plæruncq; abigei & ferro utuntur si depræhendantur: ideo grauius puniri eoz admissum solet. Quomodo at hi iurisconsulti inter se conueniant: aut non cōueniant: nihil ad hoc tempus. Hoc tantum dixerim: non modo fures siue furtim aliq̄ solent abigere armenta: uel greges: sed et latrunculi: q̄ facta prædonum manu: in alienum agrum incursionem exercētes: pecora etiam interdum abigunt: & abigei nominari possunt. Præstare quo uerbo sæpe & iurisconsulti: & oratores utuntur: est phibere: ne alicui fiat aliqd̄ incommodi: & si non phibuerint satisfacere: ut uenditor debet præstare uitium rei quam uendit: id est prohibere atq; efficere: ne emptor damni quid faciat alioqn satisfacere. Neq; id in altez mō: uez etiā in nos ipsos. Ci. i. tuscu. Cū id qd̄ ab hoie nō potuerit p̄stari euenit. i. cauere & phiberi.

Innocuus: innoxius. Cap. ccccxxxvii.



Innocuus inquit Seruius est cui non nocetur. Innoxius q̄ non nouit nocere. Vellem exempla recitasset: q̄bus ostenderet eam expositionem innocui ueram esse. Nāq; illud Virgilianum qd̄ eum in hanc impulit opinionem. Donec rostra tenet siccum: & sedere carinæ Omnes innocuæ: non est accipiendum q̄ suberūt tales: ut eis nihil noceretur: sed uel more poetico: q̄ nihil peccauerunt quasi innocentes homines. Nocentes enim sunt quicunq; ab honesto recedūt: etiam si nemini noceant: uel quia non nocuerunt neq; sibiipsis: neq; uectoribus ac nautis.

Instar.

Cap. ccccxxxviii.

i Instar montis æquū dinina Palladis arte. Instar Seruius ait ad similitudinē. Quid similitudinis equo ad montem? Quod si et similis esset: non tamen eum magnum potius q̄ paruū

LIBER

esse: quod Vir senserit intelligeremus. Archimedes ille geometricus globum ad similitudinem cæli fabricatus est: in quo effigies cœli aderat: magnitudo non aderat. Idem fit de tabula illa depicta ad similitudinem orbis terrarum: quam non ausim dicere depictam instar orbis terrarum neque alia multa huius modi: ut instar Antonii ambulans: instar patris scribis: instar languidi sedes sed ad similitudinem: uel in modum uel in morem: uel tanq̄ & similia: instar potius significat ad æquiparationem uel ad mensuram: ut apud eundem Virgi. Argolici clypei: aut phœbeæ lampadis instar. Cicero hexametrorum instar uersuum. Nam illud apud eosdem: instar mortis ducunt & fulminis instar: significat æquiparationē doloris in morte: & impetus ex flumine. Quod si quando reperiatur proxime accedere: ad significationem similitudinis admoniti sumus: ut nimiam utendi licentiam deuitemus. Nam uix ego auderem sic uti: ut Seruii familiarissimus Macrobius cum saepe alias: tum statim in proœmio saturnalium ita inquit. Vt quæ indistinctē atq; promiscue ad subsidium memoriæ annotaueramus: in ordinem instar membrorum cohærentia conuenirent.

Passim: ubiq; usquam.

Cap. ccccxxxix.

Passim inq̄ significat ubiq; . Mihi autē aliud uidet ubiq; q̄ passim. Nāq; in prato ubiq; ē herba: nō passim. Cōtra grex passim pascit potius q̄ ubiq;. Quippe aliqd̄ iterualli est iter pecudē & pecudē: nō item inter herbā & herbā. Est autē passim quasi passu distante uel sparsim: quemadmodū dicimus passis māibus & passis crinibus. Quod accipi solet etiā pro crebro: dum de rebus mentis loquimur. Lactātius tamē pro ubi accepit: cum inq̄. Creditur ei passim: tanq̄ cognitæ ueritati. Neq; solū p̄ ubiq;: sed etiā qd̄ inusitatius est: pro undiq;. Cūq; is numerus cōden dæ urbi parum idoneus esse uideret: cōstitit asylum: eo passim cōfugerūt ex finitimis locis pessimi quiq; sine ullo conditionis discrimine. Vsq; duo hæc potius significat: in loco simul & ad locum: ut Teren. in eunucho: Occidi neq; uirgo est usq;. Cicero in philip. neq; uero usq; discedebam.

De aduerbiis in im desinentibus.

Cap. ccccxl.

Damus de quibusdā aduerbiis in im uocē exeuntibus. Priuatim nihil differt a priuate: si priuate dicere liceret: nihil separatim a sepate: si hoc reperiatur: nihil p̄peratim a propanter: nihil dissimulatim a dissimulanter. Vbertim idē est qd̄ copiose. Astatim qd̄ abunde. Rap tim qd̄ festināter: Cursim quod currēdo. Tamē aliud est generatim: q̄ generaliter. Hoc enim significat omnia simul quæ sub genere sūt amplectēdo. Illud uero per singula genera: seu magis p̄ singulas species. Siquidē species genera uocamus: ut quot sūt genera arborū: quot sunt genera uitium: potius q̄ quot species. Virg. Generatim discite cultus. Varro: Nō in uolucris generatim seruat analogia: Nō ex aquilis aq̄læ atq; ex turdis procreant turdi: Sic ex reliq; sui cuiusq; generis. An aliter hoc fit q̄ in aere: q̄ in aqua? Nō hic conchæ inter se generatim innumerabili numero similes: eodē modo ut generatim p̄ singula genera dicimus: ita sūmatim p̄ singulas summas. Aliquādo dicimus summam & generatim non per singulas summas genera: sed p̄ unā unumue: ut dicam de hac re summam Cicero de ora. li. v. Infinitum mihi uidet id dicere: in quo aliquid generatim quærit hoc modo: expetenda ne esset eloquētia: expetēdi ne honores. Cæterum quomodo differat ab illis ad summam in summa postea reddam. Viri p̄ singula capita uirorū: ut Gracchus diuidebat uiritim semodios frumenti. Tamē de uno aliquādo dicimus: ut apud Curt. Siquis uiritim dimicare uellet: puocauit nominatim per omnia singulorū: ut assignati sunt cōiurati nominatim custodi carceris. Et de uno etiā ut tenens cruentū pugionē Brutus nominatim Cicero. in clamauit. Membratim per mēbra. Cæsim per incisōes gladii. Punctim p̄ punctiōes infixiōesq; gladii: siue incidēdo & pungēdo. Strictim stringendo singula: uel certū aliqd̄. Carptim hinc & hinc decerpēdo: non ipsam seriē sequendo. Tractim trahendo: non interrumpendo seriē sequendo. Cateruatim: gregatim: turmatim: manipulatim: p̄ diuersas cateruas: p̄ diuersos greges: diuersas turmas: diuersos manipulos. Domesticatim: uicitim: regionatim: oppidatim: mūcipatim: puinciatim: p̄ uarias domos: uarios uicos: uarias urbis Romæ regiones: uaria oppida: uaria municipia: uarias puincias. Venio nunc ad id quod promiserā in summā & ad summam magis modo utendi differunt a summatim q̄ significato. Quin. in corpē proiecto. In sūma non recedo: fas est mihi inuitis etiam parētibus pie facere. Cice. de offi. Ad summā ne agā de singulis: cōmunem totius generis humani societatem: congregationem & cōciliationem colere: conseruare debemus. Differt autem ad summā: & ad summū: q̄ secundum ad numerum refertur: Idem Cicero pro Milone. Vnus ad summū duo inuēti sunt: qui Milonis causam nō probarent id est nō plures q̄ unus: aut duo ex pluribus. Idem ad Liciū Miseniū: Noli enim existimare mihi non solitudinē iocundiorē esse: q̄ tamen ipsa uti nō licet: q̄ sermones eorū qui frequentāt domum meam: excepto uno: aut ad summū altero: hoc est excepto uno: aut ut multum duobus. Quintilia. in sensu pro re solet uti tali genere dicendi p̄ aduerbium semel. Deniq; ut semel finiam: sic fere componendum quomodo pronūciandum erit. Et alibi. Vt semel omnia cōplectar. Et iterum. Et ut semel quod ē potissimū dicam: secretum: in dictando perit: id est ut in summa dicā. Cuius rei causa est ipsū illud semel qd̄ significat una uice pro oibus: ita ut postea nō oporteat qd̄ addi. Ideoq; solet accipi p̄ inmutabiliter: & irreuocabiliter: q̄ quod semel tantū fit: id nō habet regressum: ut iteq; fiat. Idē in mathe

matico. Q
semelq; cap
neqd̄ tale u
sa pudicitia
mel inq;
minis lan
leuissimum
benna & iug
preferenda
Nunc conti
latur in tort
nus: grauis:
iam paruulu

Vt Cice. in u
ornamentu
la sunt: qua
dam & acco
tus est Pri
tionē uti h
randem: q
Quo tand
Qua tand
retur qd̄ t
habet & e
Pisistratus
fuit sic pe
quentissim
gientis pro
demum op
runq; cum
ut idem V
Cum sibi r
non deniq;
oia præcip
æqualem a
uenit ad fr
Possunt at
pferunt. E
culpa carē
sa spectabi
tim appeb
ras. Ecce ia
fuit. Ideo
Ea demut
Ouid. p d

S& cetera
composita
magis in ca
la una. Ast
apud eūdē
to sideribu

SEXTVS

matico. Quid hæc fulgentium siderum ueneranda facies: quædam uelut infixæ ac coherentiæ perpetuæ semelque capta sede collucent? Alia toto spso cælo uagos cursus certis ementiuntur erroribus. Virg. nequid tale uideret procubuit moriens: & humum semel ore momordit. Ouid. Nulla repabilis arte Læsa pudicitia est: deperit illa semel. Lucanus. Dixitque semel nascentibus auctor. Quicquid scire licet. Semel inquit: ut nullum postea uerbum addat. In eundem sensum idem Quin. accepit breuiter: ut in geminis languentibus. Breuiter tamen longe crudelitas explicanda scæuitia est: ex omnibus quæ prouidentur leuissimum fuit: quod ociosus est. Pli. maior: A reliqua uero Gallia latere septentrionali montibus gubernata & iugibus agrorum: cultu uirog: more dignatione: amplitudine opum nulla ei prouinciarum præferenda: breuiterque Italia uerius quam prouincia. Et iteque de Iulcinia: quæ uulgo dicitur philomena. Nunc continuo spiritu trahitur in longum: nunc uariatur inflexo: nunc distinguitur conciso: copulatur in torto: præmitur: reuocatur: infuscatur ex inopinato. Interdum & secum ipse murmurat plenus: grauis: acutus: creber: extensus: ubi uisum est uiuans. Summus medius imus breuiterque omnia iam paruulus in faucibus: quæ tot exquisitis tibiærum tormentis ars hominum excogitauit.

Tandem.

Cap. ccccxli.

Tandem idem ait poni non necessitatis: sed ornatus causa: ut in illo Vir. Sed uos quæ tãdẽ quibus aut uenistis ab oris? Nec cuius ornatus: aut quare sit ornatus explicet idẽ sentit Prif. dicens. Tandem non solum per aduerbio tpali: sed etiam per coniunctione expletia inuenit. Ut Cice. inuestiuag. lib. i. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Mihi quidem nullum ornamentum uidetur esse in supuacuis & nihil agentibus uerbis: quæ apud græcos dictiones non nullæ sunt: quæ aut numere: aut sonum implent: quæ in hæc dictione non est: quæ habet potius urgẽs quædam & accelerans: eoque fere per interrogatione: quæ exempla uulgo sunt plurima: ut illud ipsum quo usus est Prif. Cic. exemplum. Quidam tamen inter primos huius ætatis docti solent citra interrogatione ueni hoc aduerbio: non tã auctoritatem sequentes eiusdem. Vir. & in eodẽ loco. Et quo sub cælo tandem: quibus orbis in oris lacremur doceas. Et Hora. quæ ait. Quauis sæua ibi per te consulis: & scis quo tandẽ pacto deceat maioribus uti. Dice docendus adhuc: quæ Ciceronis in Catõe maiore dicẽtis. Qua tandẽ spe sibi tam audacter obstitit: respondet senectutem. & per Roscio: Cum ab eo quæretur quod tandem accusaturus esset eum. Nonnullisque aliis in locis. Sed tamen utrunque interrogatione habet & eam directã latẽter ad secundam personam. Nam hic quæ loquitur: uerba refert alterius. Si quidem Pisistratus a Solone sic quæsiuit. Quã tandem spe mihi tam audacter obstitit? Et Fibria ab illo quæsiuit sic petiuit. Quid tandẽ in eo accuraturus es? Neque uere legẽ istius dictionis scribo: sed usum frequentissimum trado. Sine interrogatione aut quod significet: nemo ignorat: ut Vir. Iam tandẽ Italiae fugientis prendimus oras. Eiusdẽ significatiõis sunt demum & denique: ut notum est: ut idem Vir. Tunc demum optata gemina super arbore sidunt. Cice. Cum excessisset e uita tum denique uiueret. Sed plerumque cum sunt multa enumerata: tum subiungimus denique significantes hoc ultimum esse omnium: ut idem Vir. & Ci. O crudelis Alexi nil mea carmina cura. Nil nostri miserere: mori me denique cogis. Cum sibi non multitudinẽ militum: non idoneos imperatores: non pecuniã sibi præsto esse uideret non denique ullam rem quæ pertineat ad bellum administrandum. Demum solet accipi pro solum: siue omnia præcipueque cum his: & cum ita iunctum Ci. in Salus. Et demum magna uoluptas est Crispe Salusti æqualem ac parem uerbis uitam agere. M. Fabius. Illud ingenioque præcox genus non temere unquam peruenit ad frugem: hi sunt quæ pua facile faciunt: & audacia puecti: illud quicquid possunt: statim ostendunt. Possunt aut id demum quod proximo est uerbo continuant: ac uultu interito nulla tardati uerecundia præferunt. Et iteque. Tum illa quoque ex causa: quæ mentem tantæ rei intentam uacare omnibus aliis etiã culpa carẽtib; curis oportet. Ita. n. demum libere ac tota nulla distringente atque alio ducente causa spectabit id solum ad quod accingitur: & alibi. lacebat hæc in somnis inqeta: cum diceret iam statim appetit: iam statim ueniet: nunquam tamen tardius uenit. Miseram me fili proxima nocte iam ueneras. Ecce iam medios sidera tenent cursus: indignor: irascor ita demum mihi satisfacies: si apud patrem fuisti. Ideo aut dixi solum siue omnino: quod Pli. uidetur accipere pro omnino de hyrundine dicens. Ea demum sola auium non nisi uolatu depascitur. Quidam uolunt ab his & demum componi idẽ. Ouid. per demum posuit denique lib. iiii. sine titulo. Si qua metu dempto casta est: ea denique casta est.

Inter stellam & sidus.

Cap. ccccxlii.

Stella & sidus differunt: si Macrobio credimus ita scribenti. Nunc uideamus quæ sint duo hæc nomina: quoque pariter meminit cum dicit: quæ sidera & stellas uocatis. Neque enim res una gemina appellatiõne monstrat ensis: gladius: sed sunt stellæ quæ singulares erraticæ quæque & ceteræ que non admixtæ aliis solæ feruntur. Sidera uero quæ in aliquod signum stellæ plurimum compositæ formantur: ut aries: taurus: andromeda: Perseus uel corona: & quæque uariæ genera formæ in cælum recepta creduntur. Sed & apud græcos aster & astron diuersa significat. Et aster stella una. Astrum signum stellis coactum: nos sidus uocamus. Hæc differentia Macrobi pace nusquam reperit: ut apud eundem Ciceronẽ de uniuersitate: itaque nesciuit hos siderum errores. Et iteque. Toto igitur orbe constituto sideribus parẽ numerum distribuit animorum: & singulos adiunxit ad singula. Et li. ii. de natu. deorum

LIBER

Nam cum duo sint genera fideꝝ quoꝝq; alteꝝ spaciis mutabilibus ab ortu ad occasum commeans nullum unq; cursus uestigiū inflectit. Alterū autem continuans conuersiones duas: iisdem spaciis cursibusq; conficiat. Quint. in mathema. Quid hæc fulgentiū fideꝝ ueneranda facies: q; quædam uelut infixæ ac cohærentia ppetua semelq; capta sede collucet: alia toto sparso cælo uagos cursus certis ementiuntur erroribus. Quod nō sensisse Ciceronē: ut Macrobius uult: documēto est q; non proposuit stellas. Debet enim species generi: pars toto præponi: ut dicā de prudētia & uirtute huius. Dicam de facie Helenæ eiusq; pulchritudine: non autē e diuerso. Fateor tamē nunq; stellam dici arietē: taurum: andromedā: perseum: sed sidus: & hinc est q; dicimus hybernum sidus: & illud Quin. Nos graue huius anni sidus afflauit. Rescisere. Capi. cccxliii.



Esciscere. A. Gellius uult rem esse occultā & inopinātā insperatāq; cognoscere. Miror de hoc sollertissimo uerborū inuestigatore atq; censore: qui uocabulū hoc de facili difficile: declaro obscurū: de trito nouū: de exposito abstrusū secerit: ne dicā falso exposuerit. Nūquid si uideā hominem cælo uolātem: ut fecisse Dædalus Perseusq; fert: ut aliquē e terra prodire quale Thages fuisse ab hertuscis: aut satyrum aliquem semiuirū semicaprūq; quem se uidisse nōnulli scripsere: archana quædam naturæ peruestigauero: dicam rescisuisse. Nō opinor. Est igitur proprie resciscere rem postq; est gesta scire: quam nesciebas cum gereret: præsertim ad te tuosue pertinentem: ut Terentius in adelphis: Hem tibi rescisuit omnem rem: id nunc clamat scilicet.

Deprecor.

Cap. cccxliiii.

deprecor suppliciū idē. A. Gellius ait dictū esse: quasi detestor: uel execror: uel depello: uel abominor. Ego autē ita dici puto deprecor: ut precor & iprecor. Precor tibi bonū: pcor tibi malum. Sic deprecor liberationē: & deprecor poenā: illā ut potiar: hanc ut uitē. Ouid. lib. primo de ponto: Sæpe præcor mortē: mortē quoq; deprecor idem. Ne mea sarmaticum cōtegat ossa latus. Deprecor dixit: quasi precor mortē non dari mihi in hac terra. Nec mirū id fieri inde precor: cum fiat in magis usitatis: ut in defendendo. Siquidē dicimus defendo me: quod fere dicē: & nō nunq; defēdo ictus. Cice. de senectute: Vestitaq; pāpinis: nec modico tēpore caret: & nimios solis defendit ardores: cum præsertim mos romanus sit etiā prædicandi ne ueniat. Vnde tēpla timori: pallo ri: febri: aliisq; similibus fuere dedicata: & his ut ita dicā: numinibus fiebant sacra: quod etiā Virgi. pbat. Nigram hyemi pecudē: zephyris foelicibus albam. Neq; solū deprecari est uoce: sed etiam per ea: quæ instar uocis obrinere solēt uultum gestūq;. Etenim Bucephalum: qui præter unū Alexandrum: omnem alium incusabat sessorem non recte dixeris deprecari alios sessores: præter regem. Deniq; deprecor magis significat uel dicto: uel factō recuso: q; illa quæ. A. Gellius attigit.

Situs.

Cap. cccxlv.



Situs Priscianus inq; dicē p negligētia: ut Virgi. Sed te uicta situ ueriq; effoeta senectus. Sed nō ita est: potiusq; sordes illa & illuuiēs: qualis intra opaca domus: quæ diu nō repugnā ut inq; M. Fabius. Excitāda mens & attollēda sēper est: quæ i huiusmodi secretis aut lāguet cit: & quædā uelut in opaco sitū ducit aut cōtra tumescit inani p̄uasiōne huiusmodi igif quidam situs sedet in uultu: capite totoq; & corpore uetularū: & habitu præsertim inopū: qualem in illā Virgi. intelligit: de malefica anu ait Lucanus Foeda situ macies: qd̄ etiam pedorem possumus appellare: ut idē Lucanus. Longusq; in carcere pedor. Et Cice. in tuscul. Pedores muliebres. Fr iteq; Barba pedore horrida. Miror Priscianū hoc in loco a definitiōe Seruii descisuisse: qui hoc uocabulū proprie diffiniuit: inq; Sitis proprie est lanugo quædā ex humore procreata. sit autē in locis carētibus sole. Situs uero pro loci qualitate manifestum est: ut de situ Messānæ: & de situ Syracusarū.

Docilis: docibilis.

Cap. cccxlv.

docilis idē inq; est: qui facile docet: docibilis est qui facile discit quomodo penetrabilis q; in intimis est partibus. Penetrabilis qui facile penetra. Non currit ubinā legerim scriptum docibilis. Est enim cōsuetū magis preceptibilis: nisi apud ecclesiasticos atq; i aliū sēsum. Et erunt docibiles dei: dictū est quasi dociles: Nā Cyprianus super illud Pauli: Episcopū litigio sum nō contentiosum: sed mitem & docibile esse debere ait. Docibilis autem ille est: qui est ad discēdi patientiā lenis & mitis hoc ut ego sentio: idē est qd̄ docilis. Ratio tamen postulat: ut id significet quod ait Pri. eo quidem magis: q; habemus in eodem sensu docilis: ut superuacū fuerit duas uoces adeo cōfines: uni significationi dare: nisi dicimus simile hoc est illis æquale: & æq; bile de qbus dixit alio uolumine Insuper sensibile & sensibile: Luc. Ex insensibili ne credas sensibile nasci hæc duo pro eodem accipit. Extiale & extiabile. Virgil. i. vi. Sed me fata mea & scelus exciale lacenæ. His mersere malis Oui. vi. meta. Dumq; manu tentant trahere extiabile ferrū: Rationale & rationabile. Quinti. in. ii. Sed quia carent sermone quæ id faciūt: muta atq; irrationabilia uocant. Porro penetrabilis q̄tum mea fert opinio: non reperitur: sed penetrabile substantiuūq; nō adiectiuū. Penetrabilis adiectiuum qui facile penetrat: ut apud Virgilium: Penetrabile cælū: & penetrabile frigus: tum qui facile penetra: ut apud Liui. li. xlyi. Et in asp̄is locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat. Seruius quod penetrat inquit penetrabile dicitur: quod autē penetratur: penetrabile. In quorum priore dissentio: cum non sit

SEXTVS

neq; adiectiuum: ipse uult: exponens penetrabile frigus p penetrabile frigus: neq; significationis acti-
ua. Deniq; ut ad docilis reuertar: docillimus mea sententia faciet: potius q̄ docillissimus: qualia sūt



facilis: gracilis: agilis: similis: humilis. Numen. Cap. cccclyii.
Numen idem inqt: est dei nutus. Ante hunc Varro dixerat: numen dicunt esse imperium:
dictum a nutu. Vter horū commodius diffiniunt. Certe numē est impium potestasq; dei:
non at nutus neq; impium cuiuslibet. Sed Varronem de impio dei suspicor intellexisse.

Necatus & nectus.

Cap. cccclyiii.

Necatus idem inqt pprie ferro: nectus uero alia ui peremptus dicitur. Sed ego sentio gene-
ralem significationem necatus: specialem uero nectus esse. Cice. in rhetoricis: & in libris
ad Herennium: & alibi saepe ait. Veneno necatus. Quin. li. iiii. Hic est adulter loris caesus
aut fame necatus. Præterea nunq̄ nectus dicit sine certo genere mortis: ut nectus siti. Tā-
talus: nec tam mortuus: q̄ pmodum mortuus: sicut exanimatus p eo q̄ similis est mortuo: ut fa-
me: siti: situ eneati: quæ exempla sunt plurima.

Næ.

Cap. cccclyix.

Næ p ualde idem dixit: nec tamen solus Terē. in andria: Næ illa illū haud nouit. Mihi ui-
detur idē apud nos significare: qd' apud græcos: scribiq; cum diphthongo debere næ: qd'
est certe: ut apud eundē. Faciunt næ intelligendo: ut nihil intelligant: quasi faciūt pfecto
Hæc apud Cice. dictio frequēs est: ut de ora. li. iiii. Næ illud haud sane quemadmodū uer-
ba seruat & illuminet a magistris istis req̄ret. Apud Quin. cæterosq; eius æui rarissima: Næ cōponit
cum queo: cū scio: cum uolo: frequentius tamen sine compositione: appositā negatōe repimus illud
primū duo sequentia: adeo barbare putat. Ci. dicere non scio: & non uolo: licet nonnunq; apud ipsū
quoq; repiat. Ideo frequentissime legimus: haud scio: haud uelim. Idem Prisc. ait potius fieri potissi-
me: quod ego nusq; legi: sed potissimum.

Valeo.

Cap. ccccl.

Valeant q̄ inter nos dissidium uolunt: Donatus: Ser. & qdam alii sic exponunt pereant qui
hoc nobis uolunt: quæ uox & oratio aliena fuerat ab ingenio Pamphili pio & pbo. Cice.
Si deus talis est: ut nulla gratia: nulla hominum charitate teneatur ualeat. Quid. n. ppiti-
us est numiue: Nunq; dea irreligionis atq; eo imprudentiæ. Ci. uenerat: ut deo exitium
præcetur: Absit. Lactantii quoq; testimonio q̄ de hisipis Ciceronis uerbis ait. Quid. n. contempti-
us potuit dici in deum? Valeat inqt. i. abeat ac recedat: quando pdesse nulli potest. Vides ut Lactan-
tius cum uult Ciceronem fuisse contumeliosum in deum: non tamē exposuerit ualeat p pereat: sed
abeat ac recedat: Quāq; ut mihi uidetur non significatur p ualeat: q̄ habeat ille a nobis: sed q̄ nos
a se uale dicentes. Enimuero uale salutatio est recedentis: ut salue & aue uenientis. Quomodo ergo
uerbum salutantis potest accipi p mala præcatione atq; salutatione. Est at salutare & aduenientis:
& abeuntis. Vir. in. ix. Hanc ego nunc ignaram huius quodcunq; pericli est: Inq; salutata linquo.
Ideoq; nonnunq; reperimus salue etiam in discessu: hoc est in calce epistolæ. Cice. ad Tyronem. Va-
le mi Tyro: uale: uale & salue. Et itez. Etiam atq; etiam noster Tyro uale: medico Curio Lisoni de-
scripsi diligentissime. Salue: uale. Vir. in. xi. Salue æternum mihi maxime Palla. Aeternumq; uale. Nec
mige q̄ in fine loquendi reperimus salue: cum etiam ille q̄ aditur atq; salutatur: dicat salutare: quæ-
admodum q̄ abit & alternum a se dimittit: dicit uale: quod etiam græci faciūt: ut Homerus primo
iliados: χαίρειτε κρηνητες Διοσ. Ἄρχεοι ἡδ' εὐδ' ῥων. Neq; est apud latinos aliud uerbū: quo
adeunt nos respondeamus: q̄ salue: nisi more iam uulgari magis q̄ pbato dicamus bene ueneritis.
Idem uerbum apud eundem p ualde. xxii. iliados. Χα. ρε. μοι. ὠ. τ. ρ. ο. κ. λ. ε. ἀ. ν. α. ἰ. δ. α. ο. δ. ο. μ. ο. ι. σ.
Cice. ad Atticum indicatiuo huius uerbi usus est: dicens & saluebis a meo Cicerone. Plautus in tru-
culento prima positione utitur Salue satis mihi est tuæ salutis: nil moror: non salueo. Martialis etiā
dixit ualebis: Cum pguis mihi turtur erit: lactuca ualebis. Et cocleas tibi habe: pdere nolo famem.
Cætez ut ad institutum redeam: q̄ ualeat p execratione acceperunt: forsitan hoc argumento indu-
cti sunt: q̄ nonnunq; hoc uerbum langorem significat: ut idem de oratore: Sicut medico diligēti pri-
us q̄ conetur ægro adhibere medicinam: non solum morbi eius: cui mederi uolet: sed et cōsuetudo
ualentis: q̄ accipi p̄t ualentis p sani: & natura corporis cognoscenda est. Vnde ualitudo p langorē
frequentissime accipitur: & testes ualitudinarij nominantur. Idem Cice. ad Terentiam & ad Tyro-
nem: Valitudinem tuam cura diligenter: hoc est langorem & infirmitatem. Alibi p sanitate: Si nunc
ualitudini tribuamus aliqd: frequenter tamē apponimus adiectiuum: ut faustum uel infaustum: ad
distinguendum statum corporis. Sigdem indifferenter significat more sui primitiui. Dicimus enim ut
uales: quomodo ualuiti: qualiter ualet filius? Sic qua ualitudine es: qua ualitudine filius? Responde-
bis infirma: aduersa: mala ualitudine uel contra: bona: incolumi: optima ualitudine.

Vas: obses.

Cap. ccccli.

Vas inqt Varro appellatus ē: q̄ p altero uaditudimonium pmittebat. Cōsuetudo erat cū
teus pagz esset idoneus: & inceptis rebus p se altero daret. Videt Varro significare uadē
cū eē: quē fideiussorem uocamus: & uadimonium fideiussione. Nos hoc ne audemus ne-
gare ita eē qui possumus: Cum Varro oium sit consensu romanorū eruditissimus: & linguæ latinæ

LIBER

pitissimus: q̄ latinas litteras fecit: & latiniore: & litteratiores: q̄q̄ multi sunt q̄ eum i q̄busdam locis reprehendunt: quæ facultas præcipue discipulis Qui. adesset: longe Varrone doctioris atq; eloque tioris. Verx̄ ego non ausim reprehendere: sed tantum affirmare me non legisse duntaxat quantum aut recorder: aut intelligo uadem eum eē: q̄ uadimonium p̄ altero dat: si uadimonium significat fideiussionem: sed eum q̄ sponsor est alterius in capitis piculo: siue idem supplicii subiturus: siue pecuniam soluturus: ut apud Quin. in declamatione: quæ inscribitur amici uades: Et apud Cice. li. v. tusculanæ quæstionum de pythagoreis amicis: quox̄ alter diem mortis cum tyrannis dixisset: alter p̄ amico ad uisendam matrem ituro uas factus est. Et apud T. Liuium de ualeriõe capitis reo ita dicentem pecuniæ quantum æquum esset p̄mitti: uēiebat in dubiũ. Id ad senatum reuocatur. Reus dũ consulerentur patres: in publico retentus est: uades dare placuit: q̄ unum uadem tria milia æris pro aliis obligauerunt: q̄ daretur p̄missum ex tribunis. x. sinierunt. Tot uadibus accusator uadatus est reum. Hic primus uades publicos dedit. Quod Festus quoq; sentit: dicens uas sponforem significat in re capitali. Vadimonium quantum ego sentio: est sponso ad certum diem sistendi se in iudicio. i. comparandi p̄ se uel p̄ aduocatos: in oratione Cice. p̄ Quinto datur intelligi: ubi longa est altercatio de uadimoniis: altera pte dicente fuisse sibi uadimonia deferta. Altera uero nequaq; a se illa fuisse facta. Et Quin. de legato frumentario: q̄ ad præstitutum diem uenerat: inq̄. Nisi tamen ad uadimonium legatē uenisses: non multox̄ dieq; com meatum habebamus. Et hoc ipse Varro fortasse sensit: Obles autem est q̄ traditur imperio alterius ea conditione: ut si dator obsidis a fide recedat: recipientis sit ius in corpus & uitam obsidis. Quod præcipue inter potentes commertium est: qui non habent superiores ad quos pro iustitia prouocent.

Decurio.

Cap. cccclii.

Præuicaces Vulpianus inq;: eos appellamus: q̄ causā aduersariis suis donāt & ex parte actoris in partē rei cedūt. A uariacō enim præuicaces dicti sunt. Idē alibi: Præuicator at̄ ē q̄ si uariator: q̄ diuersam partē adiuuat p̄dita sua causa: quod nomen Labeo a uaria certatione tractum ait. Nam qui præuicacat̄: ex utraq; parte cōsistit. In prima diffinitione uidetur sentire præuicationem in solū actorem cadere. In secūda uero etiā in reum. Sed forsitan & hic de solo actore sentit: cui assentiri uidet̄ Martianus qui ait. Accusatorū temeritas tribus modis detegit̄ & tribus pœnis subiicitur. Aut enim calūniat̄: aut præuicacatur: aut tergiuersatur. Calūniari est falsa crimina intendere. Præuicacari uero uera crimina abscondere. Tergiuersari in uniuersū ab accusatione desistere. Et post iterū: Præuicacatorem esse eum ostendimus: qui colludit cū reo & trāslatione munere accusandi defungitur: eo q̄ proprias quidē dissimularet probationes: falsas uero excusationes admitteret. Quod nos quidē uerum fatemur esse: legemq; antiquitus de præuicacatorū pœna fuisse ut Ci. in phil. li. ii. Vereor. P. C. ne quod turpissimū est: præuicacatorem mihi apposuisse uidear. Cæterum ne præteream. quod Cicero in partitionibus ait præuicacationem nunc diffiniri ab accusatore: nunc ab eo corruptelam esse iudicii. Reperio nōnunq; præuicacatōrē ex parte rei quoq;: neq; perfidia tantum ac malitia: sed imprudentia etiā & negligentia peccantem. Quinti. in. vii. Ut in præuicacatorum criminibus: ut absoluat̄ reus: aut innocētia ipsius sit: aut iterueniente aliqua potestate: aut ui: aut corrupto iudicio: aut difficultate p̄bationis: aut præuicacatione nocentē fuisse cōfiteris: nulla potestas obstat: nulla uis corruptū iudiciū nō quærens: nulla probandi difficultas fuit. Quid superest nisi præuicacatio fuerit: Hic pro p̄fidia accusatoris accipit. Alibi uerō aliter. Sed de una causa loqui superuacuum est. Ergo in uniuersū neq; oratoris puto esse unq; præuicacari: neq; litē intellige in qua pars utraq; idē uelit. Ideoq; præuicacatorem appellamus quicumq; a præscripto officii deflexerit atq; oberrauerit. P̄sinius li. xix. Arator nisi icuruus præuicacat̄. Plinius iunior ad Cornelium Tacitū. Alioquin præuicacatio est trāsire dicēda. Præuicacatio est cursim & breuiter attingere quæ sunt inculcāda: infigenda: repetenda. Et Adam præuicacatū fuisse dicimus. Tergiuersari uero nō est tantū intelligo ab accusatione desistere. Illi uident̄ trahere ex hoc significationem q̄ qui terga uertunt a pugna desistūt. Verūtamen nō protinus q̄ terga uertūt a pugna desistunt: ut parthi. Itaq; qui uertentes terga adhuc tamen pugnant: nec se uictos rationibus uolūt agnoscere tergiuersant̄. Ci. in offi. li. iii. Atq; in his tamen tribus generibus quoquo modo possunt: non icallide tergiuersant̄. Prudentiam introducunt: scientiā suppeditantem uoluptates: depellentē dolores: fortitudinē quoq; alioquo modo expediunt cū tradunt rationē negligendæ mortis perpetiendiq; doloris: et temperantiā inducunt non facillime illi qdē: sed tamē quoquo mō possunt. Dicunt. n. uoluptatis magnitudinē doloris detractionē fieri. Nunqd q̄ hæc dicunt: aut desistunt ab incusatione: aut accusasse se indicant. Idem p̄ Roscio comcedo: Attēde quæso Piso Fannii uultū: & huc atq; illuc tergiuersantē testimonium cōtra se dicere cogor. Erat at̄ Fannius accusator: quē si oīo ab accusatione desisteret: nō insequeretur iure patrimonii. Cice. Sed uictū nolle tamē dare magnus obiurgat. Liui. lib. ii. ab urbe cōdita: Mouebāt consulem hæc: sed tergiuersari res cogebat. i. nō agnoscere ueritatē: & eā quibuscūq; po-

SEXTVS.

terat rationibus dissimulare: & quasi subterfugere. Tertium at uerbum ab eodem Martiano diffinitum: de calumnia loquor: meretur & ipsum aliquam emendationem: quod non modo apud Cice. p. cauillatione accipitur: non illa quidem mouente risum: sed ea quæ Cice. ipse non utitur: ut de offi. lib. i. Existunt etiam sæpe iniuriæ calumnia quadam & nimis callida ac malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud summum ius: summa iniuria: sed etiam apud Quin. nonnunquam: ut ibi. Quauis exiguo diuisus spacio opem non ferret: non succurunt: ut hac saltem se calumnia defendat: non abiit: non reliquit: non abcessit: neque pede quod aiunt uno a parente discessit: aliosque complures: quoque & Caius est: usu quoque pbante p. quem utraq; pars iurat de calumnia uitanda: nimirum de cauillatione: eo magis: quod calumniari p. cauillari dicimus: quæ uox quattuor primas litteras habebat: easdem eum calumniari: Postremo pbatur hoc ex illo digestorum loco: cuius titulus est. Si mulier uentris nomine calumniæ causa in possessione fuisse dicatur. Calumnia scilicet ibi intelligitur dolus malus.

Ferri portariagi.

Cap. cccclxxi.

Ferri proprie dicimus Caius inquit quæ quisque corpore suo baiulat. Portari ea quæ quis iumento secum ducit. Agi ea quæ animalia sunt. In hoc ipse Caio assentior: ni quod portare est etiam suo corpore: interdum etiam magis quam ferre. Quis. n. neget iumenta portare: quæ cum homines imitantur: & ipsi portare dicuntur. Teren. in andria: Mi homo quid istuc obsecro: quo puer portat. Horati. Ne forte sub ala Fasciculum portes librorum: ut rusticus agnum. Et ab hoc composita deportauit Verres amicam de prouincia. Deportauit Pompeius beneficio Ciceronis tertium triumphum multi imperatores uictorem exercitum reportarunt: quasi reduxerunt. Agere autem non uno modo dicitur: sed de uno tamen non tacebo. Marti. li. i. epigrammatum. Semper agis causas: & res agis Attale semper. Est non est quod agas Attale semper agis. Si res & causæ de sunt: agis Attale mulas Attale ne quid agas desit: agas animam. Cælius ad Ciceronem. Hortensius cum has litteras scripsit: animam agebat. i. expirabat.

Conuitium.

Cap. cccclxxii.

Conuitium apud Vulpianum iniuriam esse Labeo ait: quasi male dictum iniuria non sit. Addit idem Labeo: Conuitium autem dicitur uel a citatione: uel a conuentu: hoc est a collatione uocum. Cum enim in unum complures uoces conferuntur: quasi conuitium est. Sed quod additur a prætore aduersus bonos mores: non omnem in unum collatam uociferationem prætorem notare: sed eam quæ bonis moribus improbatur: quæque ad infamiam & inuidiam alicuius spectat. Et iteque: Conuitium autem non tantum præsentis: uerum absentis quoque fieri posse Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam uenerit te absente: conuitium esse factum dicitur. Itæ si ad stationem uel tabernam uentum sit: pbari oportere fecisse conuitium non tantum is uidetur quociferatus est: uerum is quoque qui concitauit ad uociferationem alios: uel summisit qui uociferarentur. Et paulo post: Ex his apparet non omne malum dictum conuitium esse sed id solum: quod cum uociferatione dictum est. Et siue unus: siue plures dixerint: conuitium est: quod in cœtu dictum est. Quod autem in cœtu nec in uociferatione dicitur: conuitium non proprie dicitur: sed infamiam gratia dicitur. Ex ipsa uero etymologia argumentum significationis Labeo sumit. Sed cum falsa sit etymologia: falsa erit & diffinitio: cunctaque falsa sit diffinitio: falsa erit & etymologia. Quis. n. Labeoni tribuat? Conuitium a conuocatione aut a conuentu dictum: aut a collatione uocis: quasi conuitium: cum sit alia propria magis siue etymologia: siue expositio p. compositionem a con & ueritium: uel a conuito: quasi uitandum: & uitupationis causa factum. Habet autem conuitium ut non breuem: ut uitium: sed longam: ut uitio. Et licet conuito aliud significat quam conuitium: si modo significat idem quod inuito non obstat: cum a suo quoque simplici quod est uitio: in significatione magis distet: quam conuitium a suo siue illud sit uitio: siue uitium. Ipsa quoque præpositio cum in bonam & in malam rem accipi solet: ut conuitio p. proficio: & p. eo quod est consauciando trucido. Inde confectores ferax. Conuitium igitur a uitium: uel potius a uitio descendit: ut uitupo: tametsi non omnino repugnem scribi per. c. ut quibusdam placet: non per. t. Et hoc quidem de etymologia: quasi pro labeone Vulpianoque: non pro me faceret: tamen diffinitioni repugnare audeam: nusquam reperiens apud summos uiros hanc differentiam custoditam inter conuitium & maledictum: inter quæ & si qua est: hæc erit: quod conuitium est maledictum contumeliosum. Quin. in. vii. Sic autem præpabit actione prima iudicum aios: ut uoluisse potius obicere: quam non potuisse credat: eoque satius est omni se ante actæ uitæ abstinere conuitio: quam leuibus aut friuolis: aut manifestis falsis reum incesse: quæ fides cæteris detrahit: & quod nihil obicit: omisisse credi potest maledicta: tanquam supuacua: quæ uana congerit: confitetur uanum in ante actis argumentum. Ex his uerbis plane datur intelligi: nec uociferatione utique fieri conuitium: nec aliud esse quam maledictum. Ci. p. Cælio: Maledictum at nihil habet propositi: præter contumeliam: quæ si petulantius iactat: conuitium: sine facietus: uerbanitas nominat. Illud at uerbum inuidiam: quo Labeo sine Vulpiano utitur. Quid mirum si Accursius non intelligit: quod in institutionibus ubi dicitur. Appellatione at tigni omnis materia significat: ex qua ædificia fiunt: sic interpretatur: ut cements: ut lapides: immemor a iuriconsultis exponi materiam pro ligno ad ædificia utili. Quamquam Cato: & Varro: & Columella: & plinius: quod de agricultura scripserunt: alii quoque uiuam etiam arborem particulamque illius materiam appellant & breuiter omne lignum.

Versicoloria.



Et versicoloria apud iuriscōsultos uocant: quæ natiuū colorē mutauerunt: ut uestes si albæ sunt aut nigræ subnigræ: quales ex lana nō tinctā solēt esse. Coloriæ: si in colorē aliū tinctæ sint: uersicoloriæ nominantur. Cæterū uix in hunc sensum reperimus. Nā Cice. Collū columbi pauonisq; & eius caudā uersicolorē uocat & nōnulli aquā maris: uel q; uersat & mutat colorem subinde uel potius q; sit discolor: ut apud Pli. li. xxxvi. Vbi tamē sciendū auctoritatē fuisse maculoso marmori q; facere: & Paro Cycladæ: insulæ: una æqua: & a Lesbō: liuidius hoc uersicoloresq; maculas habens. Et in eodē primū ut arbitror uersicoloris istas maculas chiorū lapidicini ostendunt: cum extruerent muros. Et in xxxvi. Veluti cum calculi fiunt quos quidē abaculos appellat alii quos & pluribus modis uersicolores. Et in. xv. Ingens postea turba prunorū uersicolorū nigra: candida: ordeacea appellata a comitatu frugis eius eodē colore: & i. xxv. de uersicoloribus uiperarum maculis: & in. xxviii. nullū animal pauidius existimatur: & ideo uersicoloris esse demutationis: p qd' apparet collum columbæ pauonisq; & caudā aquamq; nō ideo uersicolorē dici: q; uersat colorem: sed q; diuersū colorē habeat. Alioquin satis habuisset Pli. dicere. Et ideo uersicolor est: nec adiungere de demutationis. Neq; uero uestes ab hac significatiōe cōmuni excipiendæ sunt: putāde solæ ipsæ uersicolores: ita demū dici: si lana tinctā confectæ fuerint: ut apud Quin. Dum in his de q;bus erit quæstio meminimus: nō athlætātoros: sed militum lacertos esse: nec uersicolorem illam: qua Demetrius Phalereus dicebatur uti: bene ad forensē puluerē facere. Apud. T. uero Liuium est secundo punico bello interdīctū fuisse matronis: ne uersicoloribus uestiretur: qd' qualiter accipiendū sit: Valerius Maximus lib. ix. significat. dicēs. Quā foeminæ tollere cupiebāt: q; his nec ueste uarii coloris uti: nec auri plus semiūcia habere: nec iūcto uehiculo propius urbē mille passus: nisi sacrificii gratia uehi pmittebatur. Idem Liuius alibi ait: Corpus alteri magnitudine eximium: uersicolori ueste pictisq; & auro cælati refulgēs armis. Profecto de uarii coloris ueste locutus est. Et iterum: Tunica auratis militibus uersicolores: argentatis lintæ candidæ: Nam illud Virgil. Versicoloribus armis: exponit. Seruius depictis per quod bellicosus ostenditur.

Penes te: apud te.

Cap. cccclxxiiii.

P Enes te ut Vulpianus ait: amplius est: q; apud te. Nā apud te est qualitercūq; a te tenetur: penes te est qd' quodāmodo possides: & ante hunc Festus Pompeius apud & penes in hoc differunt: qd' alterum personam cum loco significat alterum personam & dominum ac potestatem: quod trahitur a penitus. Personam cum loco Festus accipit pro personam & locum: ut apud Platonem & apud forum: id est in Platone & in foro. Quorum utriusq; diffinitionem probō. Illudq; addo penes dum tantum ad personam refertur: non modo dominum adesse significare: uerum etiam laudem ac uituperationem: De laude: ut Cice. in Bruto: Cuius penes quos laus adhuc fuit: non fuit rationis ac scientiæ. De uitupatione: ut Qui. in gladiato. Vereor ne inexpiabilis illius & sæpe reprehēsiō odii culpa uideat penes patrem: qui tam facile irascit. Illud quoq; quod crebro usurpamus. Fides penes auctores sit in laudem uituperationemq; simul accipit: quasi laus ueritatis aut uitupatio falsitatis penes auctorem sit ad quem spectat: fidem rei cuius auctor est facere. Ad me certa ista uel laus uel uituperatio non spectat: qui hoc nō affirmo: sed ad alterum auctorem relego. Quod de laude & uitupatione dico idem accipio de commodo & incommodo: ut Liuius. Penes eosdem pericula belli: penes quos præmia essent. Nonnunq; etiam loco seruit: sicut apud Ciceronē libro. iiii. ad Herennium. Ita petulans es atq; acer: ut ne ad solatium quidem: ut mihi uidetur: sed penes scenam: & in eiusmodi locis exercitatus sis. Penes scenam: id est apud scenam.

Patres maiores: liberi: posteriores.

Cap. cccclxxv.

P Atres sicut Paulus usq; ad tritauos apud romanos pprio uocabulo nuncupant: Vteriores qui nō habēt speciale nomē: maiores appellant. Itē liberi usq; ad trinepotē ultra hos posteriores uocant: sed cū uenia Pauli neq; usus hoc neq; ratio cōsentit. Omnes enim q; ante nos fuerunt: utiq; q; liberos reliquerūt: atq; id i nostra ciuitate maiores dicunt. Qui uero post nos posteriores. Ci. i. Salu. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi: ut si prius noti nō fuerint: a me accipiāt initiū memoriæ suæ. Tu tuis uita quā turpiter egisti: magnas effudisti tenebras: ut etiam si fuerint egregii ciues: certe uenerint in obliuionē. Nunquid Cicero ait se præluxisse his tantū qui supra tritauū fuerunt: Salustiū uero tenebras effudisse? An potius ut quisq; a Cicerone atq; Salu. recētissimus erat: ita illi maxime horū utrūq; uel præluxisse: uel tenebras effudisse? An si quis claris maioribus ortus quereretur: nō multo magis is dicatur: qui patrem auū: proauum: abauum: atauū: tritauum clarum: ceteros autē obscuros habuit: q; qui ista ecōtrario? Hoc ne ipse quidē Paulus negaret. Insuper patres nō opor usq; ad tritauos posse deduci. Cum enim dicimus patrū memoriā aliquid factū esse: de proxima ætate semper itelligimus: nō de illa sexta. Et iā dixi de maioribus & patribus: uideamus de posterioribus siue posteris. Idem Cice. eundem locū sic prosequitur. Quare noli mihi antiquos meos obiectare. Satius ē enī me meis rebus gestis florere: q; maiorū opiniōe niti: & ita uiuere ut ego sum posteris meis nobilitatis initiū: & uirtutis exemplum. Ita opinor non pertinebat ad filiū

SEXTVS

non ad nepotem: non ad p̄nepotem: non ad abnepotē: nō ad ātenepotē: nō ad trinepotem: Tulliana nobilitas & uirtutis imitatio: sed a filio trinepotis inceptura: q̄a ab eo posteritas tulliana inicitū acceptura erat: cū potius eēt acceptura occasū. Idē alibi: Nec uero dubitabat agricola: q̄uis sit senex quæ rēti cuius erat respōdes diis immortalibus q̄ me non accipe mō hęc a maioribus uoluerūt: sed ēt a posteris p̄dere. Taceo q̄ Caius Caigula uolebat solos filios posteros eē: nec iura cōcessa posteris ad nepotes p̄uēire: sed ne causari queat: nō positum exemplū posterorū: sed posteriorū eē. Quin. i. xii. Maluit enī uir sapiētissimus qd̄ sup̄esset ex uita sæpe perire: q̄ quod p̄terisset. Et quādo ab hoībus suis r̄p̄is p̄p̄e itelligebat: posteriorū se iudiciis reseruauit. Nescio tamē an potius legēdū sit posterorū: ut intelligāus hoc: q̄ illud nomē eē usitatus: & nō mō ad eos: q̄ ex nobis geniti sunt: sed ad uniuersos q̄ post nos erūt: p̄tere. In eundē opionis errorē incidit Seruius: q̄ i. viii. æne. ait. Miores nō dicimus nisi quotiens graduū deficit nome: ut pater: filius: nepos: p̄nepos: abnepos: antenepos: Vbi isti gradus defecerunt: merito iā dicimus miores. Sicuti enī maiores dicius post patris: auī: p̄auī: at̄auī uocabuntur: eoq̄ q̄a cū Seruio expositore Virg. agimus Virgiliāo ex p̄rio ænei. Hūc lætū tyriisq̄ diē: Troiaq̄ p̄fectis Esse uelis: nostrosq̄ huius memisse minores: Quis non uidet Didonē locutā de parentibus q̄ tunc erant: eorumq̄ filiis: natisq̄ natorum: & qui nascuntur ab illis: Non autem de filiis antenepotum: & deinceps qui illius diei memisse non poterant: nisi id a parentibus accepisset.

Victus.

Capi. cccclxxvi.

Victus uerbo Vulpiani inq̄r cōtinet q̄ esui: potui: cultuiq̄ corpis: quæq̄ ad uiuēdū hoī necessaria sūt: uestē quoq̄ uictus h̄re uicē Labeo ait. Cætera q̄bus uiuēdi curādiq̄ corporis nostriq̄ corporis gratia utimur: ea appellatiōe significatur: Nec hoc q̄dem: aut rat̄io: aut usus p̄bauit. uictus a uiuendo uēit. At uiuere sine uestitu cultuq̄ corpis: licet ut in æthiopia: sine ei potuq̄ nō licet. Ideoq̄ semp̄ distincta hęc duo repimus: & semp̄ addi alterū: de uestitu loquor: q̄a alterū qd̄ est uictus hoc ēt significatū non cōplectit̄: alioq̄n non diceret̄ uictus & uestitus. Significat enī uictus genus uitæ: q̄tū ad mores: ut q̄bus cū q̄s uiuat: & a q̄bus instituat̄: & q̄bus moribus. Ac neq̄ de penu iuriscōsultis assentior multa: quæ ad uictū non p̄tinet penu cederē uolētibus. Potior apud me breuis illa Cice. diffinitio erit in li. de natura de. Est enī oē quo uestiur hoīes penu.

Inter pignus & hypothecam.

Cap. cccclxxvii.

Inter pignus hypothecam tantū noīs sonus differt: Hęc Martianus. Vulpianus uero p̄prie pignus dicius qd̄ trāsit ad creditorē. Hypothecā aut̄ cū non trāsit possessio ad creditorē. Ego magis cū Martiano sētio. Iustitia. uero cū uulpiano īstitu. dicēs: Nā pignoris appellatiōe eā p̄prie cōtineri dicius: quæ simul ēt tradit̄ creditorī: maxie si mobilis sit. At ea quæ sine traditiōe nuda cōuētiōe tenent̄: p̄prie hypothecæ appellatiōe cōtineri dicius: Sed nō eē hęc differentiā: ex eo argumētatum ē: q̄ alterū latinū: alterū græcū suæ deseruiēs linguæ. pignus at̄ nō tā r̄tū creditorī dat̄: sed iter pares secū decertare mutuo offerit̄: & apud sequest̄rē depōit̄. Vir. i. buc. Ego hęc uitulā ne forte recuses: Bis uēit ad mul̄trā: binos alit̄ ubere foetus Depono: tu dic̄ mecū quo p̄pignore certes: Qui tamē sensus rarissimus ē. nam illo figurato crebrius utimur: ut apd̄ eundē. Ip̄e pater dextrā anchises haud multa moratus Dat̄ iuueī: atq̄ aium p̄senti pignore firmat̄ q̄si di. securū fecit: ut q̄ dat̄ pignus. A p̄prie significato dicius pignero & oppignero: qd̄ est do aliquid arra boni: quā qd̄ā arram uocant̄: & repignero: qd̄ est recipio pignus soluto debito. p̄pter hęc uerba q̄dam: quorū ē Priscianus: existimāt pignus ī hūc sensū & ī aliū p̄ximū h̄re gr̄tūm pignero: si illū ī quo significāus filiū & p̄abusionē cōiunctissimas sanguie p̄sonas h̄re gr̄tūm pignoris. Vnde enim oppignero: & repignero inq̄nt h̄remus: nisi pignus pignoris faceret̄: Nō inepta q̄dem rō: sed qd̄ respōdebūt: q̄ cū habeamus foenus foenoris: facit tamen foenero & foeneror. Idē Priscia. ait antiquos dixisse & foeneris: nec tamen ut ei credamus exemplo probauit. Quid q̄ ex frigus frigoris sit refrigero. Quid q̄ ex tepus teporis sit tempero: ex littus littoris sit oblittero: ex penus penoris ut sentio: sit penetro: addita ē. q̄si ad locum penoris intro: Tam enī penus q̄ penetro breuis prima syllaba ē: ac mihi quidem propria & uera pignoris significatio esse ea: unde uerba deriuantur: uidef̄. Nihil enim illi alii significato cum his uerbis: & filii non alia: ut sentio: rōne appellati sunt pignora: nisi q̄ pignus quoddam inter coniuges sunt: tum uinculi: ne aliter forte diuortium fieret: tum charitatis: cuius rei argumētum est q̄ legimus sæpe pignora filiorum: ut apud Suetonium in Tyberii uita: Communis filii pignora & iterum tam marium qui foeminarum pignora.

Ferruminatio. Capi. cccclxxviii.

Ferruminatio Cassius apud Paulū ait per eandem materiam facit cōfusionem: plūbarura nō efficit. Idē sentire uidef̄ Pōpo. dicens: Si tuū scyphum aliēo plumbo plumbaueris aliēno argēto ferrumaueris: nō dubitat̄ scyphū tuū esse: & a te recte uēdicari. Scyphum enī argenteū intellexit. Cū his plæriq̄ nō sentiunt: quorū ē Plinius: q̄ li. x. ait: Nanq̄ furculo super bina oua imposta: ac ferruminatio alui glutino subdita ceruice medio æqua utrinq̄ libra deportat̄: alui ferruminatio dixit quasi agglutinatio illa. Idē. xi. Et medulla ex eodem uidef̄ ī uēta rubens in senectute albescens: nō nisi carnis ex ossibus & cruribus iumētōrū aut canum: quare fracta

non ferruminatur: quasi non glutinatur nec coalescit ac colligat. Idem, xxxi. Garris Arabia oppido muros domosq; massis salis faciunt aq; ferruminantes: quasi glutinantes. Idem, xxxvi. Ea maxie caq; fulto calcis sine ferrumine suo cemeta componentes: quasi dicat glutine. Et in eode: Virtus sulphuri cocostum ferruminatur in lapides: quasi glutinat in lapides. Idem, xxxvii. Infestatur plurimis vitis scabro ferrumine: maculosa nube occulta aliqua uomica pduro fragiliq; cetro: quasi glutino & commissura: siue iunctura: siue ligatura. Ergo ferruminatio non utiq; per eandem materiam facit confusionem: sed interdum quoq; per aliam plubatura per solum plumbum efficit confusionem: ut ipsum indicat nome: si haec confusio dicenda est.

Seruus.

Capi. cccclxxxix.

Seruus ut e apud Vanuleium ta ueterator q; nouicius dici potest: sed ueteratorem non spatio seruiendi: sed genere & ca esse aestimadu Caelius ait. nam quocunq; ex uenalicio nouiciorum emptus alicui misterio ppositus sit: statim eu ueteratoru numero esse. Nouiciu autem non tyrocinio ai: sed conditioe seruitutis itelligi: nec ad rem pertinere latine sciat necne: nec ob id ueteratorem q; liberalibus studiis eruditus sit. Apud Vulpia. sic scribit: Praecipit aediles: ne ueterator p nouitio teneat. Et hoc edictu fallacis ueditoru occurrit: Vbiq; eni curant aediles ne emptores a uenditoribus circueniant. Vt ecce pleriq; solent mancipia: quae nouicia non sunt: quasi nouicia distrahere: ad hoc scilicet: ut pluris uendant. Praesumptum e enim ea mancipia quae rudia sunt: & suppliciora esse: & ad misteria aptiora & dociliora: & ad oem misteriu abiliora. Trita uero & ueterana difficile e reformare: & ad suos mores formare. Quia igit uenalicariis sciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem: iccirco interponunt ueteratores: ut p nouiciis uendant quid tam cotrarium q; haec duae iurisperitorum sententiae. Quid magis absurdum: q; non dico inter eas non iudicasse: sed eas aut ambas scripsisse: aut contrarias esse non uidisse. Et qto plura in rebus & coiectura dicunt esse debent: cum in uerbis tot sint: & tam manifeste contraria. Ego ut instituto officio fungar: & inter hos duos sententiam feram quando alterius diffinitio a me tolli non potest: potior mihi uideatur Vulpiani opinio. & cum caeteris superioribus conuenire. Venalicarii mangones dicuntur uenalium hominum. Martialis: Milia pro puero centumue mango poposcit.

In annos: quot annis.

Capi. cccclxxx.

Nihil interesse Pöpo. ad Vulpia. scribit utru i anos singulos: uel quot mensibus: an i singulos dies: uel quot diebus legeret: ipse quoq; huic fetetiae accedo: p inde & si ani legentur tot aurei: id e erit dicendu. Corrupte est illud uulpiane atq; Pöponi linguam latina: non adiuuare. Quis unq; dixit: quot diebus. & non potius quotidie. Quis et quot mensibus: & non singulis mensibus: Cur et non addimus: quot horis: quot noctibus: quot lustris. Quod siq; hoc mo: loquat: itelligemus qd e ex ipsa uerboz serie qd uelit: tamen ut barbare locutu reprehedamus: & ne deinceps ita loquat admonebimus. Non aut formulam aliis loquendi trademus: ut uos facitis. labolenus melius: uiuit (inquit Falerni q; domi nascetur quotannis: uel in singulos anos binos culeos haeres meus Titio dato. Quidam aduerbium hinc dicunt: quod est annuatim: ut Plin. lib. ii. dicens Herodoto teste: qui tradit singula milia talentum annuatim thuris pensitasse arabes regibus persarum.

Inter turbam & rixam.

Cap. cccclxxxii.

Inter turbam & rixam testimonio Vulpiani rectissime Labeo ait multum interee: namq; turbam multitudinis hoium esse perturbationem & centum. Rixam etiam duoz. Videt Vulpianus & Labeo sentire turbam suapte natura significare multitudinem. Ideoq; turbam in altero sensu ee perturbationem multitudinis. Ego uero potius primu ac naturale sensum esse p perturbationem: qd docet uerbu ex ea significatione ductu turbo turbas: perturbo: deturbo disturbo coturbo: quae nequaquam ad sola multitudinem referunt & turbo turbis: & non turbidus q e iracundus et contra unu: & multa turbida dicunt. Ipsa quoq; graeca origo τυρβη in hunc eudem sensum. Caeteru qa multitudo non fere uacat perturbationem: & ipam appellaus turbam & colluuiem hoies uiles & cotemptos dicimus & faecem & sentina: uon q hoies sint sordes: sex: sentina: sed q sordida & abiectam uitam agant. Terentius in Andria: Sed si tu denegaris ducere: culpa in te tibi oem transferet: tu illae turbae fient: inter quos haec turbae fient: Nempe inter Sinonem & Pamphilu: in quem omnis culpa transferretur: ergo turba erit inter duos. Et idem in eadem ait. Dii nostram fidem: qd turbae est apud foru: qd illic hoium litigatur. Ego non nego aliquado turbam inter multos: quemadmodu rixam non semp inter duos: cuius multa exempla sunt etiam inter plures: ut apud Liuium. Eo ano Romae cu i ludos a fabinoru iuuentute per lasciuia scorta rapentur concursu hoium rixa ppe proelium fuit. & non longe post: Cum conuersus in partes esset: consilium inter cursu rixa sedata est. Sed Terentius forasse ideo adiecit quid hoium illic litigat: qa uerbum turbae non satis significationem erat perturbationem esse multorum. Quanq; & illud turbae non minus p multitudine hominum accipi pot: q pro perturbatione: cum psertim de perturbatione adieciat quid illic hominum litigat. Sed de uno loco non attinet disputare ubi infinita suppeditant. Dixi a turba fieri turbo cuius genitiuus gramatici quidam uolunt ee p ludicro illo instrumeto turbonis: quod uel ex hoc esse documentum est: q formam acumine fastigiato uocamus turbinatam ad similitudinem ligni illius. Falluntur igit ipsi gramatici in turbo turbnis. quomodo in cardo cardonis: quod nec ipsum inuenitur.



Ignominiosa autem missio (si Iuliano credimus) totiens est quotiens is qui mittit adiicit nominatim ignominiam se committere. Semp enim debet impator addere cur mittat. Sed si eum exauctorauit: inter infames efficit: licet non addidisset ignominiam eum exauctorauisse. Pace tamen Iuliani: exauctorare est ducem ab impio suo dimittere: uel missum. facerem litteris: illumque donare missione militum plerumque: ut apud Quinti. in milite mariano: P. huic emeritis bello stipendium: tunc cum tota subnixum. Numida fregimus Iugurtham: exauctoratas armis manus agresti labore subegit. T. L. Iulius ab urbe condita li. xxxv. Volonum quoque exercitus qui uiuo Graccho summa fide stipendia fecerat: uelut exauctoratus morte ducis a signis discessit. Et in. xxxix. Vbi hoc modo exauctoratum equitum cum gratia impatoris uiderunt se quoscumque excusare & uicarium accipere. Et in. xlii. Vbi is uisisset: omnes milites exauctorati domum mitterent: praeter quoniam milia socium his obtineri circa Ariminum puinciam satis esse. Idem lib. xlv. Postero die concione aduocata de rebus a se gestis: & de iniuria tribuni bello alieno se illigantis ut suae uictoriae fructu se laudaret: cum deseruisset milites exauctoratos dimisit.

Depectus.

Depectus si Vulpiano credimus: dicitur turpiter pactus. Mihi autem pro simplici potius accipi uideatur id quod in multis fit: ut demiror: deambulo: desumo: demostro: deolculor: depigo: depolco: deuito: degusto: demoror: depcor: demulceo: Quod si quando repiat pro turpiter: quod non memini repisse me: id fit non magis uel propositio quam hoc uerbum componit quam uel ipsius uerbi: quod citra compositionem nonnunquam turpem passionem significat. Cice. in paradoxis: Si quotidie fraudas: decipis: polcis: pacificeris: aufers: eripis: Si socios spoliis: ararium expila. Si testamenta alicorum expectas: ac ne expectas quidem: atque ipse supponis. Haec utrum abundantis an agentis signa sunt. Exemplum uero quod depectus non significat turpiter pactus. sed tantum pactus apud Terentium in Phormione. Ita me bene diu amet: ut mihi liceat tamdiu quod amo frui: iam depasci mortem cupio. Tale est hoc Terentianum illud: quod illud Virgilianum: Vitamque uoluit pro laude pacisci. Illud quoque apud M. Tullium in rhetorica. Quidam cum circumfideretur: neque effugere ullo modo posset: depectus est cum hostibus ut arma & impedimenta relinqueret: milites educeret. itaque fecit armis & impedimentis amissis: propter spem milites commouit. Non est accipiendum pro turpiter pactus ab auctore esse positum. Quippe qui causam narrat: de qua controuersia est an ille turpiter pactus sit: non autem factum hominis dicit: & aliquotiens factum hoc paulo post pactum uocat: & in libris ad Herennium hanc eandem rem gestam ita exponit: ut quod erat sui officii neque accusaret: neque excuset: sed tantummodo pactum inter Pompilium & gallos ita fuisse significet. Hanc controuersiam ab accusatore atque ab reo declamandam proponat.

Gemmae: lapilli.



Gemmae lapillosque Vulpianus sic distinguit: dicens: Gemmae autem sunt plucidae materiae: quae ut refert Sabinus ad Vitellium. Seruius a lapillis eo distinguebat: quod gemmae essent plucidae materiae: uelut smaragdi: chrysoliti: amethysti: lapilli contrariae superioribus naturae: ut ab sciani: neuetani. Margaritas autem nec gemmis nec lapillis contineri: satis constituisse idem Sabinus ait: quia concha apud rubrum mare & crescit & coalescit. Myrrhina autem uasa in gemmis non esse Cassius scribit: Hoc falsum est pace horum quattuor iuriscosultorum: cum omnes auctores probant: quorum Plinius titulum de gemmis non translucens fecit: & myrrina in gemmis numerat & omnes lapides preciosos propter margaritam nomine uno quod tantum latina lingua habet gemmas appellat: tum ipsa ratio. Nam quod non uidet lapillus: quod generale est nomen omnium uerborum lapidum: sed subtellectione preciosum idem esse quod gemmula. Nam gemmas etiam accepimus multorum cubitorum inueniri: quas ut lapides non lapillos appellare possumus: ita cum minutae fuerint lapillos appellare debemus. Quod si hi lapides tam grandes translucidi siue perlucidi non fuerint: quales sunt imperfecti. Numquid uocabimus eos lapillos. Quid hoc ridiculum magis: Quod si etiam omnis lapis lucidus gemma est etiam paruum marmor: quod in modum uitri translucidi est: gemma erit. Postremo repimus eiusdem coloris lapides quosdam permixtim constare ex plucidis & non perlucidis: & ita permixtos natura ut non possit propter appellare gemmam: propter lapillum. Curtius libro. viii. Cum dixisset gemmas margaritasque mare littoribus infundit: paulo post de eisdem indidit ait. Lapilli ex auribus pendent perfecto plucidi intelligendi sunt. Et iterum lib. x. De rege indo pendent ex auribus insignes candore ac magnitudine lapilli. Margaritam uero siue margaritam quod negare lapillum possit: quae semper est pusillus lapis. Ego quidem candidos illos lapillos ex indi regis auribus pendentes margaritas interpretor. Hora. cum inquit Nec magis huic intra niueos uiridesque lapillos. de margaritis & smaragdis intellexit. Margaritam autem sicut lapillis forsitan negotia gemmis fateor non contineri quod fere omnes concedunt. Seruius tamen grammaticus quasi multi aliter se sentiunt: inquit sane multi separant gemmam a margarita: ut Cice. Nul lam gemmam aut margaritam & gemmas uolunt dici diuersi coloris. Margaritas uero albas uel gemmas integras margaritas proferas. Haec Seruii opinio ab omnibus & ab ipsa ueritate dissentit. Est enim margarita quae in concha nascitur. Et conchylium dicitur quam uulgo perlam appellant. Haec est uocatur unio: ut idem Plinius ait. quia nunquam nisi indistincta repiatur: estque generis masculini. Nam fecit

minini illud: quo nunc p nuanimitate utuntur. nec auctoritate nititur. Nescio enim apud quem te periat: nec arte: cum deberet esse masculini potius generis: ut talio: stellio: curculio.

Laurentii Vallensis patricii romani commentariorum grammaticorum secundum linguæ latinæ elegantiam libri ultimi finis.

Laurentii Vallensis ad Ioannem Tortellium aretinum cubicularium apostolicum de reciproca tione sui & suus.

Ingeniaris tua Ioannes Tortelle tum erga me beniuolentia de meis q̄tulæcūq; sunt literis opinio: hisq; p̄cipue quæ ad eloquentiã spectant: facit ut quicquid de elegantia linguæ latinæ: q̄ primus ad eloquentiã gradus est amoto: id oē ad te potissimū scribā cum p̄sertim nihil eius generis tam exiguum proficiatur a me: quod non tuo iudicio: ne dicam amori: magnum esse uideatur. Non repudiabis igit hoc tanq̄ exiguum quod de p̄nomine sui cum eius deriuatio annotauit uelut appendicem quæstionis illius ubi quæ sunt huic cum genitiuis primæ ac secundæ personæ communia: quæ admodum seis differuimus. Nam illic quæ trium oīum: hic uero quæ unius tantū propria sunt: explicatur: eatenus prorsus quatenus pertinet ad reciproca tione. Huic dicat aliquis p̄xigua p̄xiliscq; materia: nec satis scribi digna. Isti ego: inuitandus est. n. in principio maxie contemptus operis. affirmit nō talem sibi introgresso eam uisum iri. sed magnam profundā sinuosam similem: quæ labyrintho euidā etiā si minotaurus nō inesset: ut uere liceat Virgiliano uersu dicere. Hic labor ille domus & inexplicabilis horror. Vbi ut nō pleriq; falleremur: nō mō plæbei: sed etiā principes in dicēdo ac Teleo pares: q̄ filio illo Ariadnes aut nō utimur aut abutimur. Neq; de nostra tantum memoria: uerū de aliquot iā proximis sæculis loquor in quibus uix quispiã uitio hoc nō laborauit: uel utēdi isto pronomine: cum nō oportet: uel non utēdi cū oportet: At quæsitato: q̄ necessario quantæ etiā dignitatis uocabulo. Etenim ut superfedā de genere hoc toto dicere: quantū grāmatis dialecticis: philbophis utiq; in his quæ metaphysica uocāt q̄tū theologis: iurispitis: oratoribus: quantū deniq; omnibus sermone utentibus conducit rez uerborumq; iterpretatio: quod propriū est elegatiæ certe hoc: cuius uim: iusq; interpretamur: tantifaciēdum ē inter cætera uocabula quāti Plutō inter reliqua numina trium maximorū deorum: & unus & frater tertius. Rides uicissim cōparationis hyperbolem. Tu uero uel per me licet rideas: tecū una etiam risurum: cū inq̄ Hora. Ridentem dicēte dicere uerū nil uitat. R. ideas inq; non derideas. Nam & propius ad ueritatē accedet. mea superlatio ridicula q̄ tua cū detractioe derisio. nec nihil bella neq; iuconcinna: nec inepta sane cōparatio erit. Siquidē quæadmodū tres filii Saturni: si uetustati credimus: omnia iter se diuifere: ut iupiter cælū. Neptūnus mariā Plutō inferos fortiret. ita tria pronomina & inter se germana: & inter cæteras uoces primaria: tum omnem personarum numerum complectūtur. Ego simile ioui: cuius prima est dignitas: tu simile Neptuno: cuius secunda: sui simile Plutoni: cuius tertia: tum omnia per totidē deriuatiua cuiusq; singula sibi uendicant. Nam quid est q̄ non meum: aut tuum: aut suum dici queat: & licet sui non contineat tertiam omnino personarum: tamen illius ueluti fons est: perq; ipsum ea tota nuncupatur: ditius nimirum ac locupletius utroq; aliorum: quoniam plures uoces possidet tertia persona q̄ reliquæ: & hinc quoq; Plutoni comparandum: qui Diis a diuitiis: & eadem cā grāce Pluton appellatur. Eo quidem magis: q̄ sicut Pluton defectum lucis sentit: eiusq; imperium omne ex alieno pendet orbe: q̄ hinc illuc animæ descendunt sine quibus non existeret illius regnū ita sui & defectum nominatim habet: & nisi regimen eius aliud dependeat: nequid subsistere: & qd̄ ad rem maxime facit: quemadmodum Plutone p̄fide bene maleq; factorum iudicia exercētur: sic in usu dictionis eius bene maleq; loquentes p̄cipue iudicantur. ut qui ex hoc iudicio absoluti discesserint: hi optimo iure tanq̄ ad elysium eant: cumq; Virgiliano Anchisa dicant. Quisq; suos patimur manes: exinde per amplum Mittimur elysium: & pauci læta arua tenemus. Quare si pronomē istud tanto deo comparari potest: cur eius tractatio perexigua perp̄xilil existimetur. Libuit iocari Ioannes: dum nostram materiam: munus uidelicet in te meum non esset tantopere contēnendum ostendere uolumus sed idipsa tractatio planum faciet: meq; nō modo potuisse illam labyrintho cōparare: sed fortassis etiam intus minotaurum: id est desperationem habenti. De cuius natura & usu cum alii ueteres grammatici nonnulla: tum Prisc. cui inter hos fere tribuitur palma: permulta precipiti: & haud scio an ulla de uoce diligentius: ut mirer sic lapsam loquendi cōsuetudinem defluxisse de uia. Nos cuius erroris causas ut aberrantes reducamus: in uiam quo ad falsitas feret aperire: & siqua præterea tradi potuerint: forte diligentius tradere conabimur.

In quo distent sui & suus inter nos & græcos.

Cap. cccclxxxv.

Rincipio quoniam Prisci. plæraq; ad græcam figuram reuocat. & hoc in primis p̄nomē quo de agimus iudicandum est multa esse cum alibi. tū uero hic inter nos græcosq; dissimilia. Primum ap̄ illos sui. i.

nō frequēti sane in usu. & suus. i.

Euor
de phis
ipsum
ni ut ui
ponit
quæ h
hoc ipm

cū tamē

iuenio n
titur: Qu
p altero
pro me
quæ apu
ue accipi
num ign
bus a gra
nulli: sic



catur me
repetita
struunt
cus tran
um aud
li suus se
lius hoc
scatur p
sonam se
mō & no
possessio
tamen po
neo: pro a
us ab Aer
merus ip
referunt
primitiu
utimur: u
transitio
dictū pos
primitiu
possessio
sui p̄ris m
randum:
rum: ut r
q̄ rogat: c

fione: cum
stincta sin
Ait domu
tatis. Rex
se sicut exp
confitef cū
mus. p̄fici
uerbum: ut
Quapropt

SEXTVS

ΕΥΘ ΚΑΙΟ ΦΕΤΕΡΟ in minus frequenti esse. apud nos uero q̄ frequentissima & q̄sitatissima. De
de phis duobus apud eosdē aliud p̄nomen. i. usurpari quod pprie ē ipsius: ipsi
ipsum ipso. uel ex utroq; cōpositum . & licet nonnihil differant. tamē crebro illud p̄ hoc po
ni ut uix scias qd̄ iter ipsa ter sit. Neq; me fugit ad sigandā differentiā illud aspirari solere: cum p̄ hoc
ponit: sed ne scio an omnes id scriptores obseruarint: Certe nec oēs editiones seruatum habent: &
quæ habent uix ubiq;: & si ubiq; haberent: non tamen in totū linguæ latinæ responderet. Præterea
hoc ipm̄ cōpositū primæ & secundæ p̄sonæ accommodari nō solum tertiæ: ut

apud nos si uerbum sit e uerbo: absurdissimū attendite nobis sibi: siue uobis sibi ip̄s
cū tamē significet uobis ip̄s. Postreō apud Homē: & siq; sunt alii sexcētis in locis repiri
hoc ē sui sibi se. p̄ eius ei eum eo: siue p̄ illius illi illū illo. Cuius auctoritatē imitatū nost̄e

iuenio neiem: ita & suam naturam interdū deserit hoc p̄nomen: & in locum suum aliud succedere pa
titur: Quod nobis adeo denegatum ē: ut sicuti mei & meus: tui & tuus: ita sui & suus nequeat altez
p̄ altero poni: cum non latina sit: sed barbara oratio. ego amo amicū mei uel tui: hic amat filium sui
pro meum tuum suum: & hic me credit oīa facere amore meo: odio tuo: inuidia sua: pro mei: tui: sui
quæ apud græcos non est differentia. Siq; dem ut alibi probauimus: sui ut mei tui nostri uestri: passi
ue accipitur. Suus uero ut meus tuus nostrū uestrū: noster uester possessiue uel actiue: quod Priscia
num ignorasse ob græcam forsitan imitationem: quam mirum tam uerū est. Cum ergo tot sint qui
bus a græca nostra dissentit oratio: non quid illi dixerint est intuendum ne in eundem in quē non
nulli: sicut ostendam errorem incidamus: sed quid nostri: quorum auctoritate utamur.

Non esse tria genera: sed reciprocationem sufficere. Cap. cccclxxxvi.



Aec p̄fatus ad rem ip̄am uenio. Eius tria Priscia. genera facit: unum qd̄ uocat reciprocū:
cum hoc p̄nomen in seipm̄ reflectitur: ut Cato amat se. Alterum quod uocat trāsitionē
cum per deriuatiū eius loquimur: ut Cato amat suū filium: siue Catonem amat suus fi
lius. Tertiū quod uocat trāsitionē: cū accedat alterū uerbū: uel in primitiuo sic. Cato p̄
catur me ut sui filii miserear. Sed optimū fuerit eius ad litteram subiicere uerba: eaq; aliq̄to longius
repetita: quoniā nō in unius tātū quæstiois usum repetent: quæ hæc sunt. Possessiua uero modis cō
struuntur tribus: cū uerba uel a possessore in possessionē: uel a possessionē in possessore: uel extrinse
cus transferunt. A possessore in possessionē: ut doceo meū filiū: doces tuū discipulum: docet ille su
um auditorē. A possessionē in possessorem paret mihi meus filius: paret tibi tuus cliēs: paret il
li suus seruus. Extrinsecus: ut doces tu uel ille meum filium. doceo ego uel tu suū illius filiū. Sed me
lius hoc p̄ trāsitionē. ut rogat ille ut doceā suū filium. Cum sit enim relatiū exigat ut prius cogno
scatur p̄sona possessoris sui: ad quam referat. Et sciendum q̄ omnia possessiua possessoris qd̄em p̄
sonam secundū primitiuum significant. Possessio uero ipsa tertiā est p̄sona: ut meus: tuus: suus: quo
mō & noīa q̄bus coniungunt: ut meus pater: tuus filius: excepto uocatiuo: q̄ solus in primæ p̄sonæ
possessiuis inuenit: cum secundæ copulatur p̄sona: ut mi pater: o mea tu: o noster Chremes. Omnia
tamen possessiua in gtōs primitiuorum etiam uerbis sociata possunt resolui: ut amicum meum mo
neo: pro amicum mei. Et Euandrum filium Turnus interfecit: pro Euandri filium: & Daunius fili
us ab Aenea uictus est: pro Dauni filius. Hoc autem interest q̄ uoce possessiui genus & casus & nu
merus ipsius possessionis ostenditur. & substantiua qd̄em uerba possessiuis coniūcta ad possessores
referunt: ut tuus filius sum & meus pater es. & suus ē illius seruus & aliquanto posterius. Nos uero
primitiuis qd̄em. i. sui sibi se a se uel per reciprocationē: ut sui potior sibi indulget: uel p̄ trāsitionem
utimur: ut hortatur me ille ut sui potiar. rogat te ille ut sibi indulgeas. Possessiuis uero cū ī illis fiat
trāsitio: ut sui serui misereat & suo seruo prodest & suum seruum diligit. Nec aliter tamē pōt supra
dictū possessiū tertiæ p̄sonæ construi cum aliis extrinsecus personis nisi per retransitionē. quomō
primitiuum eius. i. nisi prius a possessore eius p̄ficiscat in aliam uerbū personā. & sic ab illa rursus ad
possessionē tertiæ: sicut ad se: ut rogat ille me ut suus seruus ministret mihi uel tibi. precatur me ut
sui p̄ris miserear. petit te ut suo prolis filio. obsecrat Cicero Varronem ut suum erudiat natū. Et no
randum: cum a tertia in tertiam fit trāsitio p̄sonam: in dubium uenit possessio ad quam p̄tineat ea
rum: ut rogat iste illum ne suo noceat filio. Ambiguū cuius filio suo istius an illius. i. rogatis: an eius
q̄ rogat: quomō & apud græcos

dubiū sit utrū Platonis an Aristotelis suum. Non uideo qd̄ opus fuerit hac diui
sione: cum & alia genera seu aliæ spēs esse possint ut p̄sterius apparebit. neq; hæc ip̄a satis iter se di
stincta sint. Quæ enim spēs hæc erit. Cato cupit me aicum sibi uel suum. Optat te coli a se & a suis.
Ait domum tuam se auctore extructam siue sua pecunia: reliquam reipu. testimoniū meæ ī se uolū
tatis. Rex est domi suæ lætus sua gloria: sua quenz̄ delectat. Terra per se stat: & alia plura. Ut fortas
se sicut expeditius ita satius fuerit hæc oīa appellare reciprocationem. Quod p̄pmodū Priscia. ip̄e
confiteat cū longe post inquit. Nō aliter tamen hoc fit nisi prius a tertia p̄sona uerbū aliquod: ut dixi
mus. p̄ficiscat ad aliā extrinsecus personam. & sic ab illa p̄ retransitionem ad eam reciprocetur aliud
uerbum: ut rogat me ille ut ad se ueniam. petit te ut sibi des. hortatur milites impator ut potiantur.
Quapropter hoc tanquā generali uocabulo nō ausim dicere solo uti possumus. n iii

Quod ex eo dictum est: q̄ sicut reciprocatur spiritus cum recipitur: & unda uicissim alius us littus. Et Euripus ad pristinum subinde cursum rediens reciprocus est: ita hæc p̄noia alterum primitiuum: alterum deriuatiuum ad id unde p̄dierant: reuertuntur: quod gr̄a uocant. Priscianusq; interpretatur sui passum: & sui passionem cum dure: tum minus apte: quia sui: ut diximus tantummodo passiue accipitur. Satis autē erat reciprocum & reciprocationem dixisse.

Quomodo soloecismus admittatur in sui & suus.

Cap. cccclxxxiii.

Hac quidem quomodo sit utendum: ex superioribus liquet: quoniam autē mō alig ea abutantur: Priscia. ostendit inquiring. Tertia uero p̄sonæ possessiuū sine uoce altera significante possessorem suum non potest adiūgi alii p̄sonæ per se. Si enim dicam seruus suus mihi: uel tibi: soloecismum facio. Prope modum ipse p̄ceptor hoc p̄noie abusus ē. Nā ego dixissem ipsius: ut referat ad possessiuū potius q̄ suū quod referri uidet ad uocē alterā: qd̄ illic non sentit: de quo latius postea. Sed cur de primitiuo soloecismo omisit exēpla: quæ res multum faciebat ad hoc uitiū deuitandū: ut ego dixi sibi. Nō est sibi curæ resp. Tu fuisti secū pro eo qd̄ ego dixi ei: nō est ei curæ resp. Tu fuisti cū eo: An q̄ temporibus eius i hoc nunq̄ aut uix unq̄ peccabatur: Quippe cā hac quoq; tēpestate minus in sui peccet: q̄ in suus: Sicut enim d̄to & abltō postposita p̄positiōe cum put exēplis docui: & nonnunq̄ forsitā gr̄o: ut feci amore sui: uulgus: utitur ita non utitur actō ablatiuoq;. Quis. n. sic loquitur: uidi se: p̄go ad se: indigeo se: redeo a se. Profecto q̄ sciā nullus. Ut si recte rōcinant: minor sit eius p̄s: in qua peccat: utpote nō plane per duos cāus: Aut uero i suus p̄ oēs. Per ntūm: quale fuit Prisciaī exēplū: & in apposito: ut hoc ē opus suum: p̄ obliquos ut ego sum amicus patris tui: tu non places filio suo: legisti librum suum. pone hoc ad pedes suos: libris suis fruor in hortis suis coenauimus: pro eius siue ipsius: siue illius. Quæ dici non latine: siq̄ ratio ita reddi potest: in primitiuo quidem: q̄ cum inter hunc modum loquendi quem reformidat: & illum quo utimur: nihil interest: palam est eos: semper enim falsa seipsa conuincit: sua cōfessione peccare. Ut nuper quædam gr̄æcarū litterarum ignarum: quem q̄ negares p̄ter loquēdi consuetudinē dicendum esse Aristoteles ita sum percontatus: nonne Aristotelicos omnes dicunt. Cūq; ille respondisset etiam ergo inq̄ uestro testimonio dici debet Aristoteles: non aristotiles: ut fieri posset aristotelicus. In deriuatiua autem quod consequens est: cum sit hoc eiusdem naturæ: q̄ illi tanq̄ genitori uel domino: uel duci non licet: id huic uel filio: uel militi non licere.

Prima causa cur sui & suus abutimur p̄ eius: uel ipsius uel illius. Capi. cccclxxxix.

Ab hoc iussu tatum: & ab hoc pmissu legit: hoc at iussu & pmissu: hæc iussa & pmissa faciunt Syllius lib. vi. Ire iubet campis eqtem: ruit ipse citatum Quadrupedem planta fodiens: scutataq; raptim Consequitur iussu manus & muralia portat &c. Et lib. ix. Nec iussu mora: collectis fumantia lucent Terga elephantoz flammis &c. Aulus Gel. lib. ix. c. xx. hæc scribit. Atteius capito publici priuatiq; iuris pitissimus qd lex esset hinc uerbis diffiniuit. Lex inq; est generale iussu populi aut plæbis rogante magistratu &c. postea subdit: Nam nisi populus aut plæbs rogetur nullu plæbis aut populi iussu fieri potest. Apparet igitur hoc iussu iussu iussa pluraliter efferre. Et pmissu pmissa: Cum pmissa etiam in plurali substantiuum sit. Lau. li. i. c. ix.

E diuerso iugerum in singulari secundæ: in plurali tertie est declinationis: non autem ut ait Priscianus iuger iugeris. Cum omnes dicant in singulari iugerum: & in plurali iugeribus &c. Manc. Tit. xi.

Priscianus lib. vii. ita inq; dicitur tamen & hoc iugus iugeris. In uenalis iugeribus paucis lumbos donare clientis. Itaq; recte dixit. Pomponius. n. Meia li. iii. De Araxe ita scribit. Frangit se subide ad opposita cautiua: atq; ob id ingenti cum murmure sonansq; deuoluitur adeo citus: ut qua ex præcipiti casurus est in subiecta non declinet statim undam: sed ultra q; canalem habet euehat plus iugeris spatio sublimis & aq; pendentibus semet ipsum sine alueo ferens &c. Et Tibullus li. ii. inq; Prædator cupit immensos obsideri campos: Ut multo innumeram iuge pascat ouem. Plinius item li. xix. c. xix. ubi de capris meminit sic scribit. Cætero capras ter fossa solo feri iubent extirpatis radicibus herbarum in iugere denas libras &c. Variabimus igitur huius iugeris. Ab hoc iugere: hæc iugera: horum iugerum: his iugeribus: hæc iugera. o. iugera: ab iugeribus. Hoc uero iugerum: huius iugeri: huic iugero: hoc iugerum. o. iugerum: ab iugero: hæc iugera: hæc iugera. O iugera: nec ulterius. Lau. li. i. c. x.

Apertile latus quod aptum est: ut Ouid. de tristibus Aspicias a dextera latus hoc ad apertile tauri. Manc. Tit. xii.

Apertile non quod apertum est dicitur: sed quod aperitur uel aperiri potest: ut uersatilis axis qui uersatur: plicatilis crista: quæ plicatur: uel plicari potest: hoc pacto Ouidii illud exponi debet. Lau. li. i. c. iii.

Comparatiuum pro minori accipi q; ipsum positiuum habeat ait Prisci. ut Vergi. Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes. Tristior enim hic ex parte tristis accipitur. Sæpe per se positum pro ipso positiuo: ut comites senioris acestæ: pro senis. In quoz utroq; est causa: cur aliqd nos addamus. Nam illud tristior plane pro tristis: non pro ex parte tristis accipitur: ut ait Quint. Vtimur uulgo cõparatiuis pro absolutis: ut siq; se infirmo appellans non dixit pro minus q; infirmus: Et hoc senior potius pro ualde senex q; tantum senex: ut idem Quinti. de isocrate: Eoq; iam seniore: octauum enim & nonagesimum compleuit annum percipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. Et Ouid. de tristibus: Sospite sic te sit natus quoq; sospes: & olim Imperium regat hoc cum seniore senex. Manc. Tit. xiii.

Recte quidem meo iudicio exposuisti Laurenti Tristior pro tristis: & senior pro ualde senex: Nã & alio in loco idem Vergilius inquit hoc heliinus facit hoc æui maturus acestes. Et lib. vi. de Charonte ait: iam senior sed cruda deo uiridisq; senectus: Vbi item pro ualde senex exponendum est: quod datur intelligi per uerba illa. Sed cruda deo uiridisq; senectus: q; quis enim ualde senex charon esset: atramen crudus & uiridis erat. Verum illud ulterius addemus q; senior etiam pro magis senex accipitur. Seneca enim epistola. lxxv. ita scribit. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit: non est beator eo: cuius inter pauciores annos terminata est uirtus. o. ii.

Lau. li. i. c. xv. De comparatiuo.

Nam inter duos: ut dixi: damus genitiuum. Quidam dant genitiuum etiam ubi plura duobus sunt sed tantummodo ecclesiastici: praesertim imitati graecos auctores unde interpretantur: Nulla. n. licet era est latina noui testamenti. Dicunt ergo Maior discipulorum: Minor frater &c.

Manci. Tit. xiiii.

Nulla enim littera est latina noui testamenti Laurentius inquit: quod secus esse alibi ipsemet confitetur: Ait namq; li. iii. c. xxii. Tale enim in euangelio: Sermonem quem audistis non est meus: quod in graeco hoc est sermo: non sermonem. Vnde interpres noster transferens maluit latine q̄ grammaticae ioqui &c. Parcius igitur agendum erat.

Lau. li. i. c. vx.

Quin ipse Priscianus q̄q̄ dissentit tamen paulo post quasi imprudens quod negauerat confessus est Prior referri ad unum: primus ad plura: quod antea Diomedes Donatus & Seruius dixerant.

Manc. Ti. xv.

Prior nō solum ad unum refertur: sed etiam ad plures. Nam Aulus Gellius li. xiiii. c. vii. refert Varonem in litteris quas ad Oppianum dedit scripsisse ita. Quotiensq; usu uenisset: ut omnes isti magistratus eodem tempore Romae essent: qui eorum prior aliis esset: ei potissimum senatus consulendi ius fuisse. Salustius item in Iugurtha: scribit Micipsam Masinissae filium Iugurthae Manastabalis fratris sui filio ita dixisse. Caeterum ante hos te Iugurtha: quia aetate & sapientia prior es: ne aliter quid eueniat prouidere decet &c. Ante hos autem intelligit Adherbalem & hyēpsalē filios suos Micipsa.

Lau. li. i. c. xvi.

Igitur superlatiuus asciscit sibi quisq;: relinquit autem omnis uel cunctus positiuo: ut optimus q̄ sapientissimus quisq;. p̄ eo quod est unusq; q̄ est bonus ac sapiens. Vel omnes boni & omnes sapientes: Non. n. liceret dicere boni q̄q; & sapientes q̄q;: Nec omnes optimi: & cuncti sapientissimi.

Manc. Tit. xvi.

Boni quiq; & sapientes quiq; latine non barbare dicitur. Apuleius. n. prima oratione inquit. nāq; peccatum semel ut bonus quisq; sollicitus cauet: ita &c. Tranquillus de Othone: ferebatur & uagari noctibus solitus: atq; inualidum quēq; obuiorum: uel potulentum corripere: ac distento sago inpositum in sublime iactare. Tacitus lib. xii. Trepidatione uulgi inualidus quisq; obtritus.

Lau. li. i. c. xvi.

At uero Comparatiuis non quisq; conuenit: sed omnis. Vegetius tamen non perpolitus sane scriptor inquit honestiores quiq; milites: pro honestissimi quiq;. Et lactantius de opificio. Nā si ita eēt placidiora quaeq; animalia: uel nihil fellis oio: uel minus haberent q̄ fere. Maluissim ego dicere oīa placidiora animalia &c.

Manc. Tit. xvii.

Vegetium & Lactantium recte scripsisse Quintilianus ostendit. Nam lib. ii. c. iii. ita inquit. Erit ergo etiam obscurior: quo quisq; deterior.

Lau. li. i. c. xix.

Per positui proprium est: q̄ superlatiuo: ut perpulchre perbelle: q̄ pulcherrime: q̄ optime. hoc intelligitur: quotiens accipitur q̄ pro ualde siue uahementer.

Manci. Tit. xviii.

Quam pro ualde posituius etiam rite iungitur. Caesar lib. iiii. com. de bel. gal. Vt q̄ celerem atq; in stabilem motum haberet: id est ualde celerem Gellius lib. xiiii. c. ix. Immo inq; potius nos & q̄ audaces & q̄ licentes sumus: qui frontem improbe indocteq; non uirili genere dicimus &c. Item lib. xvi. c. ii. Eratq; hoc sane q̄ utile exercitum ad conciliandas nobis ubi uenisset usus uerborum sententiarumq; elegantium recordationes. Apuleius libro octauo: Sed heu tu inquit charitate q̄ probe ueste contactus omniq; comite uiduatus prima uigilia fores meas tacitus accedas. Syllius lib. iii. Magnis q̄ laeta fronte sacerdos Exceptos hospes tectis inducit Aristas. Tullius in Lelio: quam multa enim: quae nostra cā nunq; faceremus: facimus causa amicorū &c. Plinius li. xxxiii. c. xiii. Quare quae: nisi ut q̄ multi eas conferui inferrēt? Scribit ea Plinius de lanciu nūero & pōdere. Praeterea q̄ pro ualde comparatiuo quoq; recte adiungitur: non solum superlatiuo & positiuo ut Patuit. Tullius li. v. tus. Abacosq; q̄ plures ornauit argento auroq; caelato. Seneca in epistola. lxxviii. Conuocauit q̄ plures amicos. Tullius lib. ii. ad herennium: postea admonuimus causas esse q̄ plures in quibus &c.

Lau. li. i. c. xix

Quam pro quantum: nunquam cum superlatiuo: semper cum positiuo.

Manci. Tit. xix.

Quam pro quantum superlatiuo quoq; adiungi solet. Varro enim libro secundo de canibus ait Quam paucissimos relinques: tam optimi in alendo fient: Cato item in re rustica capite. lxxv. Quam acerbissima olea erit: & oleum facies: tam oleum optimum erit.

Lau. lib. i. c. xxviii.

Fore qdē habet uocem infinitiui ut esse: significationē uero p̄cipii quod est futuru esse: nō tantū esse licet forem fores foret idē sit qd' essem esses esset. Quare cum noīe iungi debet fore non cū p̄ti

epio: ne duo
rum fore: sed
cum futuru
erat uerberan
passiuum futu

Participiu
epistologae
officio fore
bam honori
men asseris id
erit futuru uo

Quidam no
est iam urbs i
stantiuo geru
in ablatiuo.
Amandi &
li. xvii. ita scri
mi uolumini

Dico aliud
ue ad coenan
ticipium futu
eo. Atq; in p
damnandum
sciendum esse
sciano respo
cusatum ire
te. uideo acco
accusandum

Idem esse
Idem namq;
nandum esse
uo esset futu
esse posset/

Mutatur a
hoc iuris ha

Id item in
tes gracia B
nis accersitu

Versus cōtr

Versus eu
pximus ad

Procul apu

Dicimus
rex potui ex
Sint pcul a

Age singu

Age & sin
leri. hac. li. ii
fultis. Item

epio: ne duo pricipia simul confundamus. Spero te amatorem uel amicum fore: non autem amatum fore: sed tantum amatum. ne uidearis hoc dicere te futurum amatum: quod ratio non patitur cum futuro superuacuum sit. Idem de participio passiuo futuri: Timeo te uerberandum fore: satis erat uerberandum: uel adiuncto infinito uerberandum esse &c. postea subiicit Sicut & participium passiuum futuri in nomen reuertitur: tuncque et recipit fore: ut spero hunc puerum admirandum uigere fore. Manc. Tit. xx.

Participium passiuum futuri et si in nomen non reuertitur legimus recipere fore: Tullius. n. li. iiii. epistolae familiarium in epistola quadam ad Appium pulchrum ita scribit. Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando experendum studium tuum: sic cum de tuis rebus gestis agebatur in seruiam honori tuo. Et li. ix. Digestorum sic legitur: sufficeret id praestari quod praestandum foret. Sed tamen asseris idem esse forem fores foret: quod essem esses esset. Ouid. quoque participio futuri in nomen erit futuri uocem iunxit. Ait. n. li. ix. met. Siquis tamen hercule siquis Forte deo doliturus erit &c. Lau. li. i. c. xxix

Quidam non indoctus hac aetate scribere ausus est: iam iam urbs in periculo capiendi est: pro eo quod est iam urbs in periculo est ne capiatur: Siue hostis praesentis abest a capienda urbe: Cum semper sine substantiuo gerundiu accipiatur actiue: aut si a neutro uenit neutraliter: nisi aliquando ut ostendimus in ablatiuo. Manc. Tit. xxi.

Amandi & huiusmodi gerundia in di passiuo quoque praeferi inuenimus: Iustinus. n. siue Trogus est li. xvii. ita scribit. Athenas quoque erudiendi gratia missus: de regio quodam puero dixit: & in prologo primi uoluminis ait. Quod ad te impator Antonine non tam cognoscendi quam emendandi causa transmissi. Lau. li. i. c. xxx.

Dico aliud esse Oratum esse: & Oratum ire. Ego quidem coenaturus sum: non tamen eo coenatum siue ad coenandum. Et scio te coenatum esse: sed non prius ire coenatum: uel ad coenandum. Nam participium futuri cum uerbo substantiuo non habet actionem illam & motum: quem habet uerbum eo. Atque in passiuo fuerat uerisimilius si dixisset: quo etiam frequentius utuntur auctores: idem esse damnandum esse & damnatum iri. Nam eodem loco dicere possumus Credo peccatum meum rescindendum esse: & rescitum iri &c. Postea subdit: Denique ut eo reuertar unde egressus sum & semel Prisciano respondeam: non idem esse oratum ire & oratum esse. Alter praesentis temporis est: ut uideo te accusatum ire me. i. nunc. Alter futuri: ut uideo te accusatum esse me. Et tamen accusatum iri me abs te. uideo accipitur pro eo quod est uideo te: uel accusatum ire me: uel accusatum esse me: Vel abs te accusandum esse me. Manc. Tit. xxi

Idem esse oratum ire: & oratum esse satis patere potest uel solo infinitiuo huius uerbi eo si ita idem namque est itum ire & iturum esse. Adde etiam quod uti & tute ipse asseris in passiuo idem est damnandum esse & damnatum iri. Quod quidem esse non posset: nisi damnatum ire in actiuo infinitiuo esset futuri temporis. Quo enim pacto id quod in actiuo praesentis est temporis: in passiuo futuri esse posset? Itaque Priscianus optime docuit. Lau. lib. i. c. xxxvii.

Mutatur autem e in u. Repetendarum enim erat dicendum: sed tertia coniugatio praeter ceteras hoc iuris habet: ut litteram hanc immutare possit &c.

Manc. Tit. xxiii.

Idem item in quarta coniugatione licere Aulus Gellius li. xv. c. vi. ostendit. Nam ita scribit. Redemptes gratia Brundisium nauem aduertimus: ibi quispiam linguae latinae litterator roma a Brundisii accersitus Experiendum sese uulgo dabat &c.

Lau. lib. ii. c. viii.

Uersus contra naturam praepositionis semper postponitur: ut Italiam uersus: Megaram uersus &c.

Manc. Tit. xxiii.

Uersus euphoniae gratia quodque praepositur potius: hinc lib. i. de lingua latina Varro dixit: Cluius proximus ad florales usus uersus capitolium uersus: quod quidem euphoniae gratia fecisse apparet.

Lau. li. ii. c. xi.

Procul apud quosdam casui seruit. Apud Curtium procul urbem.

Manc. Tit. xxv.

Dicimus quoque procul oceano: & procul ab oceano. Plinius. n. li. v. c. x. de nido ita inquit. Originem ut iuba rex potui exquirere in monte inferioris mauritaniae non procul oceano habet. Et phaedra ouidiana ait Sint procul a nobis iuuenes ut foemina coepti. Catullus ite procul a mea tuus sit furor ois haera domo.

Lau. li. ii. c. xvi.

Age singular est numere desiderat: Agite plurali. Agedum uero non singularem tantum sed et plurali &c.

Manc. Ti. xxvi.

Age & singulari & plurali iunctum legimus. Staius. Ite age & obsessis uigile circudate flammam. Valerius. Ite. li. iiii. Vos age funereas ad littora uoluite syluas Et socios lustrate rogos. Plautus. i. Stichus. Age fultis. Item Age licemimi. Praeterea Sicuti Agedum utriusque numero iungitur: ita Agedum plurali solu.

Liuus libro.vii.N ostrū inquit peditum illud milites est opus:Agitedum ut me uideritis quacumq;
incesso in aciem hostium ferro uiam facietem:sic pro se quisq; obuios sternite.Et Paulo inferius
Agitedum ite mecum &c.

Lau.li.ii.c.xxv.

Habent tamen aliquando nescio quid differentiae in utendo:Cur nanq; non dicimus.Neq; autē
sicut neq; uero &c.

Manc.Ti.xxvii.

Neq; autem qui dixerit:recte quidem.Apuleius enim li.i.floridog; sic ait.Procōsulis autē tabella
sententia est:qua semel lecta:neq; augeri littera una:Neq; autem minui potest &c.

Lau.li.ii.c.xxv.

Contra non dicimus Non uero:sicut non autem,Vt sum tibi amicus Non autem assentator &c.
Et capite dicti secundi libri inquit idem Laurentius.Neq; uero idem esse quod non uero:si modo
non uero dicere liceret.

Manc.Tit.xxviii.

Non uero dicere licet:Tullius nanq; in Carone maiore seu de senectute sic ait.At ii quidem iam
mortui sunt Non uero tam isti q̄ tu ipse nugator &c.

Lau.li.ii.c.xxx.

Ab cum duabus liquidis:& cum i quando fit consonans adiungi solet.ut ab lege:& ab legatis.ab
litteris ab Rege.ab rogo.ab re.ab ioue.

Manc.Tit. xxix.

De Ab longe melius.Prisci.edocuit:Ait enim libro primo de.xii.car.A quidē uel abs uocali sequē
te non ponimus:Ab uero nō solū uocalibus sequētibus:sed etiam consonantibus quibusdam non ma
le sonantibus antecedēte ab:ut abduco:abdo.haec ille.licet igitur etiā dicere ab duce ab domo.Sæpi
us deniq; reperitur ab consonante sequēte præposita.Pli li.ii.c.ix.Et in tenebrar; remedium ab na
tura repertum &c.Item li.xix.c.ii.Mox cæsar dictator totū forum romanū intexit.Viamq; sacrā ab
domo sua ac cliuū usq; in capitolium &c.Plura inuenies & in cōmentariis Cæsar. & in Tito Liui
atq; alijs.

Lau.li.ii.c.xliiii.

De quandoquidem & quando.

Eiusdem significati est Quatenus apd' Seculū dūtaxat Quintiliani.Is ita ait.Sed quatenus luctus no
stri in ius uocant:& flenti disputandū est:& orbitati suæ mater irascit:supremus quam exorare nō
possumus.Et eius discipulus Pli.Minor:Et quatenus negatur nobis diu niuere relinquamus aliqd
quo nos uixisse testemur.Nam Cicero dixit Quatenus solūmodo pro inquantū:sicut Eatenus pro
intantū. Vt in Lælio:Videndū est Quatenus amicitiae tribuēdum est.Seculū autem Quintiliani
ab Liuiio.Vergilio Horatio exordior.Quoz; ultimus in sermonibus sic ait.Surrētina uaser qui mi
scet fæce phalerna Vina columbino limum bene colligit ouo:Quatenus ima petit uoluens aliena
uitellus.

Manc.Tit.xxx.

Aliud est Quatenus per e Aliud ē Quatinus:per i:Vnde Caper grāmaticus ita scribit. Quatenus
per e aduerbiū est:Quatinus per i cōiunctio causalis:ut si dicas Quatinus hoc sine plagis nō facis:
En tibi plagas. Quatenus autē aduerbium temporis aut loci:Temporis quum dices Quatenus hos
mores exercebis:loci quū dicimus Quatenus ibimus &c.Festus quoq; sic. Quatenus significat qua
fine:sicut hactenus hac fine. Quatinus uero quoniam &c.Itaq; legendum est illud Quintiliani:Sed
Quatinus luctus nostri in ius uocantur.Sic quoq; Plinii illud:Et Quatinus negatur nobis.illud itē
Horatii Quatinus ima petit uoluēs aliena uitellus. Quatinus inq; per i. Vnde Iuuenalis sat.xii.inq;:
Quatinus hic non sunt nec uenales elephantis &c.

Lau.li.ii.c.ult.

De scilicet & uidelicet.

Apud quos uix reperias uulgo usitatissimū modū:quum ea quæ cōfufe dicta sunt:per singula po
stea exponimus:quale esset:Quattuor sunt uirtutes scilicet uel uidelicet.prudentia.iustitia.fortitu
do.modestia.

Manc.Tit.xxxi

Tu ipse Laurenti tertii uoluminis prologo eo quidem mō:quē apud doctissimos inusitatum esse
asseris:usus fuisti:scribis.n.illa. Quæ.n.disciplia scilicet q̄ publice legit tam ornata atq; ut sic dicā tā
aurea ut ius ciuile?Et capite.xxxvii.eiusdē tertii uoluminis ita illud tamen sciendū est:apud Ouidiū
in.xiii.sic legendū. Tuq; tuis armis nos te poteremur achille.Non potremur antepenultima breui
nō lōga:a tertia scilicet nō a q̄rta cōiugatione.Id at oē recte quidē.Nā li.xxxvii.digestoz; ita scribit
Seruius nō manumissus libertatē consequit:scilicet is:qui ea lege distractus est:ut manumittat in
tra tempus.Et Seneca epistola.lxxxii.sic scribit.Nō magis q̄ beneficiū dare quisq; scit nisi sapiēs .hic
scilicet qui magis gaudet dato q̄ alius accepto.Et Carō Maior apud Cice.ita inquit. Diuinus plato
escam maloz; uoluptatē appellat:q̄ ea uidelicet homines capiant:ut hamo pisces.Libro etiā.xxxi.
Digestoz; in principio sic legitur:Velut certā quātitatē exprimit pro uiribus uidelicet patrimonii.

Lau.li.iii.c.xxv.

Quadā uerba cū nominatiuō iungi recusāt.imo pleraq;.Nā ut recte dico incipe mihi eē familiaris:
nō esse illi itimus:Ita iusitate dicā p̄cipe illi esse mihi familiaris.Ne libeat tibi eē intimus hoc tamē

genus loquendi non nunq̄ reperimus. Vt apud Lucanum in. ix. Tutumq; putauit iam bonus eē fo-
cer. Et apud Ouid. de ponto. Ecquis in extremo positus iacet orbe tuoz; Me tamen excepto q̄ præ-
cor esse tuus: Dicere potuisset sed non tam uenuste: quem præcor esse tuum &c.

Manc. Tit. xxxii.

Præcipe illi esse mihi familiaris: Ne libeat tibi esse intimus: Nullo pacto latine dicitur: Non. n. hoc
genus loquendi apud aliquem probatum auctorem reperitur. Nam si recte aduertimus Lucani il-
lud Tutumq; putauit iam bonus esse focer: Non simile est illis præcipe illi esse mihi familiaris: ne li-
beat tibi esse intimus hic. n. datiuus præcedit: Apud Lucanum uero precedit & sequitur nominati-
uus dicendum igitur præcipe illi esse mihi familiari: Vel præcipe illi esse mihi familiarem. ne libeat
tibi esse intimo: Vel ne libeat tibi esse intimum. Ouid. lib. viii. met. Vobis immunibus huius eē ma-
li dabitur. Quint. lib. iii. An illi accidat uiro bono esse uel malo: hypermestra ad linum: Quo mihi
cōmisso non licet esse piam: Quint. lib. vii. An huic esse procuratorem liceat. Et lib. iii. procura-
rem tibi esse non licuit. Ter. in heau. Non expedit bonas esse uobis. Cæsar lib. vi. de bel. gal. Quibus
iam licet esse fortunatissimos Lucanus. iii. Nunq̄ tibi magne per umbras Perq; meos manes generū
non esse licebit. illud autem Ouidii Me tamen excepto qui præcor esse tuus: Et grammaticæ & lati-
ne dictum cum & præcedat & subsequatur nominatiuus. neq; inficias eo. Et grammaticæ & latine
etiam dici Quem præcor esse tuum: Nam talis ordo esset quem tuum esse præcor: ut nasonis illud
lib. v. meta. Quantum est: Esse iouis fratrem Ter. in eun. Apparet Seruum hunc esse domini paupis.
Quod etiam dicere licuisset ita: Apparet Seruus hic esse domini pauperis. Vatinius. n. lib. v. epi. ad
Ciceronem inquit. Dicitur mihi tuus Seruus fugitiuus uardacis esse. Cæterum lucani illud dicendi
genus Tutumq; putauit iam bonus esse focer apud alios quoq; legere est. Ouid. lib. xiii. met. Sed. n.
quia rettulit Ajax esse iouis pronepos Et lib. i. de ponto ad maximum. Hoc ubi uiuendum est satis
est si consequor aruo inter ihumanos esse poeta getas.

Lau. li. iii. c. xxx.

Vnde male quidam hunc locum scribunt: pater adest: Caue ne te tristem sentiat. Si enim hoc est:
dicit uide ut te tristem sentiat. Nam & ne & caue prohibentis est.

Manc. Tit. xxxiii.

Caue: & caue. ne idem est Plautus in Stichico: Caue quenq̄ floccifeceris Cicero. lib. xvi. epi. xi. hæc ti-
bi nota esse uolui: quæ caue ne te perturbent: & impediant ualitudinem tuam. Tu item Laurēti lib.
ii. c. xxxvi. ita scribis. Ideoq; cauendum est ne uerba quæ momentaneam actionem significant aduer-
bis applies: quale ē &c. Ouid. item li. i. de ponto ad Maximum. Hæc mihi uerba malæ minuerunt
ædia uitæ: Quæ tu ne fuerint Maxime uana. Caue. Quint. lib. v. c. x. Cauendum ne incaute respon-
deas. Plautus in Stichico pridie caueat ne faciet quod pigeat postridie.

Lau. li. iii. c. xxx.

Neunq̄ pro nequaq̄. Et ipsum nequaq̄: Et nusq̄ & nusquam simpli cē negationem indicant. Ideoq;
uno uerbo contenta sunt. Vt nequaq̄ ueniam. Necubi uero duplicem: Ideoq; duplex uerbum postu-
lat. Volo necubi mihi obuius fias: id est ne alicubi: ut Sicubi p̄ si alicubi. Sicunde p̄ si alicunde &c.

Manc. Tit. xxxiiii.

Necubi & nequo etiam uno uerbo contenta sunt. Liuius. n. in principio li. iii. de bel. punico secūdo
ait. hispanos & aphros & omne quod ueterani erat robur exercitus admixtus ipsoꝝ impedimentis
necubi consistere coactis: Ne necessaria ad usus deessent: primos ire iussit &c. Cato in re rust. capite
v. uillicus ne sit ambulator: sobrius fiet semper. Ad cœnam nequeo eat. familiam exerceat. Idem ca-
pite. cxlii. Neue ad domum neue ad sese recipiat. Ad cœnam neque eat: neue ambulatrix fiet.

Lau. li. iii. c. xlii.

Interdico tibi aqua & igni: non autem interdico tibi aquam & ignem.

Manc. Tit. xxxv.

Interdico tibi aquam & ignem dici etiam posse plures ostēdunt. Iustinus li. v. Et cui paulo ante om-
nem humanam opem interdixerat. Seneca epistola. lxxvii. interdices mihi inspectionem regē naturæ
Quidius li. vi. met. Cui quondam regia coniunx Orbem interdixit.

Lau. li. iii. c. xxxiii.

Pluit caret supposito habens appositum ablatiuum ut Liuius: Nunciatum est in albano lapidibus
pluisse licet nunc dicamus Deus pluit carnem pluit manna: puit escam &c.

Manc. Tit. xxxvi.

Pluit sanguis uel lapis: pluit sanguinem & lapidibus. Pluunt lapides in ntō. f. Et deus pluit aquam
recte dicitur. Tibul. li. ii. Multus ut in terras deplueritq; lapis. Statius li. vii. th. Saxa pluunt. Pli. lib. ii.
Præter hæc inferiore cælo relatum in monumenta ē lacte & sanguine pluisse. Ibidem: Effigies quæ
pluerat spongiarum fere similis fuit. Plautus in mostel. Venit imber: lauat parietes: perpluunt tigna
putrefacitq; operam fabri. Ibidem: Quam mihi amor & cupido in pectus perpluit meum. His igit
patet pluit habere suppositum nominatiuum: uel ablatiuum: & Deus pluit carnem & huiusmodi di-
cendi genus non solum nunc dici sed Plautum quoq; dixisse.

Lau. li.iiii.c.vii.

Rumor & fama idem sunt: quozq; alterz latinum. Alterz e græco ē &c. postea subiungit. Significat
at his duobus noibus sermo qdem in populo sine certo autore de re aliqua recēti siue bona siue ma
la &c.

Manc. Tit. xxxvii.

Quintiliano qdam autore lib. v. fama cōsensus ciuitatis uelut publicum testimonium uocat. Ru
mor uero sermo sine ullo certo autore dispus: Cui malignitas initium dederit; incrementum credu
litas.

Lau. li.iiii.c.xxv.

Sementis est satio siue ut sic dicam seminatio. Liuius campani sementem facere possent. Mirorq;
quare cum in aliis locis apud hieronymum plurimis: tum in geneleos principio Sementis pro semi
ne positum est.

Manc. Tit. xxxviii.

Sementis p satione: & p semine li. i. fast. apud Ouid. legif. Ait. n. Villice da regem terræ semente p
acta: Da regem terram q coluere uiris. Et paulo inferius: Vos date ppetuos teneris sementibus au
ctus: Ne noua p gelidas herba sit usta niues. Columella uero lib. ii. c. x. Sementem p ipso serendi tpe
posuit. Ait. n. sic: de lente. Sationes eius duas seruamus: alteram maturam p mediam semetem: serio
rem alteram mense februario.

Lau. li.iiii.c.xxxii.

Etiā duces militū auctores uocabant: Vnde Auctorare. Liui. li. xvi. Signo suo impressas tabellas
misi: & uero pignore uelut auctoratum sibi pditorem ratus est. i. obligatum & subiectum. Et Vale
rius Maximus li. iiii. Autorato sociis officio. Sueto. li. iiii. de legendo uel auctorando milite ac legio
num & auxilioz descriptione: Ex quo fit Autoramentum uel quasi obligatio nexuq; uel quasi sti
pendium quoddam: uel prærium cuiusdam militiæ ac pugnae actionis: ut Quint. Nec difficilem sa
ne sub illo præsertim autoramento habuisset missionem: sed noluit gladiator uiuere.

Manc. Tit. xxxix.

Referam hic quod Domitius in epistola Saphus poeticae scribit. Afferit. n. q; autorare est eligere i
militiam. Milesq; auctoratus ab impatore ei opam præstat receptus. s. in infra militaria & impatoris
fidem. Inde exauctorare diminuere est. & autoramentum sign. ficat illam ascriptionem simpliciter nō
autem stipendium. Autorat ergo impator militem quum eum ascibit. Nam qcqd deinceps agit mi
les auctoratus ad impatorem refer. cui uictoriam parat. hæc & plura ille. Seneca prærea epistola pri
ma li. xviii. sic ait. Multum autem a fortuna petendum est: De inde sperandæ opes autoramenta sūt
seruitutum. ubi quidem metaphoricis locutus est.

Lau. li.iiii.c.xlvii.

Concio est populi multitudo congregata uel ex magistratus iussu: uel publici sacerdotis: uel sua i
terdum autoritate & sponte: proprie ad audiendum oratorem concionantem in bonum publicum
Cuius etiam oratio uocatur concio &c.

Manc. Tit. xl.

Aulus Gellius li. xvii. c. vii. scribit Concionem tria significare: locnm suggestumq; unde uerba sūt
Itē significare cœtum populi assistentis. Item orationem ipsam quæ ad populum diceretur.

Lau. li.iiii.c.lviii.

Quomodo. n. pasco neutz: Et pascor deponens idem significant Prisc. uiderit: q hoc sibi psuasit.
Est. n. pascor comedo & uoro sempq; regit accusatiuum. illud uero sine actō: ut pascentes seruabit
Tityrus hædos.

Manc. Tit. xli.

Pasco neutz: & pascor deponens idem significare ipse ostendam: & utrunq; regere actū. Oui. li.
i. fast. pauit ouis pratum. i. comedit: Vergi. lib. ii. æn. Et miseros mortu de pascitur artus. i. comest. uo
rat. legimus item pascor & pasco sine actō in eadem quoq; significatione. Testis Maro. li. iij. g. Paci
tur i magna sylua formosa iuuenca. Cætera pascentur uirides armenta p herbas Saltibus in uacuis
pascant & plena secundum flumina. Patet igitur idem esse pasco & pascor. & utrunq; regere actū.
Utrunq; etiam sine actō legi. Quādoq; tamen diuersa sunt. Nam ut dicimus herba pascit illum. Ca
daver pascit aues. Tuo corpe pascis uolucres. Ego pasco uitulos &c. ita non dicimus herba pascitur
illum. Cadaver pascitur aues. Tuo corpe pasceris uolucres &c. Luca. lib. iiii. En nobile corpus pascit
aues. Ver. lib. iij. æn. Et uulsis pascent radicibus herbæ Naso i ibin. Aerias uolucres corpe pasce tuo
Vergi. in. b. pierides uitulam lectori pascite uestro. Præterea pascor non solum regit actū: sed ab
latiuum quoq; Verg. li. iiii. g. pascutur uero syluas. Et in. b. frondibus hirsutis & carice pastus acuta
item Dumq; thymo pascentur apes: dum rore cicada. Et lib. iij. g. frōdibus & uictu pascuuntur sim
plicis herbæ.

Lau. li.iiii.c.lvii.

Proprie pascere bestiarum est: sicut Vesci hominum: nisi q hoc regit ablatiuum.

Manc. Tit. xlii.

Vescor tū ablatiuo: tum actō iunctū legimus. Tibul. li. ii. Vera cano: sic usq; sacras innoxia laurus
Vescar: & æternum sit mihi uirginitas. Manilius li. v. Tectiq; auro iam uescimur auge. Verg. Visceribus
miserorq; & sanguine uescit atro. Vescor præterea nō solum ad cibos refer: sed ad alia quoq;
sicut utor. hinc Tibullius ait laurus uescar. Et poeta si uescitur aura. Hora. item li. ii. carm. Quicūq;
terræ munere uescimur. Addimus ulterius uesci brutozq; et non solum hominum esse. Plini. n. lib.
viii. c. xv. sic ait. Nūc præcipatus scaro dat q solus pisciū dī ruminare. herbisq; uesci nō aliis piscibus

Lau. li. iiii. c. lxxviii.

Fronde arborum sunt tantum: folia autem & arborum & herbarum & florum quoque.

Manc. Tit. xliii.

Fronde non arborum tantum esse legimus: Plinius n. li. xviii. c. xix. de Getio ascaloniarum genere sic ait: Getium pene sine capite est: ceruicis tantum longum: & ideo totum in fronde. Item capite. xii. eiusdem li. xviii. ubi de Raphani generibus tractat ita scribit. Etiam unum siluestrem Græci cheriam uocant pontici Armon alii lucem. Nostrum Armoraciam fronde copiosius quam corpore. Lau. li. iiii. c. lxxviii.

Laminam tam ferream æream plumbeam staneam: quam auream argenteam electream aurichalceam dicimus: Bracteam potius ex his posterioribus. Aut certe Bractea tenuis est: & sua sponte plicabilis. lamina uero crassior ex qua armatura conficitur: & qua incensa olim homines torquebantur. nec crepitat ut Bractea prætenuitate &c. Manc. Tit. xliiii.

Prima significatio uerior habet. Aulus Gellius enim li. i. c. iii. ita scribit. Sicuti est magnus pondus æris parua lamina auri fit preciosius. Cæterum lignea quoque lamina dici potest. Plinius enim li. xviii. c. xxxviii. sic ait. Dolia quassa sarcire: pro quibus lamias scabedo purgare: aut nouas facere. bractea præterea ex alia quoque materia quam ex predictis dici poterit. Plinius namque li. xvii. c. v. ubi terrarum & cretæ genera explicat inquit Colubnam gallia suo nomine Glaucopelō appellat: glebis excitat lapidum modo sola gelatione ita soluit ut tenuissimas bracteas faciat hæc ex æquo fertilis &c. Lau. li. iiii. c. lxxxiii.

Prætorius qui præturam: Cōsularis qui cōsulatam: Quæstorius qui quæsturam: Aedilitius qui ædilitatem: Censorius qui censuram: Tribunitius qui tribunatum: primipilaris qui primipilatum gessit.

Manc. Tit. xlv.

Consularis qui consulatam gessit dicitur: & consulatam dignus. In prima significatiōe Testis est liuius li. v. ab urbe condita: ubi de gallis ait senes triumphales cōsularesque simul. Et Cicerone de claris oratoribus de hortensio dicens nã is post cōsulatam credo quod uiderit ex cōsularibus neminem esse secum cōparandum neglexerit aut eos qui cōsules non fuissent summum illud studium remisit quo a puero fuerat incensus &c. In altera uero Testis quoque idem Cicerone li. x. epistola ad placum ita scribens: Cōplures in perturbatione reip. Cōsules dicti: quorum nemo cōsularis habitus: nisi quod animo extiterit in reip. cōsularis. Paulo ite ferius inquit: hæc si ages & senties Tu eris non modo cōsul & cōsularis: sed magnus etiam cōsul & cōsularis Et pro Milone sic ait: Tribunum uirtute consulem. Lau. li. iiii. c. lxxxiiii.

Cumani ex oppido cumarum in campaniam quam nunc praeue uocant Terram laboris. Campaniam uero eam regionem: quae illi finitima est romam uersus.

Man. Tit. xlvi.

Non campaniam terram laboris appellat: sed campaniam partem. Neque nunc dicitur: sed iamdiu prisca ipsi laborias appellatur: Testis est Plinius li. xviii. c. xviii. de Agro campano sic enim scribit. In campania tamen laudatissimus campus est motibus subiacet nimboris totis quidem. xl. milibus passuum planicie. postea subiicit. autem uniuersas terras Campus hic campanus antecedit: tantum ipsum pars eius quae laboriae uocantur: quem phlegreum graeci appellant. finiuntur laboriae uia ab utroque latere consulari: quae a puteolis & quae a cumis capuam ducit. hæc ille. Vbi autem laurentius ait: Campaniam uero eam regionem: quae illi finitima est romam uersus. Sciendum est duplicem esse campaniam nouam & ueterem. Nam apud Strabonem. li. v. sic legimus. Picetes autem usque Salarin perueniunt fluuium: qui ab hoc agro ueterem separat campaniam: Cui quidem fluuiio proprium illud inesse traditur: ut in eius aqua demissa uirgulta saxificentur. Lau. li. iiii. c. ciii.

Beatus qui rebus omnibus ad uitae usum ornatumque spectantibus abundat. Ideoque locupletes sane homines Beatos uocamus &c.

Manc. Tit. xlvii.

Beatus proprie quod dici possit a Seneca a. M. Tullio ab horatio ab aliis pluribus docemur. Seneca n. epistola prima li. vi. ita scribit. Si utique uis uerborum ambiguitates deducere: hoc nos doce Beatum non eum esse quem uulgus appellat ad quem pecunia magna confluxit. Sed illum cui bonum omne in animo est erectum & excisum & mirabilia calcantem: qui neminem uidet cum quo se commutat uelit: qui hominem ea sola parte existimat: qua homo est. quod natura magistra utitur: ad illius leges componit. sic uiuit quo modo illa praescripsit. cui bona sua nulla uis excutit. qui mala in bonum conuertit: certus iudicii in concussus in trepidus. quem aliqua uis mouet: nulla perturbat: quem fortuna quum in eum quod habuit telum nocentissimum uel maxima intorsit pungit non uulnerat. & hoc raro: Nam caetera eius tela quibus genus humanum debellatur: grandinis more dissultant: quae incussa tectis sine ullo habitatoris in commodo crepitat ac soluitur. Apuleius etiam in libro de philosophia sic ait. Verum enim uero illum omnibus beatum uideri cui & bona suppetunt: & quemadmodum carere uitis debeat callet. Et M. Tullius lib. v. tusc. ita scribit. Videamus qui dicendi sunt beati: equidem hos existimo: qui sint in bonis nullo adiuncto malo. Horatius uero lib. i. epistola ad Quintium inquit. Neue putes alium sapientem bonoque Beatum. Lau. li. v. c. iiii. de fruor.

Denique frui est delectationem capere ex utroque. Itaque in idem recidunt: idemque efficiunt frui delectari uoluptate.

temq; cape. quo fit ut non fuerit cā cur recentiores hoc solū uocabulū frui unde uenit fruitio solis rebus diuis dare uoluerit: hēt enim hoc uerbū duo supia fruitū & fretū. quorū primū uix in usu est nisi apud eos: qui uerborū nouitatibus & gaudent & gloriānt. Secundū significat cōsūm ut fretus fortasse familiaritate quæ est ei tecū ausus est confiteri. Manci. Tit. xlviii.

Fruitus & caper grammaticus: & alii usi sunt. Ait autem caper: fruitus sum illa re: Veteres uix dixerunt fruitus sum illam rem. Gellius item li. xvi. c. ii. Refert Næuium dixisse: qui non par sit apud se fruitus est. Et Cicero li. iii. tusc. fruiturum dixit: ubi ait: Consideretq; se fruiturum &c. Ceterum fruor etiam fructus sum facit. Cicero enim. In hortensio inquit ut amœnitate summa fructus est. Quod quidem Priscianus li. x. asserit. Lau. li. v. c. xxv.

Fœnero tibi dicitur: Et fœneror abs te: Qui fœnerat pecuniam dat ad usuram: Qui fœneratur pecuniam ad usuram accipit. Manci. Tit. xlix.

Fœneror & fœnero idem significant. Seneca epistola. ii. Quantū pascat aut fœneret id est ad usuram det. Et epistola. xli. Multū ferit: multū fœnerat &c. Cicero itē in lælio inquit: Ut enim benefici libe ralesq; sumus: nō ut exigamus gratiā: neq; enī beneficiū fœneramur: sed natura propēsi ad liberalita tem sumus. Sic amicitia nō spe mercedis adducti: sed q; oīs eius fructus ī ipso amore inest: expetēdā putamus. Et prouerbiog. xix. fœnerat domino: qui miseret pauperis. Aulus Gellius item li. xvii. c. xii. scribit: fœneror pro fœnero dictū esse: sicuti assentior pro assentio. & pignero p pignero. Et se stus inquit: fœnero & fœneror dici potes. Sciendū tamē est: fœnero tibi & fœneror tibi ut superius patuit idem esse. Feneror autē a te aliud significare: nā idem est quod ad usuram accipio. legimus enī li. xxxi. digestorum prope finē: Si autem aliquis eorum uoluerit uendere partē suam (domorum sup ple) uel fœnerari super eam: potestatem habeat uendere cohæredi suo Et fœnerari ab eo. Inueniunt autem & plura eadem terminatione diuersa significare diuersis quidem casibus: ut Comitor illum actiua significatione comitor illo passiua. Lau. li. v. c. xxv.

Mutuo tibi dicitur. Et mutuor abs te. Qui Mutuat pecuniam dat mutuo. Qui mutuatur pecuniam mutuo accipit. Manci. Tit. l.

Mutuo & mutuor idem significant: sicuti fœnero & fœneror ut diximus. Seneca enim epistola. lxx xii. inquit: Quanto hilarior est qui soluit: q̄ qui mutuat &c. id est qui mutuo accipit Priscianus etiā li. viii. scribit q; multa ancipiti terminatione in una eademq; significatione protulerunt antiqui: ut partio & partior. meridio & meridiolus. Mutuo & Mutuor. &c. Quod quidem & Isidorus nō ignora uit: ait enim lib. xx. c. vii. sic: Sed utrum latinis ab græcis: an græci ab latinis hæc uocabula mutua sent incertum est. Lau. li. v. c. xxxvii.

Adamare est amatorie amare: ut Quintili. multis in locis. sed unus suffecerit. Me quidem marite. si quis interroget omnes matres liberos suos: tanq̄ adamauerint amant &c. Manci. Tit. li.

Adamare est item honeste ac ualde amare. Cicero lib. ii. epistola ad curionem. Est enim tibi grauis aduersaria constituta & parata incredibilis quædam expectatio: quam tu una re facillime uinces s: si hoc statueris quorum laudum gloriam adamaris: quibus artibus hæc laudes comparatur in his esse laborandum. Et li. iii. de oratore sic inquit. Deinde ab Antisthene qui patientiam & duritiam in so cratico sermōe Adamarat Cynici primum &c. Alibi quoq; eodem in libro ita scribit: Demosthenē sequi uultis & si illam præclarā & eximiam speciē oratoris perfecti & pulchritudinē Adamastis &c. Lau. li. v. c. lxxxv.

Vacas sapinæ: das operam sapinæ. Vacas sapina cares sapina. quibus Carere proprie est uacare quibus indiges &c. Manci. Tit. liii.

M. Tullius. li. i. tusc. ita scribit. Carere igit hoc significat: egere eo qd̄ hēre uelis: inest. n. uelle ī carēdo &c. postea subiicit: dicitur etiā alio mō carere: quū aliquid nō habeas: & nō habere te sentias etiā si id facile patiāre &c. Subsequit̄ inde: carere enim sentiētis est: nec sensus in mortuo nec carere quidē igitur in mortuo est. Præterea carere de omnibus fere nō solū de illis quibus indiges dicitur. hinc plinius li. xxviii. c. i. de capra loquēs ait. Quod equidē miror: Cum febre neq; carere. Et Ouidius li. xv. met. Morte carent animæ. horatius itē li. ii. Carm. quæ caret ora cruore nostro. Tu uero lector attēde ul terius: Errare illos qui uolūt careo hēre significatū qd̄ hēt defū: Duo. n. careo significat: ut p cicerōis uerba patuit Egeo scilicet: & nō habeo. Nec idē est defū & nō habeo ut ignaui quidā esse cōtendunt hinc careo sentientis est. Aliud igitur est careo denariis id est egeo denariis: siue nō habeo denarios. Aliud defū: quo ita utimur defū mihi denarii. Lau. li. v. c. ci.

Exhorreo hanc rem: idem est q; expauesco. Abhorreo ab hac re: idem est q; perq̄ alienus sum ab hac re. hoc semper postulat huiusmodi ablatiuū illud uero nunq̄ sed actū. Manci. Tit. liiii.

Abhorreo non solū ablatiuo iungit̄: sed etiam accusatiuo. Catullus. n. ait: Sæuacq; abhorrebas prisca præcepta parentis porphyrio itē ode tertia: ibi uidelicet: quē mortis timuit gradū ait: Quā mortem inquit abhorre potest: q; mōstra matris & asprima saxa sine lachrimis uidere potuit Apuleius li. x. met. Nam & quid potissimū abhorret alinus excogitātes scrupulose &c. Lau. li. vi. c. i.

Alumnus enim significat Nonius Marcellus inquit & qui ab aliquo altus est: & qui aliquē aluit: cui in prima significatione suffragor: in secunda refragor &c.

Manci. Tit. liiii.

Alumnus quidē ut Nonius Marcellus ait significat. Syllius nāq; li. viiii. scribit palladē ita Ioui loquē
tem. Nō teucros delere adērā: sed lumen alumnæ Annibalē Iybiæ pelli florētibus ānis Vita atq; ex
tingui primordia tanta negabā. Et plinius li. iiii. de italia loquens ait: Terra omnium terrarū alumna
eadem & parens numine deū electa. In calce quoq; totius operis iter multas italiae laudes inqt. Italia
rectrix parensq; mundi alia. Strabo etiā li. v. de Sabinia loquens: ita latine dicit. Vt autē Sūmatim di
cam italia cuncta pecorum & frugū præstātissima nutrix est. hæc addi ut illud Terra omnium terra
rum alumna: nutrix sine controuersia intelligatur. Vergilius item in cyri sic Magna queror: nec ut
illa quidem communis alumna Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.

Lau. li. vi. c. xv.

Nuntius inqt Seruius ē qui nūtiat: quod autē nūciatur licet neutro dicatur: tamen inueniet & ma
sculino. Miror cur ita dixerit: Ego quidem nusq; hoc nuntium legi: ac ne ipse quidē: ut opinor. Cū se
stus pompeius uetustior eo auctor ita scribat: Nuntius & res ipsa & nuntius dicitur.

Manci. Tit. lv.

Seruium non errasse Antiquorū testimonia probant. Lucretius enim ait. Et ad callidū decurrūt nū
tia sensū. Catullus de Berecynthia & Aty Geminas deoꝝ ad aures noua nūtia referēs Tibullus li. iiii.
i epistola Dii meliora ferāt: diui uera monēt ueturæ nūtia fortis: uera monēt tuscis exta pbata uiris.

Lau. li. vi. c. xli.

Neq; uero sicut reperitur fundus & fundū: ita reperitur pūctus & punctū. Errantq; philosophi quū
punctus & linea dicunt &c.

Manci. Tit. lvi.

Punctus. g. m. apud plinium legitur. Is enim li. ii. c. lxx. ita scribit hæc tot portiones terræ: immo uero
ut plures tradidere mūdi pūctus: neq; enim est aliud terra uniuersa. hæc est materia gloriæ nostræ.
hæc sedes hic honores gerimus. hic exercemus imperia. hic opes cupimus &c.

Lau. li. vi. c. lx.

Corrūpere est istud uulpiane atq; pomponi linguam latinam non adiuuare. Quis unq; dixit Quot
diebus: & non potius quotidie: Quis etiam Quot mensibus & non singulis mensibus.

Manci. Tit. lvii.

Sicuti Quot ānis dicit p singulis ānis: ita & quot diebus & quot mēsis pro singulis diebus mēsi
busue dici potest. Vnde Cato i re rustica capite. xliiii. sic ait. Si uoles uinea cito creiscat: & olea q̄ seue
ris: semel i mēse farrito sulcos: & circum capita oleagina Quot mēsis (donec trimæ erunt) fodere
oportet. eodē mō cæteras arbores procurato. Et plautus in sticho iquit. Vos meministis. Quot ka
lendis petere demensū cibū. Qui minus meministis qd' opus sit factō facere i ædibus: Varro p̄ terea
de lingua latina ubi de uia sacra loquitur sic ait Qua sacra quotquot mensibus feruntur in arcem.
HAEC HACTENUS Nicolæ. Rubee doctorum antistes mihi notanda (cursum nāq; Laurentii opus
perlegimus) occurrerunt: Si quæ alia forte occurrent iis adiiciemus. Poterūt quoq; alii linguæ latinæ
studiosissimi plura forsitan deprehendere. Tu uero hæc qualiacunq; nobis primum animaduersa
hilari frōte suscipies: Viue & Vale. Meq; ut facis Ama. Datū Venetiis pridie kal. feb. M. cccclxxxii.


REGISTRVM

a	d	g	k	n
Laurentii	dependent	quali	taturus tradit	non ad nepotem
cultas ista	In altero	nus seruile	dicitur quis	Ignominiosa
uile puluisculum	carum	nomen	Conciliare	ΕΥΣ ΚΑΙ ΟΦΕΤΕΡΟΣ
b	e	h	l	o
primis doctus	iuuenili uoce	neo. i. mansuetū	mouent:	Laurentii Vallenfis
rationem	domus constet	uolucribus	nonnullos	lis: &
nibus	us astra;	tamen	micos sciam	cipio: ne duo
c	f	i	m	
nisi accipere	Huius etiam	thenis: colla	neq; adiectiuum	FINIS
edere: ut	& incertum	si renouari	rus etiam	
de tuo & de	sed uidens	uoluptatis	lierem appellat	

LAVS DEO.

Impressum fuit hoc opus Venetiis
per Cristoferum de pensis An
no domini. M. cccclxxxvi.
Die. xv. Junii. Imperante
Augustino Barbadi
co Venetorum
scelicissimo
Principe.

Hainx 15820.



Handwritten text at the top of the strip, possibly a date or page number.

Main body of handwritten text in a medieval script, mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text on the strip, possibly a signature or a specific section header.

Handwritten text at the bottom of the strip, including some legible words like "fuit" and "miserere".



Ex...

...m mhor. tur ho
...mms. nec pphera
...burni turkhor
...erba que iugit
...or an me
...omni omi Buv...

